Sic ḡ intelligenda eſt h̄ datio: qꝛ ali
q̄ mō ponet ſe ad honorē dei: aut ali
q̄d de ſe q̄ mō debitor nō erit. B
Ita ſequit̄ ex ſupra dictꝭ. A Si
dicim⁹ qꝛ dabit ſeipm ad obediēdū
deo: vt pſeuerant̄ ſeruādo iuſticiā:
ſbdat ſe ei⁹ volūtati: nō erit hoc da/
re qđ de⁹ ab illo nō exigat ex debito
Oīs eñ rōnalis creatura debet hāc
obediētiā deo. B Hoc negari ne
q̄t. A Alio itaqꝫ mō oportet vt
det ſeipm deo aut aliq̄d de ſe. B
Ad hoc nos īpellit ratio. A Vi
deam⁹ ſi forte ſit vitā ſuā dare: ſiue
ponere aīam ſuā: ſiue tradere ſeipm
morti ad honorē dei. Hoc eni ex de/
bito deus nō exiget ab illo: q̄m nāqꝫ
nō erit peccatū ī illo: nō debebit mo
ri vt dixim⁹. B Aliter neq̄o in/
telligere. A Cōſiderem⁹ adhuc
vtrū ſic rōnabiliter ꝯueniat. B
Dic tu ꝛ ego libēter audiā. A Si

hō p ſuauitatē peccauit: an nō cōue/
nit vt p aſpitatē ſatiſfaciat? Et ſi tā
facile victꝰ eſt a diabolo vt deū pec/
cādo exhonoraret: vt facili⁹ nō poſ/
ſet: nōne iuſtū eſt vt hō ſatiſfaciens
pro pctō: tanta difficultate vincat
diabolū ad honorem dei: vt maiori
nō poſſit. An nō eſt dignū q̄tenus q̄
ſe ſic abſtulit deo peccādo vt ſe plus
auferre ñ poſſet: ſic ſe det deo ſatiſfa
ciēdo vt magꝭ ſe nō poſſit dare. B
Nō eſt aliq̄d rōnabili⁹. A Ni/
hil aūt aſperius aut difficili⁹ pōt hō
ad honorē dei ſponte ꝛ nō ex debito
pati q̄ꝫ mortē: ꝛ nullatenus ſeipſum
pōt hō magis dare deo q̄ꝫ cū ſe mor/
ti tradit ad honorem illius. B
Vera ſunt oīa hec. A Talem ḡ
oportet eū eſſe q̄ ꝓ pctō hoīs ſatiſ/
facere volet vt mori poſſit ſi velit.
B Video hoīem illū plane queꝫ
querim⁹ talē eſſe oportere q̄ nec ex
neceſſitate moriat̄ quoniā erit omi/
potēs: nec ex debito quia nunq̄ꝫ pec/
cator erit ꝛ mori poſſit ex libera vo/
lūtate qꝛ neceſſariū erit. A Sūt
ꝛ alia multa cur eū valde cōueniat
hoīm ſilitudinē ꝛ ꝯuerſationē abſqꝫ
peccato hr̄e: q̄ facilius ꝛ clarius p ſe
patent in eius vita ꝛ operib⁹ quam
velut ante experimētuꝫ ſola ratione
mōſtrari poſſint. Quis enim expli/
cet q̄ꝫ neceſſarie q̄ꝫ ſapienter factum
eſt: vt ille q̄ hoīes erat redēpturus ꝛ
de via mortis ꝛ pditiōis ad viā vite
ꝛ beatitudinis eterne docēdo redu/
ctur⁹: cū hoīb⁹ cōuerſaret̄: ꝛ in ipſa
cōuerſatione cū eos doceret verbo
q̄liter viuere deberent: ſeipm exēplū
pberet. Exemplū aūt ſeipm quō da
ret infirmis ꝛ mortalibus vt ꝓpter
iniurias aut contūelias aut dolores
aut mortē a iuſticia nō recederent: ſi
ipm hec oīa ſentire nō agnoſcerēt?

## Q quāuis incōmodorum noſtroꝝ particeps ſit: miſer tamen non ſit: Capitulum XII. Bo.

o Mnia hec patenter oſtendunt eū mortalē ⁊ incōmodorum noſtroꝝ participē eſſe oportere. Sꝫ hec oīa miſerie noſtre ſunt: num quid ergo miſer erit? A Nequaq̄. Nā ſicut ad beatitudinē nō ptinet cōmodum qḋ habet ꝗs cōtra voluntatē: ita nō eſt miſeria apprehendere ſapiēter nulla neceſſitate aliqḋ incōmodū ſecundū voluntatē. B Concedendum eſt.

## Quod cum alijs infirmitatibus noſtris ignorantiam nō habeat: Ca. XIII.

v Erū in hac ſilitudīe quā hr̄e debet cū hoībus: dic vtrum ignorantiā quoq̄ ſicut alias infirmitates nr̄as habiturus ſit? A Quid dubitas de deo vtrum ſit oīa ſciēs? B Quia quāuis ſit īmortalis futur⁹ ex diuina natura: mortalis tn̄ erit ex hūana: Cur ergo nō ſiliter poterit ille hō eſſe vere ignorās ſicut vere mortal erit? A Illa hoīs aſſūptio in vnitatē pſone dei nō niſi ſapienter a ſumma ſapīa fiet: ⁊ ideo nō aſſumet in hoīe qḋ nullo mō vtile ſed valde noxiū eſt ad opus quod idem hō facturus eſt. Ignorātia nāq̄ ad nihilum illi vtilis eſſet: ſed ad multa noxia. Quō enim tot ⁊ tanta opa que facturus eſt faciet ſine ſumma ſapīa? Aut quō illi hoīes credēt ſi eū ſciēt neſciū? Si aūt neſciēt: ad qd erit illi vtilis ignorātia illa? Deīde ſi nihil amat niſi qḋ cognoſcit: ſicut nihil erit boni qḋ n̄ amet: ita nullū bonū erit qḋ ignoret. Bonū aūt nemo pfecte nouit niſi q̄ illḋ a malo ſcit diſcernere. Hanc q̄ꝫ diſcretionē null⁹ ſcit facere niſi qui malū ignorat. Sicut igit ille de q̄ loq̄mur oē pfecte ſciet bonū: ita nullū ignorabit malū. Omnē igit habebit ſcientiā q̄uis eā publice in hoīm cōuerſatione nō oſtēdat. B Hoc in maiori etate ita videt ſicut dicis: ſ in infantia ſicut nō erit tēpus ꝯgruū vt in illo appareat ſapīa: ita nō erit op⁹: et iō nec ꝯgruū vt illā habeat. A Nōne dixi qꝛ ſapiēter fiet illa īcarnatio. Sapiēter nāq̄ aſſumet deus mortalitatē: q̄ ſapiēter qꝛ valde vtiliter vtet. Ignorantiā xp̄o nō poterit aſſumere ſapiēter: qꝛ nūq̄ eſt vtilis ſ ſemp noxia: niſi forte p eā mala voluntas q̄ nunq̄ in illo erit ab effectu reſtringit. Nam etſi aliqñ ad aliud nō nocet: h̄ ſolo tn̄ nocet: qꝛ ſcīe bonū aufert. Et vt breuiter abſoluam qḋ q̄ris ex q̄ hō ille erit plen⁹ deo: ſp in ſeipo erit: vn̄ nūq̄ erit ſine ei⁹ potētia ⁊ fortitudīe ⁊ ſapīa. B Etſi ſcīēs h̄ ī chriſto fuiſſe ſp nō dubitarē: iō tn̄ q̄ſiui vt de h̄ q̄ꝫ rōnem audirē. Sepe nāq̄ aliqd eſſe certi ſumus: ⁊ tn̄ hoc ratiōe probare neſcimus.

## Quomodo mors eius preualet nūero ⁊ magnitudini pctōꝝ oīm: Ca. XIIII.

n Unc rogo vt doceas me quō mors ei⁹ p̄ualeat nūero ⁊ magnitudini pctōꝝ oīm: cū vnū qḋ putam⁹ leuiſſimū pctm̄ tam infinitū mōſtres vt ſi nūer⁹ obtēdat infinit⁹ mūdoꝝ q̄ ſic pleni ſint creaturis ſicut iſte eſt: nec poſſint ſuari q̄n redigant in nihilū: niſi faciat aliquis aſpectū vnū ꝯtra volūtatē dei: non tn̄ fieri debeat. A Si p̄ns eſſet hō ille ⁊ ꝗs eſſet ſcires ⁊ diceret tibi niſi occideris hoīem illū pibit mūd⁹ iſte tot⁹: ⁊ q̄cqd deus nō eſt: faceres hoc p ꝯſeruāda omni alia creatura? B Non facerē etiam ſi mihi infinitus numerus mundoꝝ obtenderet. A Quid ſi iterū tibi diceret: aut eum occides: aut oīa peccata mundi venient ſuper te? B Reſponderem me potius alia oīa peccata velle ſuſcipere: non ſolū huius mūdi q̄ fuerūt ⁊ q̄ futura ſunt: ſ ⁊ q̄cūq̄ ſup h̄ cogitari pn̄t q̄ iſtḋ ſolū: qḋ nō ſolum de occiſione eius: ſed ⁊ de q̄libet ꝑua leſione q̄ illum tangeret

reſpondere me exiſtimo debere. A
Recte exiſtimas: Sed dic mihi cur
ita cor tuũ iudicat: vt plus horreat
vnũ peccatũ in leſione hui⁹ hoĩs ꝙ̃
alia oĩa q̃ cogitari poſſunt: cũ oĩa
quecũq; fiunt peccata contra illum
ſint? B Quĩ peccatũ qḋ in pſo
na ei⁹ fit: incõpabiliter ſupat oĩa
illa q̃ extra pſonã illius cogitari poſ/
ſunt. A Quid dices ad hoc: q̃a
ſepe libent̃ aliq̃s patit̃ quaſdam in
ſua pſona moleſtias ne maiores pa/
tiat̃ in rebus ſuis? B Quia de
us nõ eget hac patiã cuius poteſta/
ti oĩa ſubiacent: ſicut tu ſupra cuidã
mee interrogationi r̃ndiſti. A Be
ne r̃ndes. Videm⁹ ẽ q; violatiõi vi
te corpalis huius hoĩs nulla ĩmenſi/
tas vel mltitudo pctõꝝ extra pſonã
dei cõpari valet. B Apertiſſi/
mum eſt. A Quantũ bonũ tibi
videt̃ cuius interẽptio tã mala eſt?
B Si eſſe eius tam bonum eſt: ꝙ̃
mala eſt ei⁹ deſtructio: pl⁹ eſt bonũ
incompatabiliter ꝙ̃ ſint ea peccata
mala q̃ ſine exiſtimatiõe ſupãt eius
interẽptionẽ. A Verꝫ dicis. Cogi/
ta etiã q; pctã tñ ſunt odibilia q̃ntũ
ſunt mala: ⁊ vita iſta tantũ amabil̃
q̃tuꝫ eſt bona. Unde ſequit̃ q; vita
hec plus eſt amabilis ꝙ̃ ſint peccata
odibilia. B Nõ poſſuꝫ h̃ nõ in
telligere. A Putas ne tantum
bonum tam amabile poſſe ſufficere
ad ſoluenduꝫ: qḋ debet̃ ꝓ peccatis
totius mũdi? B Immo põt plus
in infinitum. A Vides igĩ q̃nõ
vita hec vincat omnia peccata ſi ꝓ
illis det̃. B Aperte. A Si
ergo dare vitã eſt mortem accipere:
ſicut datio huius vite preualet oĩb⁹
hoĩm peccatis: ita ⁊ acceptio mortis.

## Quõ deleat mors eius etiam peccata eũ perimentium: Capi. XV. Bo.

i Ita eſſe de oĩbus pctĩs q̃ p
ſonã dei nõ tãgũt: cõſtat. Sꝫ
nũc video aliud q̃rendũ. Nã
ſi tã malũ eſt eũ occidere: ꝙ̃ bona ẽ
vita ei⁹: quõ põt mors eius ſuparẽ ⁊
delere pctã eoꝝ q̃ eũ occiderũt? Aut
ſi alicui⁹ eoꝝ pctm̃ delet: quõ p̃t alio
rum q̃q; hoĩm aliqḋ delere? Credi/
mus enĩ q; ⁊ mlti ex illis ſaluati ſũt
⁊ innumerabiles alij ſaluant̃. A
Hãc q̃ſtionẽ ſoluit aplus q̃ dixit:
Quia ſi cognouiſſẽt: nũq̃ dñm glĩe 1. Cor
crucifixiſſent. Tm̃ nãq; differũt ſciẽ
ter factũ peccatũ ⁊ qḋ p ignorantiã
fit: vt malũ qḋ nunq̃ facere poſſent
ꝓ nimietate ſua ſi cognoſceret̃: veni/
ale ſit q; ignorant̃ factũ ẽ. Deũ enĩ
occidere null⁹ hõ vnq̃ ſciẽter ſaltẽ
velle poſſet: ⁊ iõ q̃ illũ occiderũt ig/
norant̃: nõ in illud infinitũ peccatũ
cui nulla alia ꝯpari poſſunt pctã ꝓ/
ruerũt. Nã nõ ꝯſiderauim⁹ ei⁹ ma/
gnitudinẽ ad videndum ꝙ̃ bona eſ/
ſet vita illa: ſcḋm hoc qḋ ignorãter
factũ eſt: ſed q̃ſi ſcient̃ fieret qḋ nec
vnq̃ fecit aliq̃s nec facere potuit.
B Rõnabiliter interẽptores chri/
ſti ad veniã pctĩ ſui ptingere potuiſ/
ſe mõſtraſti. A Quid iam q̃ris
amplius? Ecce vides quõ rationabi/
lis neceſſitas oñdat ex hoĩb⁹ pficiẽ/
dam eſſe ſupnã ciuitatẽ: nec h̃ poſſe
fieri niſi p remiſſionẽ pctõꝝ: quã hõ
nullus habere põt: niſi p hoĩem qui
idẽ ipſe ſit de⁹ atq; ſua morte hoĩes
pctõres deo recõciliet. Aperte igĩ ĩ
uenim⁹ chriſtũ quẽ deũ ⁊ hoĩem cõ
fitemur ⁊ mortuũ propter nos. Hoc
aũt abſq; oĩ dubietate cognito: cun/
cta q̃ ipſe dicit certa eſſe: qm̃ de⁹ mẽ/
tiri neq̃t: ⁊ ſapiẽter eſſe facta q̃ fecit
dubitandũ nõ eſt: q̃uis nõ eoꝝ rõ ĩ/
telligat̃ a nobis. B Verũ eſt qḋ
dicis: Nec aliq̃ten⁹ qḋ dixit eſſe verꝫ
aut qḋ fecit rõnabiliter eſſe factũ du
bito. Sꝫ h̃ poſtulo vt qḋ q̃ſi nõ debe/
re aut nõ poſſe fieri videt̃ infidelib⁹
in fide chriſtiana: h̃ mihi q̃ rõne fieri
debeat aut poſſit apias: nõ vt me in
fide cõfirmes: ſꝫ vt cõfirmatũ verita
tis ipſius intellectu letifices.

## Qualiter de⁹ de maſſa pec/

catrice aſſũpſit hoïem ſine pctõ: ⁊ de ſaluatione ade et eue: Ca. XVI.

Qua propter ſicẽ eo⁊ q̃ ſupra dicta ſũt rõnẽ aperuiſti: ſic peto vt eo⁊ q̃ ſũ adhuc q̃ſitur⁹ rõnẽ oñdas. Primũ ſcʒ q̃liter d̃ maſſa peccatrice. i. d̃ hũano genere qd̃ totũ infectũ erat pctõ: hoïem ſine pctõ q̃ſi azymũ de fermẽtato de⁹ aſſũpſit. Nã licet ipa hoĩs eiuſdẽ ↄceptio ſit mũda ⁊ abſq; carnalis delectatiõis peccato: ꝟgo tñ ipſa vñ aſſumpt⁹ eſt in iniq̃tatib⁹ ↄcepta ẽ: ⁊ in pctĩs ↄcepit eã mater ei⁹: ⁊ cũ originali pctõ nata eſt: qm̃ ⁊ ipa in adã peccauit: in q̃ oẽs peccauerũt. A Poſtq̃ ↄſtat hoïem illũ eẽ deũ ⁊ pctõ⁊ recõciliatorẽ: dubiũ nõ ẽ eũ oĩno ſine pctõ eẽ: h̃ aũt eẽ nõ valet: niſi abſq; pctõ de maſſa peccatrice ſit aſſũpt⁹. Qua ratiõe ꝟo ſapiẽtia dei h̃ fecit ſi nõ poſſum⁹ intelligere: nõ debem⁹ mirari: ſed cũ veneratiõe tolerare aliq̃d eſſe in ſecretis tãte rei qd̃ ignorem⁹. Quippe mirabili⁹ de⁹ reſtaurauit hũana⁊ naturam q̃ inſtaurauit. Eq̃liter eñ vtrũq; deo facile ẽ: ſʒ hõ anteq̃ eẽt nõ peccauit: vt fieri ñ deberet. Poſtq̃ ꝟo fact⁹ ẽ: peccãdo meruit: vt qd̃ ⁊ ad qd̃ fact⁹ erat: pderet: q̃uis non pdiderit oĩno qd̃ factus erat vt eſſet q̃ puniret̃ aut cui de⁹ miſereret̃. Neutrũ eñ ho⁊ fieri poſſet: ſi in nihilum redactus eſſet. Tãto ḡ mirabili⁹ de⁹ illũ reſtituit q̃ inſtituit: quãto hoc d̃ peccatore contra meritũ illud nõ de pctõre nec ↄtra meritũ fecit. Quãtũ etiã eſt deũ ⁊ hoïem ſic in vnũ cõuenire: vt ſeruata integritate vtriuſq; nature idẽ ſit hõ q̃ de⁹. Quis ḡ pſũmat vel cogitare qd̃ hũan⁹ intellect⁹ valeat penetrare: q̃ ſapienter: q̃ mirabiliter: tã inſcrutabile op⁹ factũ ſit. B Aſſentior: q: null⁹ hõ poteſt in hac vita tantũ ſecretũ penitus aperire: nec peto vt facias: qd̃ nullus homo facere poteſt: ſed tãtũ quãtũ potes. Pl⁹ eĩ pſuadebis altiores ĩ hac re rõnes latere ſi aliquã a te monſtraueris videre: q̃ ſi te nullam in ea rõnẽ intelligere nihil dicẽdo pbaueris. A Uideo me ab ĩportunitate tua ñ poſſe liberari. Sed ſi aliq̃tenus potero qd̃ poſtulas oſtendere: grãs agamus deo. Si vero ñ potero: ſufficiãt ea q̃ ſupra pbata ſũt. Cũ eñ deũ cõſtat hoïem fieri oportere: dubiũ nõ ẽ ſapiẽtiã ⁊ potentiã illi nõ deeſſe: vt hoc ſine peccato fiat. B Sic libenter accipio. A Oportuit vtiq; vt illa redẽptio quã chriſtus fecit: prodeſſet: nõ ſolũ illis q̃ eo tpe fuerũt: ſʒ etiã aliis. Sit eĩ rex aliq̃s cui tot⁹ populus ſue cuiuſdã ciuitatis ſic peccauerit: excepto vno ſolo q̃ tñ ẽ d̃ illo⁊ genere vt nulli⁹ eo⁊ facere poſſit vnde mortĩ dãnatiõnẽ euadat. Ille autẽ q̃ ſolus eſt innocẽs: tantã apud regẽ habeat gratiã vt poſſit: ⁊ tantã dilectionẽ erga reos vt velit: oẽs q̃ credẽt ſuo ↄſilio recõciliare quodã ſeruitio ipĩ regi valde placituro: qd̃ factur⁹ eſt die ſcd̃m voluntatẽ regĩ ſtatuto: ⁊ qm̃ nõ oẽs poſſunt q̃ recõciliãdi ſũt ad diẽ illã ↄuenire: cõcedit rex ꝑpter magnitudinẽ ſeruitii illius: vt quicũq; vel ante vel poſt diẽ illã cõfeſſi fuerint ſe velle p illud opus qd̃ ea die fiet veniam impetrare: ⁊ ad pactũ ↄſtitutũ ibi accedere: ab oĩ culpa ſint abſoluti pterita. Et ſi ↄtigerit vt poſt hãc veniã ite⁊ peccent: ſi digne ſatiſfacere ⁊ corrigi deinceps voluerĩt: p eiuſdẽ pacti efficaciã ite⁊ veniã recipiãt: ſic tñ vt nullus palaciũ eius ingrediat̃ donec factum ſit h̃ vñ culpe relaxent̃. Scd̃m hãc ſimilitudinẽ quonia⁊ nõ potuerũt oẽs hoïes qui ſaluãdi erãt pſentes eſſe: qñ redemptionẽ illa⁊ chriſtus fecit: tanta fuit vis in eius morte: vt etiã in abſentes vel loco vel tpe: ei⁹ ptendat̃ effect⁹. Qꝛ aũt nõ ſolũ pſentibus pdeſſe debeat: hinc facile cognoſcit̃: q: nõ tot pſentes eius eſſe morti potuerunt: q̃t ad ſuperne ciuitatis cõſtitutionẽ ne/

ceſſarij ſunt: etiã ſi oẽs q̃ eiuſdẽ mor-
tis tpe vbicũq; erãt ad illã redẽpti-
onẽ adulterent. Plures enĩ ſũt de
mones q̃ de q̃bus reſtaurãdus ẽ nu
mer⁹ eoꝝ ſi ea dic viuerent homĩes.
Nec credendũ ẽ ex quo factus ẽ ho-
mo ullũ tps fuiſſe quo mundus iſte
cũ creaturis (que facte ſunt ad vſus
hoĩm) ſic vacuus fuiſſet: vt null⁹ eſ-
ſet in illo ex hũano genere ad hoc ꝑ-
tinens ꝓpter qd̉ fact⁹ eſt hõ. Videt̃
enĩ incõueniẽs q deus vel vno mo-
mento ꝑmiſerit hũanũ gen⁹: ⁊ ea q̃
fecit ꝓpter vſũ eoꝝ: de q̃bus ſupna
ciuitas perficienda eſt: quaſi fruſtra
extitiſſe. Nã aliquaten⁹ inuanũ eſſe
viderent̃ q̃diu nõ ad hoc ꝓpter qd̉
maxime facta eſſent: viderentur ſubſi
ſtere. B Cõgruenti rõne ⁊ cui ni-
hil repugnare videtur monſtras nul
lũ vnq̃ tps fuiſſe: ex quo factus ẽ ho
mo: abſq; aliq̃ q̃ ad eã ꝑtineret (ſine
q̃ factus eẽt vane oĩs hõ) reconcilia
tionẽ: quod nõ ſolũ ꝯueniẽs ſed etiã
neceſſariũ eẽ poſſum⁹ ꝯcludere. Si enĩ
ꝯuenienti⁹ ⁊ rõnabili⁹ eſt h̃ q̃ aliqñ
nullũ fuiſſe: de q̃ (intẽtio dei q̃ homi
nẽ fecit) ꝑficeret̃: nec eſt aliq̃d quod
huic obuiet rõni: neceẽ ẽ ſp aliquẽ ad
p̃dictã recõciliationẽ ꝑtinentẽ fuiſ-
ſe. Vnde adã ⁊ euã ad illã ꝑtinuiſſe
redẽptionẽ dubitandũ nõ eſt: q̃uis
hoc auctas diuina apte nõ ꝓnũciet.
A Incredibile q̃ʒ videt̃ qñ deus il
los fecit ⁊ ꝓpoſuit ĩmutabiliter fa-
cere de illis oẽs hoĩes quos ad cele
ſtem ciuitatẽ aſſũptur⁹ erat: q illos
duos ab hoc excluſerit ꝓpoſito. B
Immo illos maxime ad h̃ feciſſe cre-
di debet: vt eẽnt de illis ꝓpter q̃s fa
cti ſũt. A Bene ꝯſideras. Nulla
tñ aĩa ante mortẽ chriſti paradiſũ ce
leſtẽ ingredi potuit: ſicut ſupra dixi
de regis palatio. B Sic tenemus.
A Virgo aũt illa de qua ille hõ aſ-
ſumptus eſt de q̃ loquimur: fuit de il
lis qui añ natiuitatẽ eius ꝑ eũ mũda
ti ſunt a peccatis: ⁊ in ei⁹ tpe mundi-
cia de illa aſſumpt⁹ eſt. B Place-
ret mihi multum qd̉ dicis niſi cũ ipe
debeat a ſeipõ habere mũdiciã a pec
cato: videt̃ eã habere a matre ⁊ ñ ꝑ
ſe mundus eſſe ſed ꝑ illam. A No
ita eſt. Sed qm̃ matris mundicia ꝑ
quã mũdus eſt: nõ fuit niſi ab illo: ip
ſe q̃ʒ ꝑ ſeipm̃ ⁊ a ſe mũdus fuit. B
Bene ẽ de hoc: verũ adhuc mihi ali-
ud videt̃ querendũ. Dixim⁹ enĩ ſup̃
q2 ſi neceſſitate moritur⁹ erat: ⁊ nũc vi
dem⁹ q2 mat̃ ei⁹ ꝑ ei⁹ mortẽ futurã
mũda fuit: qd̉ niſi illa fuiſſet: ipe ẽ il
la eẽ nõ potuiſſet. Quõ ḡ nõ neceſſita
te mortuus eſt q̃ nõ niſi q2 moritur⁹
erat potuit eſſe? Nã ſi moritur⁹ nõ eſ
ſet: Virgo de q̃ aſſũptus eſt mũda nõ
fuiſſet: qm̃ hoc neq̃ valuit eſſe niſi
verã ei⁹ mortẽ credẽdo: nec ille ẽ illa
potuit aliter aſſumi. Quare ſi ñ mor
turus ẽ ex neceſſitate poſtq̃ aſſũpt⁹ eſt
de virgine: potuit non eẽ aſſumpt⁹ de
virgine poſtq̃ ẽ aſſũpt⁹: qd̉ nõ ẽ poſ-
ſibile. A Si bene que ſupra dicta
ſunt ꝯſideraſſes: hanc queſtionẽ ĩ il
lis vt puto ſolutã intellexiſſes. B
Nõ video quõ. A Nõne quãdo
queſiuimus vtrũ ille mentiri potue-
rit: monſtrauim⁹ in mentiendo duas
eſſe poteſtates: vnã videlicet volen
di mentiri: alterã mentiendi: ⁊ quo-
niã cũ mentiendi poteſtatẽ haberet:
hoc a ſeipõ habuit vt nõ poſſet vel-
le mentiri: idcirco de ſua iuſticia qua
veritatẽ ſeruauit: eũ laudandũ eſſe.
B Ita eſt. A Similr̃ eſt in ſeruan
do vitã poteſtas volendi ſeruare: ⁊
ptãs ſeruandi. Cũ ḡ querit̃ vtꝝ idẽ
de⁹ hõ potuerit ſeruare vitã ſuã vt
nũq̃ moreret̃: dubitandũ non eſt q̃
ſp habuit ptãtẽ ſuãdi: quãuis neq̃-
uerit velle ſeruare vt nũq̃ moreret̃:
⁊ qñ hoc a ſeipõ habuit vt ſcʒ velle
non poſſet: nõ neceſſitate ſed libera po
teſtate aĩam ſuã poſuit. B Non
oĩno ſimiles fuerunt in illo iſte ptã-
tes: mẽtiẽdi videlicet ⁊ ſuãdi vitã.
Ibi enĩ ſequitur: quia ſi vellet poſſet
mentiri: hic vo videtur quia ſi non
mori vellet: nõ magis hoc poſſet q̃

poſſet non eſſe quod erat. Nam ad
hoc erat homo vt moreret̄: ⁊ ꝓpter
huius future mortis fidē de virgine
potuit aſſumi: ſicut ſupra dixiſti. A
Quemadmodū putas illum nō po/
tuiſſe non mori: aut neceſſitate mor/
tuū eſſe: quia nō potuit non eſſe qđ
erat: ita potes aſſerere illum non po/
tuiſſe velle non mori: aut neceſſitate
mori voluiſſe: quoniā quod erat nō
eſſe non potuit. Non eñ magis ip/
ſe factus eſt homo ad hoc vt morere
tur ꝙ̄ vt vellet mori. Quapropt̄ ſi/
cut nō debes dicere: quia nō potuit
velle nō mori aut neceſſitate voluit
mori: ſic non eſt dicendū: qꝛ non po
tuit non mori aut neceſſitate mortuꝰ
eſt. B Immo qm̄ eidē ſubiacēt ra
tioni ſcȝ ⁊ mori ⁊ velle mori: vtrūqȝ
videt̄ in illo neceſſitatē fuiſſe. A
Quis ſe ſponte voluit hominē face/
re vt eadē īmutabili voluntate mo/
reretur: ⁊ per huius fidē certitudinis
virgo mūda fieret: de qua hō ille aſ/
ſumeret̄? B Deus filius dei. A
Nōne monſtratū eſt ſupra ꝙ dei vo
luntas nulla cogit̄ neceſſitate: ſȝ ipa
ſe ſpontanea ſua ſeruat immutabili/
tate: qn̄ dicit̄ aliqđ neceſſitate face/
re? B Vere monſtratū eſt. Sȝ vi/
demus econtra: quia qđ deus īmu/
tabiliter vult: nō poteſt non eſſe: ſed
neceſſe eſt eſſe. Quapropter ſi deus
voluit vt ille hō moreretur nō potu
it nō mori. A Ex eo qꝛ filius dei aſ
ſumpſit hominē ea voluntate vt mo
reret̄: ꝓbas eundē hominē nō potu
iſſe non mori. B Ita intelligo.
A An nō ſimiliter apparuit ex his q̄
dicta ſunt filiū dei ⁊ aſſumptū homi
nē vnā eē perſonā: vt idē ſit deus et
homo: ⁊ filius dei ⁊ virginis filius?
B Sic eſt. A Idem igitur homo
ſua voluntate non potuit nō mori ⁊
mortuꝰ eſt. B Negare nequeo.
A Qm̄ ḡ voluntas dei nulla necc̄i/
tate facit aliqđ ſed ſua ptāte: ⁊ volū
tas illiꝰ fuit volūtas dei: nulla neceſ/
ſitate mortuꝰ eſt: ſed ſola ſua ptāte.

B Argumētatiōibꝰ tuis obuiare ne
queo: nā nec ꝓpoſitiōes q̄s p̄mittis:
nec ꝯſequētias q̄s infers vllatenꝰ ī/
firmare valeo. Sed tn̄ hoc mihi ſp̄ oc
currit qđ dixi: quia ſi vellet nō mori:
nō magis ħ poſſet ꝙ̄ non eē qđ erat:
Vere nāqȝ moriturꝰ erat: qm̄ ſi xp̄s ñ
fuiſſet mortuꝰ non fuiſſet vera fides
future mortis eius: ꝑ quā ⁊ illa vir/
go de q̄ natꝰ eſt: ⁊ alij multi mūdati
ſūt a peccato. Nam ſi vera non fuiſ/
ſet: nihil ꝓdeſſe potuiſſet. Quapro/
pter ſi potuit non mori: potuit facere
non eſſe verum quod verū erat. A
Quare verꝫ erat anteꝙ̄ moreret̄ qꝛ
moriturꝰ erat? B Qm̄ ħ ipe ſpō
te voluit ⁊ īmutabili volūtate. A
Si ḡ ſicut dicis iccirco nō potuit nō
mori: qꝛ vere moriturꝰ erat: ⁊ idō ve/
re erat moriturꝰ: qꝛ ħ ipe ſpōte ⁊ im
mutabilr̄ voluit: ſequit̄ illuȝ non ob
aliud nō potuiſſe nō mori: niſi quia
īmutabili volūtate voluit mori. B
Ita ē. Sȝ q̄cūqȝ fuerit cā: verū eſt tn̄
qꝛ nō potuit nō mori ⁊ necc̄e fuit illū
mori. A Nimis heres in nihilo: ⁊
vt dici ſolet q̄ris nodū in ſcirpo. B
An es oblitꝰ qđ obieceri in excuſati/
onibꝰ tuis: in huiꝰ diſputationis nr̄e
p̄ncipio: qꝛ videlicet qđ poſtulabaȝ
nō faceres doctis: ſed mihi ⁊ hoc ipm̄
mecū petētibꝰ? Suſtine igit̄ vt pro
tarditate ⁊ hebetudine noſtri īgenij
quērā q̄tenꝰ mihi ⁊ illis etiā in pue/
rilibꝰ q̄ſtiōibꝰ ſic̄ īcepiſti ſatiſfacias.
A Iā diximꝰ qꝛ deus īꝓprie dr̄ ali
qđ non poſſe: aut neceſſitate facere.

## Qꝛ in deo non ſit neceſſitas vl̄ impoſſibilitas: ⁊ ꝙ ſit neceſſitas cogens ⁊ neceſſitas non cogens: Ca. XVII

O Mnis q̄ppe necc̄itas ⁊ īpoſſi/
bilitas eiꝰ ſubiacet volūtati.
Illiꝰ aūt volūtas nlli ſb̄dit̄ur
necc̄itati aut īpoſſibilitati. Nihil eñ
eſt necc̄ariū aut īpoſſibile: niſi qꝛ ipſe
ita vult. Ipm̄ xp̄o aut velle aut nol/
le aliqđ ꝓpter neceſſitatē aut īpoſ/

ſibilitatē alienū eſt a 𝔳itate: Quare
qm̄ oīa que vult: ⁊ nō niſi q̄ vult fa/
ciat. Sicut nulla neceſſitas ſiue īpoſſi
bilitas p̄cedit ei⁹ velle aut nolle: ita
nec eius facere aut nō facere: quāuis
multa velit īmutabiliter ⁊ faciat. Et
ſicut cū deus facit aliquid: poſtq̄ fa
ctū eſt: iā nō poteſt nō eſſe factū: ſed
ſemꝑ verū eſt factuꝫ eē. Nec tn̄ recte
dicitur impoſſibile deo eſſe vt faciat
qđ p̄teritū eſt nō eſſe p̄teritū. Nihil
eīm ibi oꝑatur neceſſitas nō faciendi
aut impoſſibilitas faciēdi: ſed dei ſo
la voluntas qui veritatē ſemꝑ (qm̄
ipē veritas eſt) īmutabilem ſicuti eſt
vult eē: ita ſi ꝓponit ſe aliq̄d īmuta
biliter facturꝫ q̄uis quod ꝓponit an
teq̄ fiat nō poſſit nō eſſe futurū: nō
tn̄ vlla eſt in eo faciendi neceſſitas
aut non faciendi impoſſibilitas: qm̄
ſola oꝑatur in eo voluntas. Quoti/
ens nāq̄ dicit̄ deus nō poſſe: nulla
negatur in eo poteſtas: ſed inſupera
bilis ſignatur potentia et fortitudo.
Non eīm aliud intelligit̄ niſi qꝛ nul/
la res pōt efficere vt agat ille qđ ne/
gatur poſſe. Nā vſitata eſt huiuſmō
di multū locutio: vt dicatur res aliq̄
poſſe: non quia in illa: ſed quoniā in
alia re ē poteſtas. ⁊ nō poſſe: nō qm̄
in illa ſed quia in alia re eſt impoten
tia. Dicim⁹ nāq̄: iſte homo pōt vin/
ci: pro aliquis poteſt eum vincere: ⁊
ille non poteſt vinci: pro nullus eum
vincere poteſt. Non eīm poteſtas eſt
poſſe vinci ſed impotentia: nec vin/
ci nō poſſe impotentia eſt ſed ptās:
Nec dicimus deuꝫ neceſſitate facere
aliq̄d: eo q̄ ī illo ſit vlla neceſſitas:
ſed quoniā ē in alio: ſicut dixi de im
potentia: quādo dicit̄ nō poſſe. Om
nis quippe neceſſitas eſt aut coactio
aut ꝓhibitio: que due neceſſitates cō
uertuntur inuicē contrarie: ſicut ne/
ceſſe ⁊ impoſſibile. Quicquid nāq̄
cogit̄ eſſe: prohibet̄ nō eſſe: ⁊ qđ co/
gitur nō eſſe: prohibetur eſſe: queād/
modum qđ neceſſe eſt eſſe: impoſſibi
le eſt non eſſe: ⁊ quod neceſſe eſt non
eſſe: impoſſibile eſt eſſe: ⁊ conuerſim.
Cum autem dicimus aliquid neceſ/
ſe eſſe: aut nō eſſe in deo: nō intelligi
tur q̄ ſit in illo neceſſitas aut cogens
aut ꝓhibēs: ſed ſignificatur q̄ in oī/
bus alijs rebus eſt neceſſitas prohi/
bens eas facere ⁊ cogens non facere
ↄtra hoc quod de deo dicit̄. Nā cuꝫ
dicimus qꝛ neceſſe eſt deū ſemꝑ veꝝ
dicere: ⁊ neceſſe ē cū nūq̄ mētiri: nō
dicitur aliud niſi quia tāta eſt in illo
conſtantia ſeruandi veritatē vt neceſ
ſit nullaꝫ rem facere poſſe vt verum
nō dicat aut vt mentiatur.

## Quō vita chriſti ſoluatur deo pro peccatis hominū: ⁊ quō debuit chriſt⁹ et non debuit pati: Ca. XVIII

q Uapropter cuꝫ dicimus quia
hō ille qui ſm̄ vnitatē pſone:
ſicut ſupra dictū ē: idē ipē eſt
qui filius dei: deus nō potuit nō mo
ri aut velle nō mori poſtq̄ de virgi/
ne natus eſt: nō ſignificat̄ in illo vlla
impotentia ſeruādi aut volendi ſer/
uare vitā ſuā īmortalē: ſed īmutabi
litas volūtatis ei⁹ q̄ ſe ſpōte fecit ad
hoc hoīem: vt in eadē voluntate ꝑ/
ſeuerans moreret̄: ⁊ qꝛ nulla res po
tuit illā voluntatē mutare. Pl⁹ eīm
eſſet impotentia q̄ potentia ſi poſſet
velle mentiri aut fallere aut mutare
volūtatē: quā ꝓius īmutabilē eē vo
luit. Et ſi queādmodū ſupra dixi cū
aliquis ſpōte ſe ꝓponit aliqđ factu
rū bonū: ⁊ eadē volūtate poſtea ꝑfi
cit quod ꝓpoſuit: q̄uis cogi poſſit ſi
nolit ꝓmiſſuꝫ ſoluere: nō tn̄ dicend⁹
eſt neceſſitate facere quod facit: ſed
ea qua propoſuit libera voluntate.
Nō eīm neceſſitate aut impotentia fi
eri vł nō fieri dici debet aliquid: vbi
neq̄ neceſſitas nec impotentia q̄cq̄
operat̄: ſed voluntas. Si inq̄ ita ē
in homīe multo magis neceſſitas aut
impotentia: nequaq̄ nomināde ſunt
in deo: q̄ nihil niſi quod vult facit: ⁊
cuius volūtatē nulla vis cogere aut

ꝑhibere valet. Ad hoc eñ valuit ĩ chriſto diuerſitas naturaꝝ ⁊ vnitas ꝑſone: vt quod opus erat fieri ad hominũ reſtaurationẽ: ſi hũana nõ poſſet natura: faceret diuina: ⁊ ſi diuine minie cõueniret: exhiberet hũana: ⁊ nõ ali⁹ atq; ali⁹: ſed idẽ ipe eſſet qui vtrũq; perfecte exiſtens: ꝑ humanaꝫ ſolueret qđ illa debebat: ⁊ ꝑ diuinaꝫ poſſet qđ expediebat. Deniq; virgo q̄ e per fidẽ munda facta ẽ: vt de illa poſſet aſſumi: nequaq̄ȝ credidit illũ moriturũ: niſi quia vellet: queadmodũ per ꝓphetaꝫ qui de illo dixit:
Eſa. 53. Oblatus ẽ: quia ipſe voluit: didicerat. Quapropter quoniaꝫ vera fuit fides eius: neceſſe erat ita futurũ eſſe ſicut credidit. Q2 ſi te iteꝝ perturbat q2 dico neceſſe erat: memẽto q2 veritas fidei ꝟginis nõ fuit cauſa vt ille ſpõte moreref: ſꝫ q2 hoc futuꝝ erat: vera fuit ei⁹ fides. Ꝺobreꝫ ſi dr: neceſſe erat vt voluntate ſola moreretur: q2 vera fuit fides ſiue ꝓphetie q̄ de hoc ꝑceſſerãt: nõ eſt aliud q̄ȝ ſi dicas: neceſſe fuiſſe ita futurũ eſſe: q2 ſic futuꝝ erat. Huiuſmõi aũt nec͡citas nõ cogit rem eſſe: ſed eſſe rei facit neceſſitatẽ eẽ. Eſt nãq; neceſſitas p̄cedens: que cauſa ẽ vt ſit res: ⁊ ẽ neceſſitas ſequẽs quã res fac. Precedẽs ⁊ efficiens nec͡citas eſt cũ dicif celum volui: q2 neceſſe ẽ vt voluaf: ſequẽs ꝟo ⁊ que nihil efficit: ſed fit: ẽ cuꝫ dico te ex neceſſitate loqui: q2 loqueris. Cũ eñ hoc dico: ſignifico nihil facere poſſe: vt dũ loqueris nõ loquaris: ñ q alid̄ te cogat ad loquẽdũ. Nã violentia naturalis ꝯditionis cogit celũ volui: te ꝟo nulla neceſſitas facit loqui. Sed vbicũq; eſt precedẽs neceſſitas: eſt ⁊ ſequens: nõ aũt vbi ſequens: ibi ſtatim ⁊ p̄cedens. Poſſumus nãq; dicere: neceſſe eſt celum volui: quia voluitur: ſed nõ ſimiliter ẽ veꝝ icirco te loqui: q2 neceſſe eſt vt loquaris. Iſta ſequẽs neceſſitas currit ꝑ omĩa tẽpora hoc mõ. Quicq̄d fuit: neceſſe ẽ fuiſſe: Quicq̄d ẽ: neceſſe eſſe: ⁊ neceſſe ẽ futuꝝ fuiſſe. Quicquid futuꝝ eſt: neceſſe eſt futuꝝ eſſe. Hec ẽ illa neceſſitas: que vbi tractat Ariſtoteles de ꝓpoſitionibus ſingularibus ⁊ futuris: videt vtrumlibet deſtruere: ⁊ oĩa eſſe ex neceſſitate aſtruere. Hac ſequenti ⁊ nihil efficiẽti neceſſitate: q2 vera fuit fides vel ꝓphetia de chriſto: quia ex voluntate nõ ex nec͡citate moritur⁹ erat: neceſſe fuit vt ſic eẽt. Hac homo factus ẽ: hac fecit ⁊ paſſus eſt: quicquid fecit ⁊ paſſus ẽ: hac voluit quecũq; voluit. Ideo eñ nec͡citate fuerunt: quia futura erant: ⁊ futura erãt quia fuerũt: ⁊ fuerunt quia fuerunt. Et ſi vis oĩm que fecit ⁊ que paſſus eſt veram ſcire neceſſitatẽ: ſcito oĩa ex neceſſitate fuiſſe quia ipe voluit. Voluntatẽ vero eius nulla preceſſit neceſſitas. Quare ſi nõ fuerũt niſi q2 ipe voluit: ſi nõ voluiſſet ñ fuiſſẽt. Sic itaq; nemo tulit animã eius ab illo: ſꝫ ipſe poſuit eã ⁊ iterũ ſumpſit eam: q2 poteſtatẽ habuit ponendi animã ſuam: Jo. 10.
et iterũ ſumendi eã ſicut ipe dicit.

B Satisfeciſti mihi illũ non poſſe ꝓbari vlla neceſſitate morẽ ſubiſſe: nec me peniter vt hoc faceres importunũ tibi extitiſſe. A Oſtendim⁹ vt puto certã rationẽ quõ deus aſſũpſerit hominẽ ſine peccato de maſſa peccatrice: ſed nequaq̄ȝ negãdũ eſtimo aliam eſſe preter iſtam quã diximus: excepto hoc q2 deus facere põt quod hominis ratio comprehẽdere nõ poteſt. Veruꝫ quoniã ⁊ iſta mihi videtur poſſe ſufficere: ⁊ ſi aliã nunc inquirere vellem: neceſſe eẽt inueſtigare q̄d ſit originale peccatũ: ⁊ quomodo a p̄mis parentibus in vniuerſum genus humanũ p̄ter illũ de quo agimus hominẽ diffundaf: ⁊ inciderẽ in quaſdam alias queſtiones que ſuũ poſtulant tractatuꝫ: ea quã diximus ratione contenti: que de incepto reſtant opere ꝓſequamur. B At vis: ſed eo pacto vt tu aliquã do auxiliante deo illã aliaꝫ rationẽ quam

nūc inquirere vitas: q̄ſi debitū exol-
uas. B Quoniā voluntatē hanc
ſcio me gerere: qđ petis nō denego: ſꝫ
qꝛ de futuris incertus ſū: ꝑmittere
non audeo: ſꝫ dei diſpoſitioni cōmit-
to. Sed dic nūc q̄d tibi de queſtione
quā in ꝑncipio ꝓpoſuiſti: ꝓpter quā
alie multe ſe ingeſſerunt ꝑſoluendū
videat̄. B Sūma q̄ſtiōis fuit: cur
deꝰ hō factꝰ ſit: vt ꝑ mortē ſuā ſalua-
ret hominē: cū hō alio modo potuiſſe
facere videret̄. Ad qđ tu multis ꝛ ne-
ceſſarijs rōnibꝰ rn̄dens oſtendiſti re-
ſtaurationē hūane nature non debu-
iſſe remanere: nec potuiſſe fieri: niſi
ſolueret hō qđ ꝓ peccato deo debe-
bat. Qđ debitū tm̄ erat vt illđ cū nō
deberet ſoluere niſi hō: nō poſſet niſi
deus: ita vt idē eſſet hō qui deꝰ. Vñ
neceſſe erat vt deꝰ aſſumeret hoīem
ī vnitatē ꝑſone: quaten̄ q̄ ī natura ſol
uere debebat ꝛ nō poterat: in ꝑſona
eſſet qui poſſet. Deinde qꝛ de v̄gine
ꝛ a ꝑſona filij dei eēt aſſumēdus hō
ille qui deꝰ eēt: ꝛ quō ſine peccato d̄
maſſa peccatrice aſſumi potuerit mō
ſtraſti. Vitā autē huius hoīs tā ſbli
mē: tā ꝑciosā aptiſſime probaſti: vt
ſufficere poſſit ad ſoluēdū qđ ꝓ pec-
catis totiꝰ mūdi debet̄ ꝛ plus in in-
finitū. Reſtat ḡ nūc oñdere quō illa
ſoluat̄ deo pro peccatis hoīm. A
Si propter iuſticiam ſe permiſit oc-
cidi: nonne ad honorem dei vitam
ſuam dedit? B Si poſſum intel-
ligere qđ nō dubito: q̄uis nō videā
quō rōnabilr̄ hō fecerit: cū ꝛ iuſticiā
dedit īdeclinabilr̄ ꝛ vitā ſuā eētnalr̄
ſeruare potuerit: fatebor illū tale q̄d
ſpōte dediſſe deo ad honorē illiꝰ: cui
quicq̄d deꝰ nō ē: cōpari non poteſt:
ꝛ qđ ꝓ oībus oīm hoīm debitꝭ recō
penſari poteſt. A An nō intelligꝭ
qꝛ cū iniurias ꝛ ꝯtumelias ꝛ mortē
crucis cū latronibus ſibi ſicut ſup̄ di-
ximus ꝓpter iuſticiā quā obedient̄
ſeruabat: illatas: benigna patiētia ſu
ſtinuit: exemplū dedit hoībus quatenꝰ
ꝓpter nulla incommoda que ſentiri

ꝑſit a iuſticia quā deo debēt: declinēt:
qđ minime dediſſet: ſi ſm̄ potentiā
ſuā mortē ꝓ tali cauſa illatā declinaſ
ſet. B Videt̄ ꝙ nulla ſpe hō exēplū
neceſſitate dederit: qm̄ multi añ ad-
uentū eius: ꝛ iohānes baptiſta poſt
aduentū ante mortē eius fortit̄ mor
tē ꝓ v̄itate ſuſtinētes: illud ſufficiē-
ter dediſſe noſcunt̄. A Nullꝰ vn-
q̄ moriendo hō ꝓter illū deo dedit:
qđ aliqñ neceſſitate ꝑditurꝰ ñ erat:
aut ſoluit qđ nō debebat. Ille vero
ſponte patri obtulit qđ nulla neceſſi
tate vnq̄ amiſſurꝰ erat: ꝛ ſoluit pro
peccatoribus qđ ꝓ ſe non debebat.
Quapropt̄ ille mlto magꝭ dedit exē
plū vt vnuſquiſq̄ qđ aliqñ incūctā-
ter amiſſurꝰ eſt ꝓ ſeipo reddere deo:
cū rō poſtulat: non dubitet: q̄ cum
nullatenus aut ꝓ ſe indigeret: aut co
geret̄ ꝓ alijs q̄bus nihil niſi penā de-
bebat: tā ꝑciosam vitā: īmo ſeipſū
tantā ſcilicet ꝑſonā: tanta volunta-
te dedit. B Multū ꝓpinquas de-
ſiderio meo: ſꝫ ſuſtine vt quiddā q̄-
rā: qđ q̄uis fatuū forſitan putes q̄-
rere: non tamē ī ꝓmptu mihi ē quid
reſpondeā ſi a me querat̄. Dicis qꝛ
quando mortuus ē: dedit quod nō
debebat. Sꝫ nemo negabit illū me-
lius feciſſe quando illud ad exēplū
taliter dedit: ꝛ magꝭ hoc placere deo
q̄ ſi non hoc feciſſet: aut dicet eū nō
debuiſſe facere qđ meliꝰ eſſe ꝛ quod
magis placere deo intellexit. Quo-
modo ergo aſſeremus eū non debu-
iſſe deo qđ fecit: id eſt qđ melius eſſe
ꝛ magis placere deo cognouit: ꝑſer-
tim cū creatura debeat deo totū qđ
eſt: ꝛ qđ ſcit ꝛ qđ poteſt. A Quā-
uis creatura nihil habeat a ſe: quan-
do tamē illi deus concedit aliquid li
cite facere ꝛ nō facere: dat illi ita ſuū
eſſe vtrūq̄: vt licet alterū ſit melius:
neutrū tamē exigatur determinate:
ſed ſiue faciat quod melius eſt ſiue al
terū: debere facere dicat̄ quod facit.
Et ſi facit quod meliꝰ eſt: ꝑmiū ha-
beat: quia ſponte dat quod ſuū eſt.

Nam cū virginitas melior ſit coniugio: neutrū tamē ab homīe determinate exigit̄: ſed ꝛ ꝙ coniugio vti: ꝛ ꝙ virginitatē ſeruare mauult: quod facit: debere facere dr̄. Nemo eīn ꝟginitatē ſiue ꝯiugiū dicit eligi non debere: ſed dicim⁹ qꝛ qḋ mauult homo anteq̄ȝ aliquid horū ſtatuat: hoc facere debet: ꝛ ſi virginitatē ſeruat pro ſpōtaneo munere qḋ offert deo: premiū expectat. Cū ergo creaturā dicis deo debere qḋ meli⁹ ſcit ꝛ poteſt: ſi intelligis ex debito: ꝛ nō ſubaudis ſi deus iubet: non eſt ſemper verum. Siquidem vt dixi non debet homo virginitatē ex debito: ſed ſi mauult debet vti ꝯiugio. Qꝛ ſi te mouet verbū qḋ eſt debere: nec potes illud ītelligere ſine aliq̄ debito: ſcito qꝛ ſic̄ ꝯtīgit poſſe ꝛ nō poſſe: ꝛ neceſſitatē aliquando dici: non quia ſunt in rebus vbi dicunt̄: ſed quoniā ſunt in alio: ita ꝛ debere. Quippe cū dicim⁹ debere pauperes a diuitib⁹ elemoſynā accipere: non eſt aliud q̄ȝ diuites debere pauperibus elemoſynā impēdere: hoc nāq̄ȝ debitū non eſt exigendum a paupere: ſed a diuite. De⁹ q̄ȝ dicit̄ oībus debere p̄eſſe: non quia ille in hoc aliquo modo ſit debitor: ſꝫ quoniā omnia debent illi ſubeſſe: ꝛ debere facere quod vult: quoniam qḋ vult debet eſſe. Ita quando vult aliqua creatura facere quod ſuū eſt: facere ꝛ non facere dicitur debere facere: quia quod ipſa vult debet eſſe. Dominus itaq̄ȝ ieſus cum mortē ſicut diximus ſuſtinere voluit: quoniā ſuum erat ꝛ pati ꝛ non pati: debuit facere quod fecit: quia quod voluit: fieri debuit: ꝛ nō debuit facere: quia non ex debito. Nempe quoniā ipſe idē eſt de⁹ ꝛ hō: ſcḋm humanā q̄dē naturā ex q̄ fuit hō: ſic accepit a diuina natura que alia eſt ab humana eſſe ſuum quicquid habebat: vt nihil deberet dare niſi qḋ volebat: ſcḋm perſonā vero ſic a ſeipo habebat qḋ habebat: ꝛ ſic perfecte ſibi ſufficiens erat: vt nec alij quicq̄ȝ retribuere deberet: nec vt ſibi retribueretur dare indigeret. B Aperte nūc video: quia nulla ratione ſeipſum morti ex debito ſicut ratio mea videbat̄ monſtrare dedit ad honorem dei: ꝛ tamē facere debuit quod fecit. A Honor vtiq̄ȝ ille totius eſt trinitatis: q̄re quoniam idem ipſe eſt deus fili⁹ dei: ad honorem ſuū ſeipſum ſibi ſicut patri ꝛ ſpirituiſancto obtulit: id eſt humanitatem ſuam diuinitati ſue que vna eadēq̄ȝ trium perſonarū eſt. Ut tamen in eadem ipſa veritate manentes apertius loquamur quod volumus: dicamus ſicut vſus habet: quia filius ſponte ſeipſum patri obtulit: hoc namq̄ȝ modo apertiſſime dicit̄ ꝛ qꝛ ꝛ in vna pſona tot⁹ deus cui ſcḋm hominem ſe obtulit: intelligitur: ꝛ ꝑ nomen patris ꝛ filij immenſa quedā in cordibus audientium: cum patrē ꝛ filium hoc modo poſtulare pro nobis dicitur: pietas ſentit̄. B Hoc libentiſſime accipio.

## Quāta rōne de morte ei⁹ ſequatur humana ſaluatio: Ca. XIX

Ntueamur nūc ꝓut poſſumus i q̄ȝta inde rōne ſequat̄ humana ſaluatio. B Ad hoc tēdit cor meū. Nā q̄uis ſꝫ mihi videar intelligere: ipſam tū rationis contextionē a te volo fieri. A Quantum autem ſit quod filius ſponte dedit non eſt opus exponere. B Sufficiēter patet. A Cū autem qui tantū donū ſponte dat deo: ſine retributione debere eſſe nō iudicabis. B Immo neceſſe eē video vt pat̄ filio retribuat: alioq̄n aut iniuſt⁹ eē videret̄ ſi nollet: aut īpotēs ſi nō poſſet: q̄ aliena ſūt a deo. A Qui retribuit alicui: aut dat qḋ ille nō hȝ: aut dimittit qḋ ab illo pōt exigi. Prius aūt q̄ȝ tantā rē fili⁹ faceret: oīa q̄ patris erant: ſua erant: nec vnq̄ȝ debuit qḋ illi dimitti poſſit. Quid ḡ retribuet̄.

nullius rei egenti: et cui non eſt qđ
dari aut dimitti poſſit? B Ex vna
parte video retribuendi neceſſitatē
⁊ ex altera impoſſibilitatē: qꝛ ⁊ neceſ
ſe ē deū reddere qđ debet: ⁊ nō ē qđ
reddat. A Si tanta ⁊ tam debita
merces: nec illi nec alij reddiť: inua/
nū filiꝰ rē tantā feciſſe videbiť. B
Hoc nefas ē eſtimare. A Neceſ/
ſe ē ergo vt alicui alij reddať qꝛ illi
nō poteſt. B Ineuitabiliter ſeq̄/
tur. A Si voluerit filius qđ ſibi
debetur alij dare: poterit ne pater
iure illū prohibere: aut illi cui dabit
negare? B Immo ⁊ iuſtū ⁊ ne/
ceſſariū intelligo: vt cui voluerit da/
re filius a patre reddať: quia ⁊ filio
qđ ſuū ē dare licet: ⁊ pater qđ debet
ſi niſi alij reddere poteſt. A Qui/
bus conuenientius fructū ⁊ retributio/
nem ſue mortis attribuet q̄ illis pro/
pter quos ſaluādos (ſicut ratio veri/
tatis nos docuit) hominem ſe fecit: ⁊
quibus vt diximꝰ moriendo exēplū
moriendi ꝑpter iuſticiam dedit? Fru
ſtra quippe imitatores eiꝰ erūt: ſi me/
riti eius ꝑticipes non erūt. Aut quos iu
ſtiꝰ faciet heredes debiti quo ipſe nō
eget: et exundantie ſue plenitudinis
q̄ parētes ſuos ⁊ fratres quos aſpi/
cit tot ⁊ tātis debitis obligatos: ege/
ſtate tabeſcere in ꝓfundo miſeriarū:
vt eis dimittať qđ ꝓ peccatis debēt
⁊ deť quo ꝓpť peccata carent? B
Nihil rationabilius: nihil dulciꝰ: ni/
hil deſiderabilius mūdus audire po
teſt. Ego quidē tātā fiduciā ex hoc cō
cipio vt iam dicere nō poſſim quanto
gaudio exultet cor meū. Videť enim
mihi q̄ nullum hoīem reijciat deus a
ſe ſub hoc noīe accedentē. A Ita
ē ſi accedat ſicut oportet. Quemad
modū aūt ſit ad tante gratie partici/
pationē accedendū: ⁊ quō ſub illa vi
uendū: nos vbiq̄ ſacra ſcriptura do/
cet que ſup ſolidā ꝟitatē: quā adiu/
uante deo aliquatenus ꝑſpeximꝰ: ve/
lut ſup firmū fundamentum fundata
eſt. B Vere quicquid ſup fūdamē
tū hoc edificať: ſup firmā petrā fun/
dať. A Puto me aliquantulum
iā tue ſatiſfeciſſe queſtioni: Quis hoc
melior me facere pleniꝰ poſſit: ⁊ maio
res atq̄ plures q̄ meum aut mortale
ingeniū cōphēdere valeat hꝰ rei ſatis
ſunt rōes. Palā etiā ē qꝛ deꝰ vt hō fa/
ceret qđ diximꝰ nullatenꝰ indigebat:
ſꝫ ita ꝟitas īmutabiliť exigebat. Licet
enī hoc qđ hō ille fecit deus dicatur
feciſſe ꝓpter vnitatē ꝑſone: deus ta/
mē nō egebat vt de celo deſcenderet
ad vincendū diabolū: neq̄ vt ꝑ iuſti
ciā ageret ꝯtra illū ad liberandū ho/
minē: ſed ab hoīe deꝰ exigebat vt dia
bolū vinceret: ⁊ qui ꝑ peccatū deū of/
fenderat ꝑ iuſticiā ſatiſfaceret. Si q̄/
dem diabolo nec deꝰ aliquid debebat
niſi penā: nec hō niſi vicem vt ab illo
victꝰ illū reuinceret: ſꝫ quicquid ab illo ex/
igebať: hō deo debebat nō diabolo.

## Q̄ magna ⁊ q̄ iuſta ſit miſericordia dei: Ca. XX.

Mⁱſericordiā ꝟo dei q̄ tibi pe/
rire videbať cū iuſticiā dei et
pctm̄ homiīs ꝯſiderabamꝰ tam
magnā tamq̄ ꝯcordē inuenimꝰ iuſti/
cie: vt nec maior nec iuſtior cogitari
poſſit. Nempe quid miſericordius
intelligi valet: q̄ cum peccatori tor
mētis eternis damnato: ⁊ vñ ſe redi
mat nō habēti: deus pater dicit: Acci
pe vnigenitū meū ⁊ da ꝓ te. Et ipſe fi
liꝰ: Tolle me ⁊ redime te? Quaſi enī
hoc dicūt qū nos ad chriſtianā fidem
vocāt ⁊ trahūt. Quid etiā iuſtiꝰ q̄
vt ille cui dať p̄ciū maiꝰ oī debito: ſi
debito dať affectu dimittat oē debitū?

## Q̄ impoſſibile ſit diabolum recōciliari: Ca. XXI.

Dⁱaboli ꝟo recōciliationē de
q̄ queſiuiſti: impoſſibilē intelli
ges ſi diligēter hūanā cōſide/
res. Sic enī hō nō potuit recōciliari
niſi ꝑ hoīem deū q̄ mori poſſet: ꝑ cu/
ius iuſticiā deo reſtitueret qđ ꝑ pec/
catū hoīs ꝑdiderat: ita angeli dāna/
ti nō pñt ſaluari niſi ꝑ angelū deū: q̄

mori poſſit: ⁊ ꝙ ꝑ iuſticiā ſuā deo re/
paret qđ alioꝝ pctā abſtulerīt. Et ſic
hō ꝑ aliū hoīez ꝗ ſi eēt eiuſdē generꝭ
ꝗuis eiuſdē eēt nature ſi debuit rele/
uari: ita nullꝰ āgelꝰ ꝑ aliū āgelū ſal/
uari debet: ꝗuiſ oēs ſint vniꝰ natu
re: qm̄ nō ſunt eiuſdē generis ſic ho/
mines. Nō eīn ſic ſunt oēs angeli de
vno angelo queādmodū oēs hoīes
de vno hoīe. Hoc q̄z remouet eoꝝz
reſtaurationē: qꝛ ſicut ceciderūt nul
lo alio nocēte vt caderent: ita nullo
alio adiuuāte reſurgere debēt: qđ eſt
illis īpoſſibile. Aliť eīn in dignitatē
quā habituri erant non pñt reſtitui:
qm̄ ſine alieno auxilio ꝑ ptātez ſuam
quaz acceperāt ſtetiſſent in ꝟitate ſi
nō peccaſſent. Quapropť ſi ꝗs opi/
nat̄ ſaluatoris noſtri redēptionē vſ/
ꝗ ad illos aliqñ debere extēdi: rōna
biliter ꝯuincit̄: qꝛ irrōnabiliť decipi/
tur. Qđ nō dico ꝗſi p̄ciū mortis eiuſ
oībꝰ hoīm ⁊ angeloꝝ pctīs ſua ma/
gnitudine nō p̄ualeat: ſꝫ qm̄ ꝑditoꝝ
angeloꝝ releuatiōi īmutabilis ratio
repugnat. B Rōnabilia ⁊ ꝗbus
nihil ꝯtradici poſſit ꝗ dicis oīa mihi
videńť: ⁊ ꝑ vniꝰ ꝗſtiōis quā ꝓpoſui/
mus ſolutionē: ꝗcꝗd in nouo veteri
ꝗ teſtamēto ꝯtinet̄ ꝓbatū ītelligo.

## Q̄ꝛ i his ꝗ dicta ſūt veritas veteris ⁊ noui teſtamēti ꝓbata ſit: Ca. XXII

Cam eīn ſic ꝓbes deū fieri ho/
minē ex neceſſitate vt etiam ſi re
moueāť pauca ꝗ de librꝭ nr̄is
poſuiſti: vt qđ de tribꝰ pſonis dei: et
de adā tetigiſti: nō ſolū iudeis: ſed et
paganis ſola rōne ſatiſfacias: ⁊ idez
īpe deꝰ hō nouū cū dat teſtamētuz ⁊
vetꝰ approbet. ſic īpm veracē eē ne/
ceſſe ē ꝯfiteri: ita nihil qđ in illis ꝯti/
neť veꝝ eē p̄t aliꝗs diffiteri. A Si
ꝗd diximꝰ qđ corrigēdū ſit: nō renuo
correctionē ſi rōnabiliť fit. Si aūt te/
ſtimonio ꝟitatis roborať qđ nos ra
tionabiliť inueniſſe exiſtimamus: deo
nō nobis attribuere debemus: qui ē
benedictus in ſecula: Amen.

## Beati Anſelmi liber ſcđus: Cur deus homo: explicit.

## Eiuſdē beati Anſelmi Archiepī Cantuarioꝝ: i librū ſiue epl̄az ad vrbanū papā de fide: quē de incarnatiōe verbi cōtra iudeos inuenimus prenotatū: prefatio.

Q uonīa poſt apl̄os ſancti
p̄res ⁊ doctores nr̄i multi
tot ⁊ tanta ꝯ fidei noſtre
rōe dicāt ad ꝯfutādā īſi/
pientiā ⁊ frāgēdā duriciā
infideliū: ⁊ ad paſcēdū eos ꝗ iā cor/
de fide mūdato eiuſđ fidei rōe (quā
poſt eiꝰ certitudinē debemꝰ eſurire)
delectāť: vt nec noſtris nec futurꝭ tē
poribꝰ vllū illis parē i ꝟitatis ꝯtē/
platiōe ſperemꝰ: nullū tñ rep̄hēden/
duz arbitror: ſi fide ſtabilitꝰ in rōnis
eiꝰ īdagine ſe voluerit exercere. Nā ⁊
illi (quia breues dies hoīs ſūt) non Job. 14.
oīa que poſſent: ſi diutiꝰ vixiſſent di
cere potuerūt: ⁊ ꝟitatꝭ rō tā ampla:
tāꝗ ꝓfunda ē: vt a mortalibꝰ neꝗat
exhauriri: ⁊ dn̄s i eccl̄ia ſua cū ꝗ ſe eē
vſꝗ ad ꝯſūmationez ſeculi ꝓmittit:
gr̄e ſue dona nō deſūt īpertiri. Et vt
alia taceā ꝗbꝰ ſacra pagina nos ad
inueſtigandā rōnē īuitat: vbi dicit:
Niſi crediderītꝭ nō intelligetꝭ: apte Eſa. 7.
monet intentionē ad intellectū extē/
dere: cū docet ꝗliter ad illū debeamꝰ
ꝓficere. Deniꝗ qm̄ inter fidē ⁊ ſpe/
ciē: ītellectū quē in hac vita capimꝰ:
eē mediū intelligo: quāto aliꝗs ad il
lū ꝓficit: tāto cū ꝓpinꝗre ſpeciei (ad
quā oēs anhelamꝰ) exiſtio. Hac igi
tur ego ꝯſideratiōe licet ſim hō pue
nimiſ ſcīe ꝯfortatꝰ: ad eoꝝ ꝗ credimꝰ
rōnē intuendā ꝗntū ſuꝑna gr̄a mihi
dare dignať: aliqñ conor aſſurgere:
⁊ cū aliꝗd qđ p̄us nō videbā reꝑio:
id alijs libēter aperio: ꝗtenꝰ ꝗd ſecu/
re tenere debeā: alieno diſcā iudicio.
Quapropť mi pater ⁊ dn̄e: chriſtia/

nis oībꝯ cū reuerētia amande: ⁊ cuꝫ
amoꝛe reuerēde papa vrbane: quem
dei ꝓuidētia in ſua eccl'ia ſūmū ɔſti/
tuit pontificē: qm̄ nulli rectiꝰ poſſuꝫ:
veſtre ſanctitatꝭ ꝑſento ɔſpectui ſub/
ditū opuſculuꝫ: vt eius auc̄te que ibi
ſuſcipienda ſunt approbentur: ⁊ que
corrigenda ſunt emendent̄.

## Explicit p̄fatio.

## Capitulo꜠ libri ſeu ep'le d̄ fide vel de incarnatiōe verbi bt̄i Anſelmi annotatio.

Ca. j De hūili ſubiectiōe auctoris er/
ga ſūmū pōtificē vrbanū: ⁊
cur hūc librū ſiue ep'lam fa/
cere attēptauerit.

ij Q: cū ſacre fidei q̄ſtiōes diſ/
putamꝰ aut rimamur: nō q̄/
libet dialectici ſ; in ſcp̄turis
ſacris experti ſuſcipi humi/
liter debeāt.

iij Q: nō ſint tres dij q̄uis tres res
ꝑſonales: vna tn̄ res eēntial'.

iiij Tres ꝑſonas eē incarnatas fi/
lio īcarnato īpoſſibile ē: fi/
lio tn̄ ampliꝰ ɔuenit īcarna/
ri q̄ꝫ p̄ri ⁊ ſpūiſancto.

v Q: in chriſto nō dicantur due
ꝑſone eē ſicut due nature aſ/
ſumpte.

vj Q: pater: filius: ſpūſſanctꝰ nō
ſint tres res ſepate: naturali
probatur exemplo.

vij Originē ꝑſona꜠ ī diuinis: alio
naturali exemplo ꝓbat.

viij De eternitate cui p̄ūctū cōꝑat.

## Bt̄i Anſelmi archiep̄i Cantuarienſis liber ſiue ep'la ad vrbanū papā de fide ſeu de īcarnatiōe verbi ɔtra iudeos: feliciter incipit.

## De hūili ſubiectione auctoris erga ſūmū pontificē vrbanū: ⁊ cur hunc librū ſiue ep'lam facere attēptauerit: Ca. I.

d

# Omino

⁊ p̄ri vniūſe eccl'ie in
terra ꝑegrinātis: ſū/
mo pōtifici vrbano:
fr̄ anſelmꝰ vita pec/
cator: habitu mona/
chus: ſiue iubēte ſiue ꝑmittēte deo cā
tuarie metropolis vocatꝰ ep̄ūs: debi/
tā ſbectionē cuꝫ hūili ſuītio ⁊ deuo/
tis oꝛonibꝰ. Qm̄ diuīa ꝓuidētia ve
ſtrā elegit ſanctitatē cui vitā ⁊ fideꝫ
chriſtianā cuſtodiendā ⁊ eccl'iaꝫ ſuā
regēdā cōmitteret: ad nullū aliū re/
ctiꝰ refert̄ ſi q̄d ɔ catholicā fidē oꝛit̄
in eccl'ia: vt eiꝰ auc̄tate corrigat̄: nec
vlli alij tutiꝰ ſi q̄d ɔ errorē rn̄det̄: oſ/
dit̄: vt eiꝰ prudētia examinet̄. Qua/
propter ſicut nulli digniꝰ poſſū; ita
nulli libēt̄iꝰ ꝑſentē ep'laꝫ quā veſtre
deſtino ſapiē: q̄tenꝰ ſi q̄d in ea corri
gendū ē: veſtra cēſura caſtiget̄: ⁊ q̄d
regulā ꝟitatis tenet: vr̄a auc̄te robo/
ret̄. Cū adhuc in becci monaſterio eſ
ſem abbas: ꝑſūpta ē a q̄dā clerico in
frācia talis aſſertio: Si in deo inquit
tres ꝑſone ſūt vna tm̄ res: ⁊ nō ſunt
tres res vnaq̄q; ꝑ ſe ſepatim ſic̄ tres
āgeli aut tres aīe: ita tn̄ vt potētia ⁊
volūtate oīno ſint idē: ḡ p̄r ⁊ ſpūſſā
ctus cū filio ē incarnatꝰ. Q̄d cuꝫ ad
me ꝑlatū eēt: incepi ɔ hūc errorē q̄n/
dā ep'lam. Quā ꝑte q̄dā edita ꝑfice/
re ɔtēpſi: credēs nō ea opꝰ eē: qm̄ ⁊ il
le ɔ quē fiebat: in ɔcilio a venerabi/
li remenſi archiep̄o Reinaldo colle/
cto: errorē ſuū abiurauerat: ⁊ nulli
videbat̄ q̄ cū errare ignoraret. Par
tē tn̄ illā quā fecerā: q̄dā fratres me
neſciēte trāſcp̄ſerunt: atq; alijs legē/
dā tradiderūt. Q̄d iccirco dico vt ſi
in alicuius manꝰ ꝑs illa venerit q̄uis
ibi nihil falſū ſit: tn̄ tāq; imꝑfecta et
nō exquiſita relinquat̄: ⁊ hic q̄d ibi
incepi diligentiꝰ inceptū ⁊ ꝑfectū re/
quirat̄. Poſtq̄ꝫ eīn in anglia ad epi/
ſcopatuꝫ neſcio q̄ dei diſpoſitione ca/
ptꝰ ⁊ retentꝰ ſū: audiui p̄fate nouita
tis auctorē in ſua ꝑſeuerantē ſnīa: di/

cere ſeſe ob aliud abiuraſſe: qđ dice/
bat: niſi q2 a pplo interfici timebat.
Hac igit̄ cā qdā fratres p̄cibus ſuis
me coegerūt vt ſoluerē q̄ſtionē q̄ ipe
ſic irretit⁹ erat: vt nllo mō ſe expediri
ab ea poſſe credrēt: niſi aut đ icarna
tiōe dei p̄ris ꝛ ſpūſſcī: aut đ eoꝝ mlt
titudine ſe īpediret. Qđ rogo ne q̄s
putet p̄ſūpſiſſe me: q̄ſi fortitudinē fi/
dei chriſtiāe mee exiſtimē īdigere de
fenſiōis auxilio. Quippe ſi ego ɔtē/
ptibilis homūcio tot ſanctis ꝛ ſapiē/
tib⁹ vbiq3 exiſtētib⁹ ad ɔfirmādū fi
dei chriſtiane firmamentū: q̄ſi mea i/
digeat defēſiōe: aliq̄d ſcribere tēpta
rē: p̄ſūptor vtiq3 iudicari ꝛ deriden/
dus poſſem videri. Si eīm me vide/
rēt homīes alij ꝯniſū paxillis ꝛ fu/
nibus ꝛ alijs reb⁹ q̄b⁹ nutātia ligari
ꝛ ſolidari ſolēt: elaborare circa mōtē
olympū ad ɔfirmandū eū ne alicui⁹
īpulſu nutaret aut ſubuerteret: mirū ſi
ſe a riſu ꝛ deriſu ɔtinerēt: q̄to magis
Dan. 2. cū lapis q̄ abſciſſus ē de mōte ſine ma
nibus: ꝛ percuſſit ꝛ cōminuit ſtatuā
quā vidit in ſomno nabuchodono/
ſor: iā fact⁹ ē mons magn⁹ ꝛ īplene/
rit vniūſa3 terrā ſi eū meis rōnibus
fulcire: ꝛ q̄ſi nutantē ſtabilire nitar:
tot ꝛ ſancti ꝛ ſapiētes q̄ p ei⁹ eꝛ̄na fir
mitate ſe ſtabilitos eē gaudēt: indig/
nari mihi p̄nt ꝛ h̄ īputare: nō ſtudio/
ſe grauitati ſ3 iactabūde leuitati. Si
q̄d ḡ đ firmitate fidei nr̄e ī hac ep̄la
diſputauero: nō ē ad ɔfirmādā illā:
ſ3 ad fratꝝ h̄ exigētiū p̄cib⁹ ſatiſfaciē
dū. Sz ſi ille q̄ p̄fata3 ꝓtulit ſn̄iam
deo corrigēte ad v̄itatē rediȷ̄t: nulla/
ten⁹ putet me ī hac ep̄la ɔ̄ ſe loq̄: q2
Eph. 5. iā nō ē qđ fuit. Si eīm fuit aliq̄n tene
bre: nūc aūt lux in dn̄o: nō ſūt arguē
de teneb: e q̄ iā nō ſūt: ſ3 lux approbā
da que lucet. Uerūtñ ſiue adhuc ad
lucē redierit ſiue nō: q̄m ſentio labo
rare plures in eadē queſtiōe: etiā ſi fi
des in illis ſuperet rōnē: que illis fidei
videt̄ repugnare: nō mihi videt̄ ſup/
fluū repugnantiā iſtam diſſoluere.

## Q cū ſacre fidei q̄ſtiōes diſputam⁹ aut rimanıur: nō q̄libet dialectici ſ3 in ſcripturis ſacris expti ſuſcipi hūiliter debeāt: Ca. II.

S Ed p̄us q̄3 de queſtiōe diſſerā:
aliq̄d p̄mittā ad cōpeſcēdā eo
rū p̄ſūptiōe3 q̄ nefāda temeritate au
dēt diſputare ɔ̄ aliq̄d eoꝝ que fides
chriſtiana ɔfitet̄: q̄m id intellectu ca
pere nequeūt: ꝛ poti⁹ inſipiēti ſuper/
bia iudicāt nullaten⁹ poſſe eē qđ ne/
queūt ītelligere: q̄3 hūili ſapīa fateāt̄
eē multa poſſe q̄ ipi ñ valeāt cōp̄hēde
re. Null⁹ q̄ppe chriſtianus dz diſpu/
tare q̄m qđ catholica eccleſia corde
credit ꝛ ore ɔfitet̄ ñ ſit: ſ3 ſp eādē fidē
indubitāter tenēdo amādo: ꝛ ſm il/
lā viuēdo: hūiliter q̄tū p̄t querere ra
tionē quō ſit. Si p̄ōt intelligere: deo
grās agat: ſi nō p̄ōt: nō īmittat cor/
nua ad vētilādū: ſ3 ſūmittat caput ad
venerādū. Citi⁹ eīm p̄ōt in ſe ɔfidēs
hūana ſapīa impingēdo cornua ſibi
euellere: q̄3 īnitēdo petrā hāc euelle/
re. Solēt eīm q̄dā cu3 cepint q̄ſi cor/
nua ɔfidētis ſibi ſcīe ꝓducere: neſciē
tes qđ ſi q̄s eſtimat ſe ſcire aliq̄d nō/
dū cognit quēadmodū oporteat eū
ſcire: anq̄3 habeant p ſoliditatē fidei
alas ſpiritales ī altiſſimas đ fide q̄ſti
ones p̄ſūptuoſe aſſurgere. Un̄ fit vt
dū ad illa q̄ p̄us fidei ſcalā exigūt (ſi/
cut ſcrip̄tū ē: Niſi credideritis nō ītelli Eſa. 7
getis) p̄poſtere p̄⁹ p intellectū: conā
tur a ſcēdere in multimodos errores:
p intellect⁹ defectū cogant̄ deſcēde/
re. Palā nāq3 ē q2 illi non h̄nt fidei
firmitatē: q̄ q̄m q̄ crediīt: intellige/
re nō p̄nt: diſputāt ɔ̄ eiuſdē fidei a ſā
ctis p̄rib⁹ ɔfirmatā v̄itatē: velut ſi
veſptiliōes ꝛ noctue nō niſi in nocte
celū vidētes đ meridiāis ſolis radijs
diſceptēt ɔ̄ aq̄las ſolē ipm irreūbera
to viſu ītuētes. P̄ri⁹ ḡ fide mūdan/
dū ē cor: ſic̄ d̄r de deo: Fide mūdās Act. 15.
corda eoꝝ: ꝛ p̄⁹ p p̄ceptor dn̄i cuſto/
diā illūinādi ſūt ocli: Quia p̄ceptu3
dn̄i lucidū illuminās oclos. Et p̄⁹ p Ps. 18.
hūilē obedientiā teſtimoniorū dei
debem⁹ fieri puuli vt diſcam⁹ ſapīa3

Ps. 18. quã dat teſtimoniũ dñi fidele: ſapiẽ-
pſtãs puulis. Unde dñs: Cõfiteor tibi
Matth. 11 dñe pater celi ⁊ terre: q̃ abſcõdiſti hec
a ſapiẽtib⁹ ⁊ prudẽtib⁹ ⁊ reuelaſti ea
puulis. Prius igr̃ ea q̃ carnis ſũt poſt
ponẽtes: ſm ſpiritũ viuam⁹: q̃ʒ pfũ
da fidei dijudicãda diſcutiã⁹. Nã q̃
1. Cor. 2 ſm carnẽ viuit: carnalis ſiue aĩalis ẽ:
de q̃ dr̃: Aĩalis hõ nõ pcipit ea q̃ ſũt
ſpũs dei. Qui vero ſpũ facta carnis
mortificat ſpũalis efficit: de q̃ legit:
Ibidem. Qr ſpũal' oĩa iudicat: ⁊ ipſe a nemĩe
iudicat. Uer̃ enĩ ẽ q̃ quãto opulẽti⁹
nutrimur in ſacra ſcptura ex his que
p obediẽtiã paſcũt: tãto ſbtili⁹ pue-
himur ad ea que p intellectũ ſaciãt:
Ps. 118. Fruſtra q̃ppe conat dicere: Sup oẽs
docẽtes me intellexi: q̃ pferre nõ au-
Ibidem. det: Qr teſtĩonia tua meditatio mea
eſt. Et mẽdaciter pnunciat: Sup ſe-
Ut. s. nes ĩtellexi: cui nõ ẽ familiare qđ ſe-
quit: Quia mãdata tua q̃ſiui. Nimi
rũ hoc ipſm qđ dico: Qui nõ credi-
derit nõ ĩtelliget. Nã q̃ nõ credide-
rit nõ expiet: ⁊ q̃ expt⁹ nõ fuerit non
ĩtelliget. Nã q̃ntũ rei auditũ ſupat
expientia: tm̃ vincit audiẽtis cogni-
tionẽ expiẽtl ſcia. Et nõ ſolũ ad ĩtelli-
gẽdũ altiora phibet mẽs aſcẽdere ſi
ne fide ⁊ mãdatoꝝ dei obediẽtia: ſʒ
etiã aliqñ datũ intellect⁹ ſbtrahit: ⁊
fides ipſa ſbuertit negiecta bona cõ-
Roma. 1. ſciẽtia. Ait enĩ de q̃buſdã Apls: Cũ
cognouiſſent deũ: nõ ſic deũ glorifi-
cauerũt: aut grãs egerũt: ſꝫ euanuert
in cogitatiõib⁹ ſuis ⁊ obſcuratũ ẽ in-
ſipiẽs cor eoꝝ. Et cũ pciperet timo-
1. Tim. 1. theo militare militiã bonã: ait: Hñs
fidẽ ⁊ cõſciam bonã: quã q̃dã repellẽ
tes circa fidẽ naufragauerũt. Nemo
ẽ ſe temere ĩmergat ĩ cõdẽſa difficil-
limaꝝ q̃ſtionũ niſi pus in ſoliditate
fidei: cõq̃ſita moꝝ ⁊ ſapiẽtie grauita-
te: ne p multiplicia ſophiſmatũ diuer
ticula ĩcauta leuitate diſcurrẽs: aliq̃
tenaci illaqueet falſitate. Cũq; oẽs
vt cautiſſime ad ſacre pagine q̃ſtio-
Quidā qd̄ ſꝫ dr̄: ſcꝫ ī ſemīe q̄ ɔci/ pit̄ hō: nō mag⁹ eē cul pā aliqnā vl̄ origīalē vel actualem q̄ꝫ eſt iu ſputo vl̄ ſanguīe: ſi q̄s mala volūta/ te expuat: aut de ſanguine ſuo aliq̄d emittat: rp̄hēdūt falſū eē: ex ḣ aſtru entes q̄ in ipō ſemīe ſit q̄dā fomes pctī corruptiōis nature hūane ⁊ in/ de origo pctī originalē. Sꝫ ſi ab eis q̄rat̄ q̄d appellēt fomitē pctī qd̄ ī il/ lo ſit ⁊ corruptionē nature: nō video q̄d rn̄dere poſſit d̄ rōe. Nulla eñ res rōe carēs vl̄ ad pctm̄ īcitare pt̄ vl̄ ad xtutē: vt ait Amb. d̄ ſacr̄is: ſmone p̄mo. Iude⁹ vrceos baptizat ⁊ cali/ ces: q̄ſi inſenſibilia vl̄ culpā poſſint habere vl̄ graꝫ. Qd̄ igit̄ nec culpā pōt hr̄e nec laudē: nō pōt fomes eſſe pctī vl̄ xtutis. Tale eſt ſemē q̄ ɔcipi tur hō cū ſit inſēſibile: ḡ inſēſibile ſe/ mē illō cū ī eo nō ſit: nec eē clpa poſ ſit: nec ē nec eſſe pōt fomes pctī. Qz aūt in corpō ſit cā corruptiōis hu/ mane nature nō videt̄ ſi vocāt corru ptionē eā q̄ d̄ pctō ꝓceſſit ⁊ cū pctō ineſt. Eſt eñ q̄dā nature nr̄e corru/ ptio: q̄ de pctō q̄dē ꝓceſſit: ſꝫ cū pctō ineſt aliqn̄: aliqn̄ cū pctō non ineſt. Corruptio illa q̄ tantū nō pena eſt ⁊ nō pctm̄: vt morbi corpoꝝ noſtro/ rū ⁊ alie incōmoditates: ⁊ mors ipa q̄ corruptio ſine pctō fuit in corpo/ re chriſti: ⁊ ſine pctō mortali ē ī ſan/ ctis hoib⁹ in hac vita: eadē cū pctō ineſt pctōrib⁹. Hec corruptio nō hꝫ cām in ſemine nec ex ſemine: licet per trāſeat in oēs qui gignunt̄ paterno ſemīe. Sꝫ cū ſit pena pctī: hꝫ cauſā in pctō primi parētis: ꝓpter qd̄ in/ flicta ē: nō ſemini inſenſibili: ſed eis qui ſentire ⁊ ſuſtinere debēt moleſti am afflictiōis. De hac aūt corrupti/ one orit̄ q̄dā alia corruptio: q̄ in ſe/ mine quidē eſt nō aūt a ſemīe cauſā hꝫ: vt cū de morbidis parētib⁹ ſemē morbidū format̄ ī morbidā ꝓlē: de q̄ medici ɔſiderant: ſꝫ ī hac nec cul/ pa eſt originalis nec actualis. Et de hac nō puto eos dicere. Si aūt vo/ cāt corruptiōꝫ ipꝫ pctm̄ quō q̄dā pt̄ dici corruptio xtutis: ea lōge ē a p̄di cto ſemīe: vt p̄miſſa ābroſij docꝫ au ctoritas. Quid ḡ appellāt fomitē pctī vl̄ corruptiōꝫ nat̄e q̄ ē ī ſemīe? Forte dicere volēt qd̄ ḣ auctas vo ſit: ſꝫ d̄ ſemīb⁹ ex q̄b⁹ hoīes fiūt: ſic xa

eſſe non poſſit:ſicut etiã ab ambro/
ſio de illis dicta nõ fuerit. Nã ꝙ in
tali ſemine ſit peccatũ: oñdit Augu
ſtin⁹ in ſcđo libro de nuptijs ⁊ ↄcu/
piſcẽtia. Natura hoĩs inquit habet
auctorẽ deũ: In q̃ ex vitio inobedien
tie trahit̃ originale peccatũ. Nã ſi
ſemẽ ipm nullũ habꝫ vitiũ: q̇d ẽ qđ
Sap. 12. ſcptũ eſt in libro ſapiẽtie: Nõ ignorãs
qm̃ nequã eſt illoꝝ natio ⁊ natural̃
malicia ipoꝝ: et qm̃ nõ poterat mu/
tari cogitatio illoꝝ in ꝑpetuũ: Se/
mẽ eñi erat maledictũ ab initio. Nẽ
pe de quibuſcũ ꝙ dicat iſta: ð homi/
nib⁹ dicit: Quõ ẽ ꝙ cuiuſlibet hoĩs
malitia naturalis ⁊ ſemẽ maledictũ
ab initio: niſi ad illud reſpiciat̃: ꝙ
per vnũ hoĩem pctm̃ in mũdũ ⁊ per
Ro. 5. peccatũ mors ⁊ ita in oẽs hoĩes per/
trãſijt i q̃ oẽs peccauerũt? Cui⁹ aũt
hoĩs cogitatio nõ põt mutari in ꝑpe
tuũ: niſi q꞉ per ſeipam non põt niſi
gratia diuĩa ſubueniat: q̃ nõ ſubueni
ente: quid ſũt hoĩes: niſi: qđ ait pe/
tr⁹ apl's: velut muta aĩalia ꝑcreata
naturalr̃ i captiuitatẽ ⁊ interitũ: hec
auguſtin⁹. Ecce aũt habetis in hac
auctoritate culpã eſſe in ſemine. Eis
ergo qui hec ꝓtendũt reſpõdemus.
Primo dicãt vñ oñdere poſſint au
guſtinũ ſenſiſſe h̃ de ipo ſemĩe q̃ hõ
ſeĩat̃? Semẽ eñi equoce ⁊ ð eo qđ
eſt cã: ⁊ ð eo qđ eſt ex cã đr: vt illđ:
Job. 8. Semẽ abrahe ſum⁹. Iuxͣ quẽ modũ
ſemẽ maledictũ eſt: id eſt illi ſũt ma
ledicti qui ſũt de ſemĩe vel generati/
one in malicia pſeuerantiũ ſi ipi ſũt
in eodẽ pſeuerãtes. Nõ ita eſt aũt.
Dicit eñi hoc manifeſte auguſtinus
querẽs: Quo ẽ cuiuſlibet hoĩs ma/
licia naturalis ⁊ ſemẽ maledictũ ab
initio? Cuiuſlibet inq̇t hoĩs malicia
natural̃ ⁊ ſemẽ maledictũ ab initio.
Sicut eñi cuiuſlibet hoĩs malicia eſt
natural̃: ita cuiuſlibet hoĩs ſemẽ ma
ledictũ dicim⁹: q꞉ nõ valet hoc zeu/
gma: id ẽ repetitio a ſuperiori: nec ipe
auguſtin⁹ eñ repetitionẽ fec̃. Qua/
re nõ cogimur ↄſentire eã facietib⁹:

ſed ſic dicim⁹: Cuiuſlibꝫ hoĩs mali/
cia eſt naturalis: ⁊ ipe eſt ſemẽ male/
dictũ: nõ eius ſemẽ maledictũ: q꞉ in
eo nõ ẽ pctm̃. Vel poſſum⁹ figurati/
ue dicere ipm ſemen maledictũ eẽ ꝓ
eo qđ ex eo orũt qui maledicti erãt:
iuxta illud: Maledicta terra in operi Gen. 3.
b⁹ tuis: id ẽ opa tua in terra. Nõ eñi
terra maledicta eſt cũ ipa alibi dica/
tur ſctã: licet eã pctõres operentur:
Vt: Loc⁹ i quo ſtas t̃ra ſctã ẽ: alio/ Exod. 3.
q̇n eadẽ ⁊ maledicta ⁊ ſctã eẽt. Sic
ſemẽ maledictũ q꞉ maledicti q̇ ex ſe/
mĩe. Iuxͣ quẽ modũ Anſelm⁹ noſter
optĩe ⁊ vere exponit illã auctoritatẽ
Job: De imũdo ſemĩe: qđ tñ i ſe ne/
ꝙ imũdũ eſt neꝙ maledictũ. Immo
inquiũt de ſemine qđ ẽ materia car/
nis hũane videt̃ dicere auguſtin⁹: dũ
ſic incipit: Nã ſi ſemẽ ipm nullũ ha
bet vitiũ: ad q̇d eñi fieret relatio per
ipm? Nõ eñi ꝓceſſit ſermo de ſemĩe
ꝗ ſeqx fit ꝑ hoc ꝓnomẽ: nõ relatio:
ꝗ ꝓprietatis quedã expſſio ei⁹ rei q̃
in cauſa dicti ẽ: Vt etiã palladi⁹ de
ruſticatiõe incipit: Pars prima eſt
prudẽtie ipam cui ꝑceptur⁹ eſt eſti/
mare pſonã. Nulla igit̃ ꝑ ipam fit
relatio ꝗ ꝓprietatis ei⁹ q̃ in pſona ẽ
expſſio. Ac ſi dicat: Ipam pſonã: id
eſt ꝟtutẽ vel ſciẽtiã vel dignitatem
vel artẽ vel ꝓfeſſionẽ pſone vl' tale
quid ei⁹. Sic ⁊ hic accipit̃ ipm: cum
de ſemine agit̃: quaſi dicat: Ipm ſe/
mẽ: id eſt ratio ſeminis ea eſſe vt nõ
ſine vitio ſit. Nã ſi nõ in vitio eſt: ſi
nullũ habet vitiũ: quid eſt qđ ſcptũ
eſt ⁊c̃. Ad hoc reſpõdem⁹. Quicq̇d
ſit de relatiõe vel de ꝓprietatis ex/
pſſiõe ꝑ hoc ꝓnomẽ ipm: in ſemine
nullũ eſſe pctm̃ ꝓbat Aug⁹ alias q̃/
ſtionẽ faciẽs Hieronymo de origine
aĩe: dicẽti ꝙ q̇tidie de⁹ creat nouas
aĩas. Qđ aug⁹ nec recipẽs nec ipro
bãs: Querens aũt quid Hierony/
mus rñdeat obiectis: q̃ſtionẽ talẽ fa/
cit ei in epl'a de origine aĩe: Si ani/
ma hui⁹ infantuli recẽs nati infun/
dendo creata eſt ⁊ creãdo infuſa: qñ

vł quō peccauit hic ī adā? Hec que-
ſtio nunq̄ poſſet eſſe illi? qui diceret
in ſemine q̄ ɔcipit hō eſſe peccatum
originale. Diceret enī ei: Quid q̄ris
hoc qd̓ tu ip̄e īdubitāter fateriſ? In
ſemīe peccatū ⁊ vitiū qd̓ traijcit̄ de
primo hoīe in oēs poſteros: fruſtra
queriſ quō peccauit qui ſeminalit̄ ī
adā pceſſit. Semē aūt culpā ſecum
trahit: hoc tn̄q̄ diceret̄ ei: Quare ſi
hec auguſtin⁹ ſentiret: nunq̄ Hiero
nymo eā q̄ſtiōꝫ faceret. Huic aūt q̄-
ſtioni nihil eſt a Hieronymo rn̄ſum:
nec eā ip̄e Aug⁹. ſoluit qui de origi-
ne aīe nullā certā ſentētiam ptulit.
Uide aūtē: moderni p̄ceptores quō
eā ſoluāt. In tantū p ip̄m Auguſti
nū ɔtinuim⁹ in auctoritate eius ſu-
prapoſita: nō eū intellexiſſe de ſemi
ne qd̓ ſperma eſt: hoc dixit in ſemine
eſſe vitiū. Rata eſt ḡ ſn̄ia Ambroſij
⁊ noſtri Anſelmi generalit̄ ꝙ intel-
ligēda ꝙ ī te ſenſibili nec gr̄a ſit nec
culpa. Attamē adhuc opponūt ꝺ au
ctoritate Joannis damaſceni: q̄ di-
cat: ꝙ poſt ɔceptū ſine ɔſenſū bea-
te ꝟginis: ſpūſſctūs ſupueniēs oēm
peccatū in ea purgauerit ⁊ oēm fomi
tem pcti. Et inde credo: volūt habe-
re auctoritatē qd̓ oporteret aliq̄te-
nus ſemē illud ꝟginale licet nō eēt
ex viri cōmixtiōe: tn̄ mundatū eſſe a
pcti fomite ſpūſſancti opatiōe. Ad
hoc rn̄dem⁹: nihil nos Joanni dama
ſceno in dictiſ ſuis p̄iudicare: vtpote
ꝙ eius ſcripta nulla legerimus niſi
quaten⁹ ea ab alijs in teſtimoniū in-
troducta multiſ in locis cognouim⁹.
At nobis ɔmptū ē Hieronymi no-
ſtri ſanctiſſimi ⁊ doctiſſimi teſtimo-
niū ferre ī cōtrariū: dicētis in ſermo-
ne de aſſumptiōe eiuſdē dn̄e ⁊ regi-
ne noſtre: Btā inq̄t ⁊ glorioſa ꝟgo
maria q̄uis dudū incōparabilis eēt
vniuerſis q̄ ſub celo ſūt ꝟginib⁹: vt
decēter poſſet ī ſe ſuſcipe diuinitatiſ
admixtionē: ſalua vtraq̄ natura: tn̄
cū gratia repleſ: cū ſpūſctō pfūdit:
cū ſpirituſctō obumbrat̄ ſit p̄cioſior
meritis: celſis ſublimior faſtigijs: pul
chrior ſanctitate: glioſior ſuoꝝ meri
tis ⁊ p̄rogatiuis meritoꝝ: ita vt nul-
lis iā vſib⁹ ſit ip̄a eadē mancipanda
niſi diuinis. Rogo te Joannes da-
maſcene vł quicū q̄ es in tali ſenten-
tia ꝙ putes btāꝫ dei matrē poſt an-
nūciatiouē ſcī angeli tūc primū in
ſupuētiōe ſpūſſancti amiſiſſe vł pec
catū vel fomitē pcti: Rogo inquā te
p eandē beatā theotocō deſiſte: no-
li emulari in malignātib⁹: ceſſa ſince Exod. 3.
riſſimū vas īcruſtare: Solue calcia-
mēta pedū tuoꝝ qd̓ impedit pgreſ-
ſum recte intētiōis tue. Si quidē ze- Ro. 10.
lū dei habes ī hac parte: ſ ꝫ forte nō
ſcd̓m ſcientiā. Forſitā enī: putas in
hoc errore deo te obſequiū exhibe-
re. Qd̓ ſi nolueriſ ceſſare: ſcito ꝙ ter
ra hec quā calcas deuorat habitato-
res ſuos: vltiouē faciēs in oēs filios
diffidētie. Adhuc audi q̄d dicat in-
de noſtroꝝ tempoꝝ ſpūſſancti orga
nū btūs Bernard⁹ abbas clareualliſ.
Spūſſctūs ſupueniet in te ⁊ virtus Luce. 1.
altiſſimi obūbrabit tibi. Supert⁹ di
cta eſt gratia plena: ⁊ nūc quō dicit̄
ſpūſſanctus ſupueniet in te ⁊c̄. Nū-
quid potuit repleri gratia ⁊ needum
habere ſpiritū ſctm̄ cū ip̄e ſit dator
grāꝝ? Si aūt iā ſpūſſctūs erat ī ea:
quō adhuc tāq̄ nō eſſet ſupuētur⁹
repromittit̄? An forte ideo nō dicit
ſimplicit̄ veniet ī te: ſ ꝫ addidit ſup:
quia ⁊ pri⁹ quidē fuit in ea per mul
tā grām: ſ ꝫ ſupuenīēte nūciat̄ ppter
abūdātioriſ grē plenitudinē quā ef-
fuſurus eſt ſup illā. At vo cū plena
ſit: illud ampli⁹ quō cape poterit? Si
aūt aliud pl⁹ cape pōt: quō aūt ple-
na fuiſſe ītelligēda eſt? An prior q̄-
dē grā ei⁹ tm̄ repleuerat mētē: ſeq̄ns
vnā ⁊ ventre pfundere debet: q̄ten⁹
ſcꝫ plenitudo diuinitatis que ante
in illa ſicut ⁊ in multis ſctōꝝ ſpiritua
liter habitat: etiā ſicut ī nullo ſctōꝝ
corpaliter in ip̄a habitare incipiat?
Quid ē: ꝟtus altiſſimi obūbrabit
tibi? Qui p̄t cape capiat: ⁊ forte p-

ptér ħ marie dictū ſit: Obūbrabit ti bi: q2 res nimi2 in ſacramēto erat: et ꝙ ſola p ſe trinitas in ſolo ⁊ cū ſola ꝟgine voluit opari: ſoli datū ē noſſe cui ſoli datū eſt expediri. Hec nos quidē breuiter introduxim⁹ ꝯtra ħ qđ opponūt de Joāne damaſceno: cui nos dare determinationē preſūptuoſū eēt: qui quo ſenſu dixerit penit⁹ ignoram⁹. At ſi ille hieronymo et noſtris ꝯtraria hic dixit: libet in ħ eodē: poti⁹ adherere: nō ei ſ Hieronymo ⁊ noſtris. Opponitur adhuc Anſelmō noſtro: ꝙ in hoc ī pō libro dixerit: ꝙ nllā rō: nllā ꝟitas: nllius intellect⁹ pmittit: ad hoīem de ſola virgine ꝯceptū ⁊ de petō maſſe peccatricis aliud potuiſſe vel debuiſſe accedere: etiā ſi nō eſſet de⁹: q̄uis ō illa maſſa eſſet aſſūptus. Dicūt enī chriſtū nō potuiſſe nec voluiſſe peccare: non q2 fili⁹ ꝟginis: ſed q2 de⁹ fuit xp̄s. Aiūt: Nec voluit nec peccare potuit: ꝙ de⁹ fuit: Quid ꝙ dicemus ō ſanctis angelis qui ex gratia ꝯfirmatiōis nō volunt nec poſſunt peccare? Vel ſi adā anteꝗ̄ peccaſſet aliq̄ſ qui ante ip̄m ī iuſticia ꝯfirmarent genuiſſet: de illis quid dicem⁹? Utiqꝫ ſi illi cū nec vellēt nec poſſēt peccare: nō ideo deus vel dij eſſent: ſicut in xp̄o vidēdū: vtrū ꝙ peccare nō potuit nec voluit: ſola diuinitas eius homini vnita in cauſa fuerit: Naz ꝙ ip̄a plurimū ⁊ marie ad inuenerit: oī ꝯſtat fideli. Sz aliō eſt cauſam ſimpliciter eſſe: aliud cauſe ſupplementū ꝯferre. Dicūt forte: ꝗ post peccatū ade nulla caro mortal nō vnita deitati abſqꝫ petō eſſe ꝑualuit vel preualere potuiſſe: quoeū ꝙ nō de⁹ aliquē vel aliquā abſqꝫ ſemine viri creaſſet dūmō de adā eēt. Sed cū hoc dicūt: cauſam peti vt ſupra in ſemine ponūt: qđ vtiqꝫ de⁹ ſic facit eſſe ex mare ⁊ femina: ſic facere pōt ex femina ſola: Ip̄i igit̄ ſoluant que ſupra dixim⁹ ⁊ ex auctoritate ⁊ ex rōe: ⁊ libent̄ audiem⁹. Q̄ ſi nō potuerint: ꝯſtabit nobis ſicut cōſtat ex Anſelmi rōe irrefragabili: quēnqꝫ gignit̄ alio mō ꝗ̄ adam generauit: ꝙ non teneat̄ preiudicio peccati originalis qđ p traducē ex adam deſcēdit: licet ille deus nō ſit vt chriſt⁹ fuit: ⁊ ita ſi voluerit: nō peccare poterit: ⁊ nō velle peccare cū poſſe non peccare valebit: donec ei cōfirmans gratia nō poſſe velle ⁊ nō poſſe peccare ſupauerit. Conſentit nobis aug⁹ ī tertio ꝯtra Julianū: Fruſtra inq̄t puitas ideo ī puulis nō eſſe delictū: q2 ſine volūtate q̄ in eis nulla eſt: eē nō pōt. Hoc enī recte dicit̄ ꝑpter ꝓpriū cuiuſqꝫ peccatū: nō ꝑpter primi parētis originale delictū ſiue cōtagiū. Q̄ ſi nullū eēt: pfecto nulli malo paruuli obſtricti: nihil mali vl̄ in corꝑe vel in aīa ſub tāte dei poteſtate paterent̄. Uide in his verbis prudēs lector hāc nigrimā̄ incurrerē: A quocūqꝫ remouet̄ pena peccati: ab eodē ⁊ peccatū remouet̄: ⁊ nō ꝯuertit̄. A quib⁹ ꝙ puulis remouet in corpe ⁊ aīa peti penā auguſtin⁹: pri⁹ ab eis remoueri docet petm̄ omne ⁊ ꝯtagium peccati. Illi ergo non eēnt nec deus nec dij: ⁊ tamē poſſēt ſi vellēt nō peccare: ⁊ confirmati nō poſſent peccare. Recte ꝙ ⁊ veriſſime Anſelm⁹ q2 cū eo eſt veritas: ⁊ fili⁹ veritatis Auguſtinus ſenſerūt.

**Explicit declaratio cuiuſdam ſuper eodem libro.**

**Beati Anſelmi abbatis Beccenſis: ad archiepiſcopū Cātuarienſem: illi ſe cōmēdantis: eiqꝫ ſcripta quedam a ſe: ad examinandū prebentis: Epla.**

r Euerendo ⁊ amando ſuo domino ⁊ patri ⁊ doctori Cantuarienſi archiepō angloꝝ ꝓmati mr̄i eccle catholice ſidei vtilitatiſqꝫ merito mltū amplectēdo: Frat̄ Anſelm⁹ vita pec

catoꝛ: habitu monach⁹. Qm̄ agēda
ſūt oīa conſilio: ſ3 nō oī ꝯſilio: Scri/
Ecci. 32. ptū ē em̄: Oīa fac cū ꝯſilio. Et: Cō/
Ibidē. 6. ſiliari⁹ ſit tibi vn⁹ ꝯ mille. Unū quē
ſcitis: nō de mille: ſ3 de oīb⁹ moꝛtali/
bus elegi quē p̄ oīb⁹ haberē ꝯſilia/
toꝛē in dubijs: doctoꝛē in ignoꝛātis
et exceſſib⁹ coꝛrectoꝛē: in rectis acti
bus approbatoꝛē: quo ꝗ̄uis ſm̄ vo
tū nō poſſim vti: decreui aūt vti q̄n
tū poſſū. Quāuis em̄ ſūt mihi p̄ter
prudētiā meā: ꝯ quoꝝ mihi ꝓficere
iperit⁹ poſſū mlta peritia: ⁊ q̄ꝝ ſbia
cere cēſure mea cogat iperitia: nll'm
tn̄ noui cui⁹ me doctrine iudicio ve
tā ꝯfidēter tā ꝙ libēter ꝗ̄ veſtro ſb/
ijciā: ⁊ q̄ mihi paterno affectu ſi res
indiget ſe exhibeat: at ſi exhibeat cō/
gaudeat. Quare qm̄ q̄cq̄d de pat/
no veſtro pectoꝛe mihi impēdit ⁊ ſa
piētia eſt exquiſitū ⁊ auctoꝛitate ro
boꝛatū ⁊ dilectiōe ꝯditū. Cū aliq̄d
inde haurio: id me ⁊ ſua dulcedīe
delitiat ⁊ ſecuritate faciat. Sed qm̄
hec ipſa ſciēti loquoꝛ: his omiſſis cū
coꝝ murmure expediā. Quidā fra/
tres ſerui veſtri ⁊ ꝯſui mei: me ſepe
īuitū ꝙ rogātes: tandē coegerūt vt
acq̄eſcerē illis quiddā ſcribere: ſicut
in eiuſdē ſcꝑture p̄fatiōe ꝯſiderare
poterit: De quo opuſculo hoc p̄ter
ſpem euenit: vt nō ſolū illi quib⁹ in/
ſtantib⁹ editū eſt: ſed ⁊ plures alij id
velint: n̄ ſolū legere ſ3 etiā trāſcribe/
re. Dubitās igit̄ vtrū volētib⁹ dene
gare debeā siue ꝯcedere: Ne me aut
īuidū putātes odiāt: aut ſtultū co
gnoſcētes derideāt: ad ſingl'arē me/
um recurro ꝯſiliariū: ⁊ ſcꝑturā ip̄az
examinādā veſtro mitto iudicio: vt
ei⁹ auctoꝛitate aut inepta a ꝯſpectu
ꝓhibeat̄: aut coꝛrecta volētibus p̄/
beatur.

## Eiuſdē bti Anſelmi i libꝝ quē Monologion p̄ſcꝑſit: Prefatio.

q Uidā fratres ſepe me ſtu/
dioſe ꝙ p̄cati ſūt vt q̄dam
de illis q̄ de meditāda diuinitatis eſ
ſentia ⁊ q̄buſdā alijs hm̄ōi medita/
tiōi coherētib⁹ vſitato ſmone collo
quēdo ꝓtulerā: ſub quodā eis me/
ditatiōis exēplo deſcriberē: cuius ſci
licet ſcribende meditationis magis
ſcd̄m ſuā volūtatē ꝗ̄ ſcd̄m rei facul/
tatē: aut ſm̄ meā poſſibilitatē: hanc
mihi formā p̄ſtiterūt: quatenus au/
ctoꝛitate ſcripture penit⁹ nihil in ea
perſuaderet: Sed quicquid p ſingu
las inueſtigatiōes: finis aſſereret: id
ita plano ſtilo eē ⁊ vulgarib⁹ argu/
mētis ſimplici ꝙ diſputatiōe ⁊ rōis
neceſſitas breuit̄ cogeret ⁊ ꝟitatis cla
ritas patent̄ oſtēderet. Uoluerūt etiā
vt nec ſimplicib⁹ pene ꝙ fatuis obie/
ctiōib⁹ mihi occurrētib⁹ obuiare ꝯtē
nerē. Qꝺ q̄dē diu tēptare recuſaui
at ꝙ mecū rē ipſā cōparās: mult' me
rōib⁹ excuſare tēptaui. Quāto eī id
qꝺ petebāt vſu ſibi optabāt facili⁹: ⁊
tāto mihi illꝺ actu iniūgebāt diffici/
li⁹. Tādē tn̄ vict⁹: tū p̄cū modeſta i
poꝛtunitate: tū ſtudij coꝝ nō ꝯtēnē/
da honeſtate: inuit⁹ quidē ꝓpter rei
difficultatē ⁊ ingenij mei imbecilli/
tatē qꝺ p̄cabant incepi: ſ3 libēter ꝓ/
pt̄ coꝝ charitatē q̄ntū potui ſm̄ eoꝝ
diffinitionē effeci. Ad qꝺ cū ea ſpe
ſum adduct⁹: vt q̄cq̄d facerē ill' ſolis
a q̄b⁹ exigebat̄ eēt notū: ⁊ paulop⁹
idipm vt vilē rē faſtidiētib⁹ ꝯtēptu
eēt obꝛuēdū: Scio em̄ me i eo nō tā
p̄caātib⁹ ſatiſfacere potuiſſe ꝗ̄ p̄cib⁹
me ꝓſeq̄ntib⁹ finē poſuiſſe. Neſcio
tn̄ quo pacto ſic p̄t̄ ſpem euenit vt nō
ſolū p̄dicti fr̄es: ſ3 plres alij ſcꝑturā
ipſā q̄ſ ꝙ eā ſibi trāſcribēdo i longū
mēoꝛie cōmēdare ſatagerēt. Quā
ego ſepe retractās: nihil potui īuenire
me i ea dixiſſe qꝺ n̄ catholicoꝝ patꝝ
⁊ maxīe bti auguſtini ſcꝑtis cohere/
at. Qua ꝓpt̄ ſi cui videbit̄ q̄ i eodē
opuſculo aliq̄d ꝓtulerī qꝺ aut nimis
nouū ſit: aut a ꝟitate diſſētiat: rogo
ne me aut preſumptoꝛē nouitatū:
aut falſitatis aſſertoꝛē exclamet: ſ3 p⁹
libꝛos p̄fati doctoꝛis auguſtini ꝺ trini/

tate: diligenter pſpiciat: deinde ſcõz eos opuſculum meũ dijudicet. Qꝺ eñ dixi ſummã trinitatem poſſe dici tres ſubſtãtias: grecos ſecut⁹ſum: q̃ ꝯfitent̃ tres ſbſtãtias in vna eſſentia: eadem fide qua ſcilicet nos tres perſonas in vna ſubſtantia. Nam hoc ſignificant in deo per ſubſtantiam qꝺ nos p pſonã. Quecunq̃ aũt ibi dixi ſub pſona ſecũ ſola cogitatiõe diſputãtis ⁊ ĩueſtigãtis ea que pri⁹ nõ aĩaduertiſſer: plata ſũt ſic̃ ſciebã eos velle q̃ꝝ petitiõi obſequi intẽdebã. Precor aũt ⁊ obſecro vehemẽter: ſiq̃s hoc opuſculũ voluerit trãſcribere: vt hãc pfationẽ in capite libelli aut ipſa capitula ſtudeat pponere. Multum eñ pdeſſe puto ad intelligenda ea q̃ ibi legerit: ſi q̃s prius qua intẽtiõe: q̃ue mõ diſputata ſint cognouerit. Puto etiã q̃ ſi quis hãc ipaz pfationẽ viderit pri⁹ nõ temere iudicabit ſi q̃d ꝯtra ſuam opinionẽ platũ inuenerit.

## Explicit prefatio.

## Capitulorum libri Monologion btĩ Anſelmi annotatio.

Ca. j Qꝫ ſit vnũ aliq̃d ſũme bonũ ⁊ ſũme magnũ ⁊ ſummũ omniũ que ſunt.
ij De eadẽ re.
iij Qꝫ ſit q̃dã natura p quã eſt quicq̃d eſt: q̃ p ſe eſt ⁊ eſt ſummũ omniũ que ſunt.
iiij De eadẽ re: ⁊ qꝺ ſicut illa eſt per ſe ⁊ alia p illam: ita ſit ex ſe ⁊ alia ex illa.
v Qꝫ illa nõ ſit vlla iuuãte cauſa ducta ad eẽ: nec tñ ſit p nihil aut ex nihilo: ⁊ quomõ ĩtelligi poſſit eẽ per ſe et ex ſe.
vj Quõ alia oĩa ſunt p illã ⁊ ex illa.
vij Quõ intelligendũ ſit q̃ oĩa fecit ex nihilo.
viij Qꝫ ea q̃ facta ſũt ex nihilo: nõ nihil erãt anteq̃ꝫ fierẽt q̃ntũ ad rationẽ facientis.
ix Qꝫ illa rõ ſit ſic̃ quedã rerum locutio: ſicut faber dicit prius apud ſe q̃d factur⁹ eſt.
x Qꝫ tñ multa ſit in hac ſimilitudine diſſimilitudo.
xj Qꝫ hec ſũme eſſentie locutio ſit ſũma eſſentia.
xij Qꝫ ſicut oĩa p ſũmam eẽntiã facta ſunt: ita vigeant per ipſam ⁊ in illa.
xiij Qꝫ illa ſit ĩ oĩb⁹ ⁊ oĩa ſint ex illa ⁊ p illã ⁊ in illa.
xiiij Quid poſſit aut nõ poſſit de illa dici ſubſtãtialiter.
xv Qꝫ idẽ ſit illi eẽ iuſtã qꝺ ẽ eẽ iuſticiã: ⁊ eodẽ mõ de his que ſiliter ꝺ illa dici pñt: ⁊ qꝺ nihil hoꝝ mõſtret q̃lis illa vł quãta ſit ꝫ quid ſit.
xvj Qꝫ ita ſit ſimplex vt oĩa que de ei⁹ eẽntia dici pñt: vnũ idẽq̃ ſint ĩ illa: ⁊ nihil ꝺ ea dici poſſit ſubſtantialit̃ niſi in eo qꝺ quid eſt.
xvij Qꝫ ſit ſine pncipio ⁊ ſine fine.
xviij Quõ nihil fuit añ ⁊ erit poſt illam.
xix Qꝫ illa ſit ĩ omni loco ⁊ tpe.
xx Qꝫ ĩ nullo ſit loco et tpe.
xxj Quõ ſit in oĩ ⁊ in nllo loco:
xxij Quõ meli⁹ intelligi poſſit eẽ vbiq̃ q̃ꝫ in omni loco.
xxiij Quõ meli⁹ poſſit ĩtelligi eſſe ſemper q̃ꝫ in omni tpe.
xxiiij Qꝫ nullis mutabilis ſit accidentibus.
xxv Quõ illa dicẽda ſit eẽ ſbſtãtia ⁊ q̃ ſit ex oẽm ſbſtãtiã ⁊ ſingularit̃ ſit q̃cq̃d eſt.
xxvj Qꝫ nõ ꝯtineat̃ in communi tractatu ſbſtãtiaꝝ: ⁊ tñ ſit ſbſtãtia ⁊ indiuidu⁹ ſpũs.
xxvij Qꝫ idẽ ſpũs ſimpliciter ſit: ⁊ creata illi cõpata nõ ſint.
xxviij Qꝫ eius locutio idipm ſit qꝺ ipſe: nec tamẽ ſint duo ſed vnus ſpiritus.

# Monologiō capitul. ānotatio.

xxix Qꝛ eadē locutio ū ꝯſtet ex plu-
ribꝰ v̄bis ſ; ſit vnū verbū.
xxx Qꝛ ip̄m verbū nō ſit ſilitudo
factoꝝ ſ; veritas eēntie: fa-
cta vero ſint aliq̄ veritatꝭ
ſimutatio: ꝛ q̄ nature magꝭ
ſint q̄ȝ alie ꝛ p̄ſtātiores.
xxxi Qꝛ ſūmus ſpūs ſeip̄m dicat
coeterno verbo.
xxxii Qꝛ vno v̄bo dicat ſe ꝛ quod
fecit.
xxxiii Qꝛ ſuo verbo videri poſſit di-
cere creaturā.
xxxiiii Qꝛ q̄cq̄d factū eſt in eius ver-
bo ꝛ ſciētia: ſit vita ꝛ v̄itaſ.
xxxv Qꝛ incōprehēſibili mō dicat
vel ſciat res a ſe factas.
xxxvi Qꝛ quicq̄d ip̄e eſt ad creatu-
rā: hoc ſit ꝛ verbū eiꝰ: nec
tn̄ ambo ſiꝫ pluraliter.
xxxvii Qꝛ dici nō poſſit q̄d duo ſint
q̄ȝuis nece ſit eē duos.
xxxviii Qꝛ idem verbū ſit a ſummo
ſpiritu naſcendo.
xxxix Qꝛ veriſſime ille ſit parens:
ille vero ꝓles.
xl Qꝛ ille veriſſime gignat: ille
veriſſime gignaꝛ.
xli Qꝛ alteriꝰ veriſſime ſit eſſe ge-
nitorē et patrem: alterius
genitum ꝛ filiū.
xlii Retractio cōionis amboꝝ et
ꝓprietatū ſinguloꝝ.
xliii Quō alꝛ alteriꝰ ſit eſſentia.
xliiii Qꝛ aptiꝰ dici poſſit filiꝰ eſſen-
tia patris q̄ȝ paꝛ eēntia fi-
lij: ꝛ q̄ ſiliꝛ ſit filius patris
virtꝰ ꝛ ſapientia ꝛ ſimilia.
xlv Quō quedā ex hijs q̄ ſic ꝓfe-
rūꝛ: aliꝛ q̄ȝ poſſit ītelligi.
xlvi Qꝛ filiꝰ ſit intelligētia intelli-
gētie: ꝛ veritas veritatꝭ: ꝛ
ſiliter de ſimilibꝰ.
xlvii Qꝛ ī mēoria intelligaꝛ pater
ſicut ī intelligētia filius: ꝛ
quō filiꝰ ſit intelligētia vꝭ
ſapiētia memorie: ꝛ memo-
ria patris ꝛ memorie.
xlviii Qꝛ ſummꝰ ſpiritus ſe amet: ꝛ
q̄ idē amor pariter pro-
cedat a patre ꝛ filio.
xlix Qꝛ vterq̄ȝ pari amore diligat
ſe ꝛ alterum.
l Qꝛ tātus eſt ip̄e amor: quan-
tus eſt ſūmꝰ ſpiritus.
li Qꝛ idē amor ſit idip̄m quod
eſt ſummꝰ ſpūs: ꝛ tn̄ ip̄e cū
p̄re ꝛ filio vnꝰ eſt ſpūs.
lii Qꝛ totꝰ ꝓcedat a p̄re: totus a
filio: ꝛ tn̄ non ſit niſi vnus
amor.
liii Qꝛ nō ſit eoꝝ filius amor.
liiii Qꝛ ſolus pater ſit genitor et
ingenitꝰ: ſolus filiꝰ genitꝰ:
ſolus amor nec genitꝰ nec
ingenitus.
lv Qꝛ amor idē ſit increatus et
creator: ſicꝛ pater ꝛ filiꝰ: ꝛ
tn̄ ip̄e cū illis non tres ſed
vnus increatꝰ ꝛ vnꝰ crea-
tor: ꝛ q̄d idē poſſit dici ſpi-
ritus patris ꝛ filij.
lvi Qꝛ ſicut filiꝰ eſt eēntia vel ſa-
piētia patrꝭ eo ſenſu q̄ȝ ha-
bet eandē eēntiā vel ſapiē-
tiā quā paꝛ: ſic idē ſpūſ ſit
patris ꝛ filij eſſentia ꝛ ſa-
pientia ꝛ ſimilia.
lvii Qꝛ pater ꝛ filiꝰ ꝛ eoꝝ ſpiritus
pariter ſint in ſe inuicē.
lviii Qꝛ nullꝰ eoꝝ alio indigeat ad
memorādū vꝭ intelligen-
dū vel amādū: q̄ȝ ſingulꝛ
quiſq̄ȝ eſt mēoria ꝛ intelli-
gētia ꝛ amor: ꝛ quicq̄d ne-
ceſſe eſt ineſſe ſūme eēntie.
lix Qꝛ tn̄ nō ſint tres ſ; vnus ſeu
p̄r ſeu filiꝰ ſiue vtriuſq̄ȝ ſpi-
ritus.
lx Quō ex his multi filij naſci
videantur.
lxi Quō nō ſit ibi niſi vnꝰ vnꝰ.
lxii Qꝛ hoc licet inexplicabile ſit:
tamen credendū ſit.
lxiii Quō de ineffabili re verum
diſputatū ſit.
lxiiii Qꝛ per rationalē mentē maxi-
me accedaꝛ ad cognoſcen-

dum ſummã eſſentiã.
lxv Qꝛ mens ipſa ſpeculũ eius et imago eius ſit.
lxvi Qꝛ rõnal' creatura ad amandũ illã facta ſit.
lxvij Qꝛ aĩa ſemꝑ illã amãs aliqñdo vere ⁊ btẽ viuat.
lxviij Qꝛ illa ſe amanti ſeipſam retribuat.
lxix Qꝛ omnis humana anima ſit immortalis.
lxx Qꝛ aut ſemꝑ miſera aut aliquãdo beata vere ſit.
lxxi Qꝛ nulla aĩa iniuſte priuetur ſũmo bono: ⁊ qꝺ oĩno ad ipſum nitendũ ſit.
lxxij Qꝛ ſũma eẽntia ſit ſpanda.
lxxiij Qꝛ credendũ ſit in illã.
lxxiiij Qꝛ in patrẽ ⁊ filiũ ⁊ coꝝ ſpiritũ pariter ⁊ in ſingulos ⁊ ſimul in tres credendũ ſit.
lxxv Que ſit viua ⁊ que mortua fides.
lxxvi Qꝛ tres ſumma eſſentia quodãmodo dici poſſit.
lxxvij Qꝛ ipſa dñetur omnibꝰ ⁊ regat omnia ⁊ ſic ſolus deꝰ.

## Beati Anſelmi abbatis Beccẽſiſ: poſt archiepĩ cãtuarienſis: liber qui pſcribitur Monologion incipit

### Qꝛ ſit vnũ aliquid ſumme bonum ⁊ ſumme magnũ et ſummum omniũ que ſunt: Caplm. I.

Iquis vnã naturã ſummã oĩm q̃ ſunt ſolã in eterna beatitudine ſibi ſufficientẽ: oĩbuſ qꝫ rebus alijs hoc ipm qꝺ aliqd ſũt aut qꝺ aliq̃ mõ bñ ſũt: ꝑ oĩpotẽtẽ bonitatẽ ſuã dãtẽ ⁊ facientẽ: aliaqꝫ ꝑplura q̃ de deo ſiue de eius creatura neceſſario credimꝰ: aut n̄ audiẽdo aut nõ credẽdo ignorat: puto qꝛ eaipſa ex magna pte ſi vel mediocris ingenij eſt: põt ipſe ſibi ſaltẽ ſola rõne pſuadere. Qꝺ cũ mltis modis facere poſſit: vnũ põaz quẽ illi eſtio eẽ pmptiſſimũ. Etem cũ oẽs frui ſol' his appetãt q̃ bõa putãt: in ꝓmptu ẽ vt aliqñ mẽtis oculũ ꝯuertãt ad iueſtigandũ illud vñ ſunt bona eaipſa q̃ nõ appetit niſi qꝛ iudicat eſſe bona: vt deinde rõne ducẽte ⁊ illo ꝓſequẽte ad ea q̃ irrationabiliter ignorat: rationabilit' ꝓficiat. In quo tñ ſi qd dixero: qꝺ maior n̄ mõſtret auctoritas: ſic volo accipi: vt q̃uis ex rõibꝰ que mihi videbunt' quaſi neceſſarium ꝯcludat': nõ ob hoc tñ oĩno neceſſariũ: ſʒ tñ ſic interi videri poſſe dicat'. Facile eſt igit' vt aliqs ſic q̃ ſecũ tacitꝰ dicat cũ tam innũerabilia bona ſint quoꝝ tã multã diuerſitatem ⁊ ſenſibꝰ corporeis experimur et rõne mentis diſcernimꝰ: Eſt'ne credendũ eſſe vnũ aliqd ꝑ qꝺ vnũ ſunt bona q̃cũqꝫ bona ſũt: aut ſunt bona alia ꝑ aliꝺ? Certiſſimũ quidẽ ⁊ ĩ omnibꝰ eſt volẽtibꝰ aduertere ꝑſpicuũ qꝛ q̃cũqꝫ dicũt' ad aliqd ita vt adinuicẽ magis vl' minꝰ aut eq̃lit' dicãt': ꝑ aliqd dicunt' ſed nõ aliud ⁊ aliud: ſed idẽ intelligit' in diuerſis ſiue in illis eq̃liter ſiue ineq̃liter ꝯſideret'.

Nã quecũqꝫ iuſta dicunt' adinuicẽ ſiue pariter ſiue magꝭ vl' minꝰ: nõ põt intelligi iuſta niſi ꝑ iuſticiã q̃ nõ eſt aliud ⁊ aliud in diuerſis. Ergo cũ certũ ſit qꝛ oĩa bona ſi adinuicẽ cõferant' aut equaliter aut ineq̃lit' ſint bona: neceſſe ẽ vt oĩa ſint ꝑ aliquid bona: qꝺ intelligit' idẽ in diuerſis bonis: licet aliqñ videãt' bona dici alia ꝑ aliud. Per aliud eñ videtur dici bonus equus quia fortis eſt: ꝑ aliud bonꝰ equꝰ qꝛ velox eſt. Cum eñ videat' dici bonꝰ ꝑ fortitudinẽ ⁊ bonꝰ ꝑ velocitatẽ: nõ tñ idẽ videt' eſſe velocitas ⁊ fortitudo. Verũ ſi equus qꝛ eſt fortis aut velox bonꝰ eſt: quõ fortꝭ ⁊ velox latro malus eſt? Po-

tius igiť queadmodū ſortꝭ ⁊ velox latro ideo malꝰ ē qꝛ noxiꝰ eſt: ita fortis ⁊ velox equꝰ idcirco bonꝰ eſt ꝗa vtilis eſt. Equidez nihil ſolet putari bonū niſi aut ꝓpter vtilitatem aliquā: vt bona dicit̃ ſalus ⁊ q̄ ſaluti ꝓ ſunt: aut ꝓpter quālibet honeſtatē: ſicut pulchritudo eſtimat̃ bona ⁊ q̄ pulchritudinē iuuāt. Sed qm̄ iā ꝑſpecta ratio nullo pōt diſſolui pacto: neceſſe eſt omē qḋ vtile vel honeſtū ſi vere bona ſūt ꝑ idipm̄ eſſe bona ꝑ qḋ neceſſe eſt cūcta eſſe bona ꝗcq̄d illud ſit. Quis aūt dubitat illḋ ipm̄ per qḋ cūcta ſūt bona: eſſe magnum bonū? Illḋ igiť eſt bonū ꝑ ſeipm̄: qm̄ omē bonū eſt ꝑ ipm̄: ꝗ ꝯſequit̃ vt omnia alia bona ſint per aliud q̄ qḋ ipſa ſūt: ⁊ ipm̄ ſolū ꝑ ſeipm̄: aut nullū bonū ꝑ qḋ aliud ē equale aut maiꝰ eq̄le aut maiꝰ ē eo bono qḋ ꝑ ſe eſt bonū. Illḋ itaq3 ſolū eſt ſūmū bonū qḋ ſolū ē ꝑ ſe bonū. Illud eīm ſūmū bonū ē qḋ ꝑ ſe eminet alijs ita vt nec par habeat nec ꝑſtātiꝰ: ſ3 qḋ eſt ſūmū bonū: ē etiā ſūme magnū. Eſt igitur vnū aliq̄d ſumme bonū ⁊ ſūme magnū: id eſt ſūme oīm q̄ ſūt.

## De eadē re: Ca. II.

q Ueadmodū aūt inuentū eſt aliq̄d eē ſumme bonum: qm̄ cūcta bona ꝑ vnū aliq̄d ſunt bona qḋ eſt bonū ꝑ ſeipm̄: ſic ex neceſſitaute colligit̃ aliq̄d eſſe ſumme magnū: qm̄ quecūq3 magna ſunt: ꝑ vnū aliquid magna ſūt qḋ magnū eſt ꝑ ſeipm̄. Dico aūt nō magnum ſpacio: vt eſt corpꝰ aliqḋ: ſ3 qḋ q̄nto maiꝰ: tāto meliꝰ aut digniꝰ ē vt eſt ſapiētia. Et qm̄ nō pōt eē ſūme magnū niſi illud qḋ eſt ſūme bonū: neceſſe ē aliq̄d eē maximū ⁊ optimū: id ē ſūmū omniū que ſunt.

## Q2 ſit q̄dā natura ꝑ quā eſt q̄cq̄d eſt: q̄ ꝑ ſe eſt ⁊ ē ſūmū oīm que ſunt: Ca III

d Enicq3 nō ſolū oīa bona per idē aliq̄d ſꝫ bona: ⁊ oīa magna ꝑ idē aliquid ſunt magna: ſ3 q̄cquid eſt: ꝑ vnū aliquid videt̃ eſſe. Omē nāq3 qḋ eſt: aut eſt ꝑ aliquid aut ꝑ nihil: ſed nihil eſt ꝑ nihil. Nō eīm vel cogitari pōt vt ſit aliq̄d non per aliquid. Quicq̄d igiť ē: nō niſi per aliquid eſt. Qḋ cū ita ſit: aut eſt vnū aut ſūt plura ꝑ que ſūt cūcta q̄ ſūt. Sed ſi ſunt plura: aut ipſa referunt̃ ad vnū aliq̄d ꝑ qḋ ſūt: aut eadem plura ſinglā ſūt ꝑ ſe: aut ipſa ꝑ ſe inuicē ſunt. At ſi plura ipa ſunt ꝑ vnū: iam nō ſūt oīa per plura: ſ3 potius ꝑ illud vnū ꝑ qḋ plura ſūt. Si vero hec plura ſingula ſūt ꝑ ſe: vtiq3 eſt vna aliqua vis vel natura eſſendi per ſe qua habēt vt ꝑ ſe ſint. Nō eſt aūt dubiū q̄ ꝑ ipm̄ vnū ſint per qḋ habēt vt ſint ꝑ ſe. Verius ꝗ per ipm̄ vnū cūcta ſunt: q̄ ꝑ plura que ſine eo vno eē nō poſſunt. At eī plura ꝑ ſe inuicē ſint: nulla patit̃ ratio: qm̄ irrationalis cogitatio eſt vt aliqua res ſit ꝑ illud cui dat eē: nā nec ipa relatiua ſic ſūt ꝑ ſe inuicē. Nā cū dn̄s ⁊ ſeruus referant̃ adinuicē: ⁊ ipi hoīes qui referunt̃: omnino nō ſunt per ſe inuicē: ⁊ ipe relatōes quibꝰ referunt̃ nō oīno ſunt ꝑ ſe inuicē: quia eedē ſūt ꝑ ſbſtantiā vl' ſubiecta. Cū itaq3 veritas excludat plura eſſe per que ſunt cūcta: neceſſe eſt vnū illud eſſe per qḋ ſunt cūcta que ſūt. Qm̄ ergo cūcta que ſunt: ſūt ꝑ ipm̄ vnū: proculdubio ipm̄ vnū eſt ꝑ ſeipm̄. Quecūq3 igiť alia ſꝫ: ſunt ꝑ illud: ⁊ ipm̄ ſolū per ſeipm̄. At quicq̄d eſt ꝑ aliud minꝰ eſt q̄ illud ꝑ qḋ cuncta ſūt alia: ⁊ qḋ ſolū eſt per ſe: quare illud qḋ eſt ꝑ ſe maxime oīm eſt. Eſt igiť vnū aliq̄d qḋ ſolum maxime ⁊ ſūme oīm eſt. Qḋ aūt maxime oīm eſt ⁊ ꝑ qḋ eſt quicq̄d eſt bonū vl' magnū ⁊ oīno quicq̄d aliq̄d ē: illḋ neceſſe eſt eē ſumme bonū ⁊ ſumme magnū ⁊ ſummū oīm que ſunt. Quare ē aliud qḋ ſiue eētia ſiue ſubſtātia ſiue natura dicat̃: optimū ⁊ maximū eſt ⁊ ſummū omniū que ſunt.

### De eadẽ re: ⁊ ꝙ ſicut illa eſt per ſe ⁊ alia per illã: ita alia ſit ex ſe et alia ex illa. Capl'm. IIII.

a Mplius ſi quis intẽdens re/
rũ naturas: velit nolit ſentit
nõ eas omnes ꝯtineri vna di
gnitatis paritate: ſꝫ quaſdã rarũ di/
ſtingui graduum imparitate. Qui
eñ dubitat ꝙ ĩ natura ſua ligno me/
lior ſit equus: ⁊ equo pſtantior ho/
mo: is ꝑfecto nõ eſt dicẽdus hõ. Cũ
igit̃ naturaꝝ alie alijs negari nõ poſ
ſint meliores: nihilominꝰ perſuadet
ratio aliquã ĩ eis ſic ſupeminere vt
nõ habeat ſe ſupiorem. Si eñ hmõi
graduũ diſtinctio ſic eſt infinita: vt
nullus ſit ibi gradꝰ ſuperior q̃ ſupe/
rior alius non ĩueniat̃: ad hoc ratio
deducit̃ vt ipſaꝝ multitudo natura
rũ nullo fine claudat̃. Hoc aũt ne/
mo nõ putat abſurdũ: niſi qui nimis
eſt abſurdus. Eſt igit̃ ex neceſſitate
aliqua natura q̃ ſic eſt alicui vel ali
quibꝰ ſuperior: vt nulla ſit cui ordi/
net̃ inferior. Hec vero natura que ta
lis eſt aut ſola eſt aut plures huiꝰ et
equales ſũt: Veꝝ ſi plures ſũt ⁊ eq̃/
les ſunt: cũ equales eſſe nõ poſſunt
per diuerſa quedã ſed per idẽ aliqd:
illd vnũ ꝑ qd eq̃liter tã magne ſũt:
aut eſt idipm qd ipſe ſunt ⁊ ipſa eaꝝ
eſſentia: aut aliud q̃ꝫ qd ipſe ſunt.
Sed ſi nihil eſt aliud q̃ꝫ ipa eaꝝ eſſen
tia: ſicut eaꝝ eſſentie nõ ſunt plures
ſed vna: ita ⁊ nature nõ ſũt plures ſꝫ
vna. Idem naꝫ naturã hic intelli/
go qd eſſentiã. Si vero id ꝑ qd plu/
res ipſe nature tam magne ſũt: aliud
eſt q̃ꝫ qd ipe ſunt: ꝓ certo minores
ſunt q̃ꝫ id ꝑ qd magne ſunt. Quic/
quid eñ ꝑ aliud eſt magnũ: minꝰ eſt
q̃ꝫ id ꝑ qd eſt magnũ: q̃re non ſunt
ſic magne vt illis nihil ſit maius ali/
ud. Qd ſi nec ꝑ h̃ qd ſunt nec ꝑ aliud
poſſibile eſt tales eſſe plures natu/
ras quibꝰ nihil eſt pſtantius: nullo
modo poſſunt eſſe nature plures hu
ius. Reſtat igit̃ vnã ⁊ ſolã naturam
aliquã eſſe q̃ ſic ẽ alijs ſupior vt nul
lo ſit inferior: ſꝫ qd tale ẽ: maximũ ⁊
optimũ eſt omniũ que ſunt. Eſt igit̃
quedam natura que eſt ſummũ om/
niũ que ſũt. Hoc aũt eſſe nõ põt ni/
ſi ipſa ſit ꝑ ſe id qd eſt: ⁊ cuncta que
ſunt: ſint ꝑ ipam id qd ſunt. Naꝫ cũ
pauloante ratio docuerit id qd ꝑ ſe
eſt ⁊ ꝑ qd alia cũcta ſũt: eſſe ſummũ
oĩm exiſtẽtiũ: aut ecõuerſo: id quod
eſt ſummũ: ẽ ꝑ ſe: ⁊ cũcta alia ꝑ illd:
aut erit plura ſũma. Sꝫ plura ſũma
nõ eſſe manifeſtũ eſt: Quare ẽ q̃dã
natura vel ſubſtãtia vel eẽntia q eſt
ꝑ ſe bona vel magna: ⁊ ꝑ ſe eſt id qd
eſt: ⁊ ꝑ quã eſt q̃cq̃d vere aut bonũ
aut magnũ aliq̃d eſt: ⁊ que eſt ſum/
mũ magnũ: ſũmumq; bonũ: ſũmũ
ens ſiue exiſtẽs: id eſt ſummũ omniũ
que ſunt. Qm̃ itaq; placet qd in/
uentũ eſt: iuuat indagare vtrum hec
ipſa natura ⁊ cuncta q̃ aliquid ſunt
nõ ſũt niſi ex ipa: queadmodũ non
ſint niſi ꝑ ipſam. Sꝫ liquet poſſe di/
ci: qꝛ qd ẽ ex aliquo: ẽ etiã ꝑ idipꝫ:
et qd eſt ꝑ aliq̃d: eſt ⁊ ex eo ipo: quẽ
admodũ qd eſt ex materia ⁊ ꝑ artifi
cem: põt etiã dici eſſe ꝑ materiã ⁊ ex
artifice: qm̃ ꝑ vtrũq; ⁊ ex vtroq; ⁊
ab vtroq; habet vt ſit: quãuis aliter
ſit ꝑ materiam ⁊ ex materia q̃ꝫ ꝑ ar/
tificẽ ⁊ ex artifice. Cõſeq̃nter ergo
vt quõ cũcta q̃ ſũt: ꝑ ſummã ſũt natu/
rã id qd ſũt: ⁊ ideo illa eſt ꝑ ſeipam:
alia vero ꝑ aliud: Ita oĩa q̃ ſũt: ſũt ex
eadẽ natura ſumma: ⁊ iccirco ſic illa
ex ſeipa: alia autẽ ex illa.

### Quod illa nõ ſit vlla iuuãte cã ducta ad eſſe: nec tñ ſit per nihil aut ex nihilo: aut quõ itelligi poſſit eẽ ꝑ ſe ⁊ ex ſe: Capl'm. V.

q Voniã igit̃ non ſemꝑ habet
eundẽ ſenſum qd dicit̃ eſſe ꝑ
aliq̃d: aut eẽ ex aliquo: que/
rendũ eſt diligẽtius quõ ꝑ ſummã
naturã vel ex ipa ſint omnia q̃ ſunt:

Et qm̄ id qđ ē ꝑ ſeipm̄ ⁊ id qđ eſt ꝑ
aliud nō eandē ſuſcipiūt exiſtēdi ra/
tionē: prius ſeparatim videamꝰ de
ip̄a ſūma natura que ꝑ ſe eſt: poſtea
đ his q̄ ꝑ aliud ſunt. Cū igiṫ ꝯſtet q̄
illa eſt ꝑ ſeipſam quicquid eſt: ⁊ oīa
alia ſunt ꝑ illā id qđ ſūt: quō eſt ip̄a
per ſe? Qđ eñ̄ dicitˀ eſſe per aliquid
videṫ eē aut ꝑ efficiēs aut ꝑ materi/
am aut ꝑ aliquid aliud adiumentū
vel inſtrumentū. Sed quicq̄d ex ali
quo his tribꝰ modis eſt: ꝑ aliud eſt:
et poſteriꝰ ⁊ aliquo mō minꝰ eſt eo
per qđ habet vt ſit. At ſūma natura
nullatenꝰ eſt ꝑ aliud: nec eſt poſteri/
oꝛ aut mīoꝛ ſeip̄a aut aliq̄ re: quare
ſūma natura nec a ſe nec ab aliq̄ fieri
potuit: nec ipſa ſibi: nec aliq̄d aliud
de illa vnde fieret fuit: aut ip̄a ſe ali/
quo mō aut aliqua res illam vt eſ/
ſet qđ nō erat adiuuit. Quid igiṫ?
Qđ eñ̄ nō eſt a quo faciente aut ex
qua materia aut ex quibꝰ adiumen/
tis ad eſſe ꝑuenerit: id videṫ aut eſſe
nihil: aut ſi aliq̄d eſt ꝑ nihil eſſe et ex
nihilo. Quare licet ex his que ratio
nis luce iam animaduerti ſubſtātiā:
p̄dicta nullatenꝰ in illā poſſe cade/
re: nec tamē negligā huiꝰ rei ꝓbatio
nē ꝯtexere. Qm̄ nāq̄ ad magnū ⁊
delectabile quiddā me ſubito ꝑdu/
xit hec mea meditatio: nullā vl̄ ſim/
plicē penēq̄ fatuā obiectionē: mihi
diſputāti occurrentē negligēdo vo/
lo p̄terire: Quatenꝰ ⁊ ego nihil am
biguū in p̄cedentibꝰ relinquēs: cer/
tioꝛ valeā ad ſeq̄ntia ꝓcedere. Et ſi
forte cui qđ ſpecloꝛ ꝑſuadere volu/
ero: oī vl̄ modico remoto obſtaculo:
q̄libꝫ tardꝰ intellectꝰ ad audita faci/
le poſſit accedere. Qđ igiṫ illa natu
ra: ſine qua nulla eſt natura ſit nihil:
tā falſum eſt: q̄ absurdum erit ſi di/
caṫ: q̄cq̄d eſt nihil eē. Per nihil ꝟo
nō eſt: q2 nullo mō intelligi pōt: vt
qđ aliq̄d ē ſit ꝑ nihil. Aut ſi quo mō
eſt ex nihilo: aut ꝑ ſe: aut ꝑ aliō: aut
per nihil eſt ex nihilo. Sed ꝯſtat q̄a
nullo mō aliq̄d eſt ꝑ nihil. Si igitur
eſt aliquo mō ex nihilo: aut ꝑ ſe aut
per aliud ē ex nihilo. Per ſe aūt ni/
hil pōt eſſe ex nihilo: q2 ſi quid ē ex
nihilo ꝑ aliquid: neceſſe ē vt id per
qđ eſt prius ſit. Quoniā igiṫ hec eſ/
ſentia prioꝛ ſeip̄a nō eſt: nullo mō ē
ex nihilo per ſe. At ſi dicaṫ ꝑ aliquā
naturā aliā extitiſſe ex nihilo: nō eſt
ſūma oīm: ſꝫ aliquo inferioꝛ: nec ē ꝑ
ſe hoc qđ eſt: ſed ꝑ aliud. Itē ſi per
aliquid eſt ipſa ex nihilo: id ꝑ qđ eſt
magnū bonū fuit: cum cā tāti boni
fuit. At nullum bonū pōt intelligi
ante illđ bonū: ſine quo nihil eſt bo/
nū: Hoc aūt bonū ſine quo nullū ē
bonū: ſatis liquet hanc eſſe ſūmam
naturā de qua agiṫ. Quare nllā res
vl̄ itellectu p̄ceſſit: ꝑ quā iſta ex ni/
hilo eſſet. Deniq̄ ſi hec ip̄a natura
eſt aliq̄d: aut ꝑ nihil aut ex nihilo: ꝓ
culdubio aut ipſa nō eſt ꝑ ſe: ⁊ ex ſe
quicq̄d eſt: aut ipſa dicitur nihil: qđ
vtrūq̄ ſuꝑfluum eſt exponere q̄ fal
ſū eſt. Licet igiṫ ſūma ſubſtātia nō
ſit ꝑ aliquid efficiēs: aut ex aliq̄ ma/
teria: nec aliquibꝰ adiuta ſit cauſis
vt ad eſſe ꝓduceretˀ: nullatenꝰ tñ̄ eſt
per nihil aut ex nihilo: q2 ꝑ ſeip̄am
et ex ſeipſa eſt quicq̄d ē. Quō ergo
tandē eſſe intelligēda ē ꝑ ſe aut ex ſe
ſi nec ip̄a ſe fecit: nec ip̄a ſibi materia
extitit: nec ipſa ſe quolibꝫ mō: vt qđ
nō erat eēt adiuuit: niſi forte eo mō
intelligēdū videṫ quo diciṫ: q2 lux
lucet vel lucēs eſt per ſeipſam ⁊ ex ſe
ip̄a. Quēadmodū eñ̄ ſe habent ad
inuicē lux ⁊ lucere ⁊ lucēs: ſic ſūt ad
ſe inuicē eēntia: eē ⁊ ens: h̄ ē exiſtēs
ſiue ſbſiſtēs: ſꝫ ſūma eſſentia ⁊ ſūme
eſſe ⁊ ſūme ens: id eſt ſūme exiſtens
ſiue ſūme ſubſiſtēs: non diſſimiliter ſibi
ꝯueniēt q̄ lux ⁊ lucere ⁊ lucēs.

## Quō alia omnia ſint per illā ⁊ ex illa: Ca. VI.

Ɛſtat nūc de reꝛū cāꝝ vniuer
r ſitate q̄ ꝑ aliud ſunt diſcute/
re quō ſint per ſūmā ſubſtan
tiā: vtꝝ q2 ip̄a fecit vniuerſa: aut q2

materia fuit vniuerſoꝝ. Nõ eñi opꝰ eſt querere: vtrũ ideo ſint vniuerſa per ipſã: qꝛ alio faciẽte aut alia materia exiſtẽte: illa tñ quolibet mõ vt res oẽs eẽnt adiuuerit: cũ repugnet his que iã ſupra patuerũt ſi ſcḋo loco ⁊ nõ principalr̃ ſint ꝑ ipſam q̃cunq̃ ſũt. Primũ itaq̃ mihi querẽdũ eſſe puto: vtrũ vniuerſitas rerũ que ꝑ aliud ſũt: ſint ex aliq̃ materia. Nõ aũt dubito cõem hãc mũdi molẽ cũ ꝑtibus ſuis ſicẽ videmꝰ formatã cõſtare ex t̃ra ⁊ aq̃ ⁊ aere ⁊ igne: q̃ ſũt q̃tuor elemẽta: aliq̃ mõ itelligi poſſe ſine his formis q̃s ↄſpicimꝰ i rebꝰ formatꝭ: vt eoꝝ iformis aut etiã ↄfuſa natura videat̃ eẽ mat̃ia oĩm corpoꝝ ſuis formis diſcretoꝝ. Nõ inquã h̃ dubito ſ; q̃ro vñ h̃ ipſa quã dixi mũdane molis mat̃ia ſit. Nã ſi hꝰ materie ſit aliq̃ materia: illa veriꝰ eſt corporee vniuerſitatꝭ materia. Si igit̃ vniuerſitas rerũ ſeu viſibiliũ ſeu inuiſibiliũ eſt ex aliqua materia: ꝑfecto nõ ſolũ nõ põt eſſe: ſed nec dici põt eſſe ex alia materia q̃ʒ ex ſũma natura aut ex ſeipſa aut ex aliq̃ tertia eẽntia: q̃ vtiq̃ nulla eſt. Quippe nihil oĩno cogitari poteſt eſſe preter illud ſummũ oĩm qḋ eſt ꝑ ſeipm̃: et vniuerſitatẽ eoꝝ q̃ nõ ꝑ ſe ſ; ꝑ idem ſummũ ſũt: q̃re qḋ nullo mõ aliq̃d eſt nulliꝰ rei materia eſt. Ex ſua v̈o natura reꝝ vniuerſitas q̃ ꝑ ſe nõ ẽ: eſſe nõ põt: q̃m ſi hec eſſet aliq̃ mõ: eſſet ꝑ ſe ⁊ ꝑ aliud q̃ʒ ꝑ id ꝑ qḋ ſũt cũcta et nõ eſſet ſolum id ꝑ qḋ cũcta ſunt: q̃ oĩa ſũt falſa. Itẽ omne qḋ ex materia eſt: ex alio eſt: ⁊ poſteriꝰ ẽ eo: q̃m igit̃ nihil eſt aliud a ſeipſo vel poſterius ſeipſo: cõſequit̃ vt nihil ſit materialr̃ ex ſeipſo. At ſi ex ſũme nature mat̃ia põt eẽ aliq̃d mat̃ia minꝰ ipſa: ſummũ bonũ mutari ⁊ corrũpi poteſt: qḋ nefas eſt dicere. Quapropter: q̃m omne qḋ aliud eſt q̃ʒ ipſa: minus eſt ipſa. Impoſſibile eſt aliq̃d aliud hoc modo eſſe ex ipſa. Amplius: dubiũ nõ eſt: qꝛ nullatenꝰ eſt bonũ ꝑ qḋ mutat̃ vl̃ corrũpit̃ ſummũ bonũ. Qḋ ſi qua minor natura eſt ex ſũmi boni materia: cũ nihil ſit vñcũq̃ niſi ꝑ ſummã eſſentiã: mutat̃ ⁊ corrũpit̃ ſũmũ bonũ ꝑ ipſam. Quare ſũma eſſentia q̃ ẽ ipm̃ ſummũ bonũ: nullatenꝰ eſt bonũ: qḋ eſt incõueniẽs. Nulla igit̃ minor natura materialiter eſt ex ſũma natura. Cũ igit̃ coꝝ eſſentiã q̃ per aliud ſũt cõſtet nõ eẽ velut ex materia ex ſumma eſſentia: nec ex ſe nec ex alio: manifeſtum eſt qꝛ ex nulla materia eſt. Quare: q̃m quicq̃d eſt per ſummã eſſentiã eſt: nec ꝑ ipſam aliq̃d aliud eſſe põt niſi ea aut faciẽte aut materia exiſtẽte: Cõſequit̃ de neceſſitate: vt per eã nihil ſit niſi ea faciente: ⁊ q̃m nihil aliud eſt vel fuit niſi illa et que facta ſunt ab illa: nihil oĩno facere potuit ꝑ aliud vel inſtrumentũ vel adiumentũ q̃ʒ ꝑ ſeipſã. At omne qḋ fecit: ſine dubio aut fecit ex aliquo velut ex materia: aut ex nihilo. Q̃m igit̃ certiſſime patet: qꝛ eſſentia oĩm que ꝑ̃ter ſummã eſſentiam ſunt: ab eadẽ ſũma eſſẽtia facta ſũt. Et qꝛ ex nulla materia eſt: ꝓculdubio nihil apertiꝰ q̃ʒ qꝛ illa ſumma eſſentia tantã reꝝ molẽ: tã numeroſã mltitudinẽ: tã formoſe formatã: tam ordinate variatã: tã ↄuenient̃ diuerſã ſola ꝑ ſeipſam ꝓduxit ex nihilo.

## Quõ intelligendũ ſit qḋ oĩa fecit ex nihilo: Ca. VII

Sed occurrit quedam dubitatio de nihilo. Nã ex quocunq̃ fit aliquid: id cauſa eſt eius qḋ ex ſe fit: ⁊ omnis cauſa neceſſe eſt aliqḋ ad eſſentiã effectus ꝑ̃beat adiumentũ. Qḋ ſic omnes tenent experimẽto: vt et nulli rapiat̃ contendendo et vix illi ſurripiat̃ decipiendo. Si ergo factũ ẽ ex nihilo aliq̃d: ipm̃ nihil fuit cauſa eius qḋ ex ipſo factũ eſt. Sed quõ id qḋ nullũ habebat eſſe adiuuit aliq̃d vt perueniret ad eſſe? Si cũ nullũ adiumentũ

de nihilo ꝓ̄uenit ad aliqd: cui aut
qualiter ꝑſuadeat q ex nihilo ali/
qd efficiat? Preterea nihil: aut signi/
ficat aliqd aut nō ſignificat aliqd. Sz
ſi nihil ē aliqd quecū ꝗ facta ſt ex nihi
lo facta ſt ex aliq. Si vero nihil nō eſt
aliqd: qm ītelligi nō pōt vt ex eo qd
penitus nō eſt fiat aliqd: nihil fit ex
nihilo: Sic vox oīm eſt: quia nihil ꝺ
nihilo. Unde videt ꝯſequi: vt quic
quid fit: fiat ex aliquo. Aut eni fit ꝺ
aliquo: aut ꝺ nihilo. Siue igit nihil
ſit aliqd ſiue nihil nō ſit aliqd: cōſe
qui videt vt quicquid factū eſt fa/
ctum ſit ex aliquo. Qd ſi verū eſſe
ponit: omnib' que ſupra diſputata
ſunt opponit. Unde qm qd erat: ni
hil aliqd erit: et id qd maxime aliqd
erat: nihil erit. Ex eo nāqꝫ qd qndaz
ſubſtantiā maxime omniū exiſtētem
inuenerā ad hoc vt oīa alia ab ea
facta eſſent ſic vt nihil eſſet vnde fa
cta eſſent ratiocinando peruenerā.
Quare ſi illud vnde facta ſūt qd pu
tabam eſſe nihil: ē aliquid: quicqd
inuentū eſtimabā ꝺ ſumma eſſentia
eſt nihil: quid igit eſt de nihilo: nam
nihil qd videā poſſe obijci tibi: pene
iam fatuū ſtatui in hac meditatione
negligere.

## Qd ea que facta ſunt ex nihilo nō nihil erant ante/ qꝫ fierent qtum ad ratione̅ facientis: Caplm. VIII.

t Ribus itaqꝫ puto modis qd
ad pñtis impedimenti ſuffi
cit expedimentū exponi pōt:
ſi qua ſubſtātia dicit eſſe facta ex ni/
hilo. Unus quidē modus eſt q vo/
lumus intelligi penit' nō eſſe factū
qd factū dicit ex nihilo. Cui ſile eſt:
cū querēti de tacente vnde loquat:
reſpondet de nihilo: id eſt nō loqui/
tur. Scdm quē modū de ipſa ſum/
ma eſſentia ꝛ de eo qd penit' nec fu/
it nec ē querēti vnde factū ſit: recte
reſpōderi poteſt de nihilo: id eſt ne/
quaqꝫ factū eſt: qui ſenſus de nullo
eoꝝ que facta ſunt intelligi poteſt.
Alia ſignificatio eſt que dici quidē
poteſt: vera tn̄ eē nō pōt: vt ſi dicat
aliqd ſic eē factū ex nihilo vt ex ipo
nihilo: id eſt ex eo qd penit' nō ē fa/
ctum ſit: quaſi ipm nihil ſit aliqd ex
iſtens ex quo poſſit aliquid fieri: qd
qm ſemꝑ falſum eſt: quoties eſſe po
nit impoſſibilis incōuenientia con/
ſequit. Tertia interꝑtatio qua dici/
tur aliquid eſſe factū de nihilo ē: cū
intelligit' eſſe quidē factū: ſed non
eē aliqd vn̄ ſit factū. Per ſimilē ſi/
gnificationē dici videt cū homo cō/
triſtatus ſine cauſa: dicit cōtriſtatus
de nihilo. Scdm igit hunc ſenſum ſi
intelligat qd ſupra cōcluſum eſt: qa
preter ſummam eſſentiā cuncta que
ſunt ab eadem ex nihilo facta ſunt:
id eſt non ex aliquo: ſicut ipa conclu
ſio precedentia ꝯuenienter ꝯſeque/
tur: ita ex eadem concluſiōe nihil in
conueniens conſequetur: quis non
inconuenienter ꝛ ſine omni repugnā
tia ea que facta ſunt a creatrice ſub/
ſtantia dici pñt eē facta ex nihilo: eo
modo quo dici ſolet: diues ex paupere:
et recepiſſe quis ſanitatem ex egritu
dine: id eſt qui prius pauper erat nūc
eſt diues qd antea non erat: ꝛ q pri/
us habebat egritudinem nunc habz
ſanitatem quam antea nō habebat.
Hoc igitur modo non inconuenien/
ter intelligi poteſt ſi dicitur creatrix
eſſentia vniuerſa feciſſe ex nihilo: ſi/
ue qꝫ vniuerſa per illam facta ſunt
de nihilo: id eſt que prius nihil erāt
nunc ſunt aliquid. Hac ipſa quippe
voce qua dicitur: quia illa fecit ſiue
qꝛ iſta facta ſunt: intelligitur qꝛ cuz
illa fecit aliqd fecit: ꝛ cum iſta facta
ſunt non niſi aliquid facta ſunt. Si/
cut enim aſpicientes aliquē de val/
de humili fortuna multis opibus ab
aliquo honoribuſve exaltatum: di/
cimus: ecce ille fecit iſtū ꝺ nihilo: aut
factus eſt ille ab iſto de nihilo: id eſt
iſte q prius qſi nihilū reputabat: nūc
illo faciēte vere aliquid eſtimatur.

Verũ videoꝛ mihi videre q̃ddã: qđ
nõ negligẽter diſcernere cogit ſm q̃
ea que facta ſũt anteq̃ fierẽt dici poſ
ſint fuiſſe nihil. Nullo nãq̃ pacto
fieri põt aliq̃d rõnabiliter ab aliquo
niſi in facientis rõne p̃cedat aliqđ rei
faciẽde quaſi exemplũ: ſiue vt apti/
us dicit̃ forma vel ſĩlitudo aut re/
gula. Patet igit̃ ita q̃: q̃m prius q̃
fierẽt vniuerſa: erãt in rõne ſumme
nature: quid: aut qualia: aut quõ fu
tura eſſent: quare cũ ea q̃ facta ſũt:
claꝝ ſit nihil fuiſſe anteq̃ fierẽt q̃n/
tum ad hoc qꝛ nõ erant qđ nũc ſũt:
nec erat ex q̃ fierẽt: nõ tñ nihil erant
quãtũ ad rationẽ facientis p quã ⁊
ſecundũ quã fierẽt.

## Q illa rõ ſit ſic q̃daꝫ rerũ locutio: ſic faber dicit prius apud ſe q̃d facturus eſt: Capitulum. IX.

l Lla aũt forma reꝝ que in eiꝰ
rõne res creãdas p̃cedebat:
quid aliud eſt q̃ rerũ q̃dam
in ip̃a rõne locutio: veluti cũ faber
facturus aliqđ ſue artis opus: prius
illud intra ſe dicit mentis ꝯceptione.
Mẽtis aũt ſiue rõnis ꝯceptionẽ: lo
cutionẽ hic intelligo: nõ cum voces
rerũ ſignificatiue cogitant̃: ſed cum
res ipſe vel future: vel iã exiſtentes
acie cogitatiõis in mẽte ꝯſpiciunt̃.
Frequẽti nãq̃ vſu cognoſcit̃: qꝛ rẽ
vnã tripliciter loqui poſſumꝰ: Aut
eñi res loquimur ſignis ſenſibilibꝰ:
id eſt q̃ ſenſibꝰ coꝛpoꝛeis ſentiri poſ/
ſunt ſenſibilit̃ vtẽdo: aut eadẽ ſigna
q̃ foris ſenſibilia ſũt intra nos inſen
ſibilit̃ cogitãdo: aut nec ſenſibilit̃ nec
inſenſibilit̃ his ſignis vtẽdo: ſed res
ip̃as vl̃ coꝛpoꝝ imaginatiõe vl̃ rõis
intellectu p reꝝ ipſaꝝ diuerſitate in
tus i noſtra mẽte dicẽdo. Aliter nã
q̃ hoĩem dico cũ eũ hoc noĩe qđ eſt
hõ ſignifico: aliter cũ idẽ nomen ta/
cens cogito: aliter cũ eũ ipm̃ hoĩem
mẽs aut p coꝛpis imaginẽ aut p ra/
tionẽ intuet̃ p coꝛpis quidẽ imagi/
nẽ: vt cũ eiꝰ ſẽſibilẽ figurã imagina/
tur. Per rõnem vero: vt cũ vniũſa/
lem eius eſſentiã que eſt animal rõ/
nale moꝛtale cogitat. He v̾o tres lo
quendi varietates ſingule v̾bis ſui
generis ꝯſtãt. Sꝫ illiꝰ quã tertiã et
vltimã poſui locutiõis verba: cũ de
rebus nõ ignoꝛant̃ ſũt: naturalia ſũt
et apud oẽs gẽtes ſunt eadẽ. Et q̃m
oĩa alia verba ꝓpter hoc ſunt inuen
ta: vbi iſta ſunt: nullũ aliud verbum
eſt neceſſariũ ad rẽ cognoſcendã: et
vbi iſta eſſe nõ poſſunt: nullũ aliud
eſt vtile ad rẽ cognoſcendã. Poſſũt
etiam nõ abſurde dici tãto veriora:
quãto magis rebus quaꝝ ſũt verba
ſilia ſũt: ⁊ eas expꝛeſſiꝰ ſignificãt. Exce
ptis nãq̃ rebꝰ illis quibus vtimur
p nominibus ſuis ad eaſdeꝫ ſignifi/
candas: vt ſũt quedã voces: velut. a
vocalis. Exceptis inquã his: nullũ
aliud verbũ ſic videt̃ rei ſĩle cuiꝰ eſt
verbũ: aut ſic eã expꝛimit quõ illa ſi/
militudo que in acie mẽtis rem illaꝫ
cogitantis expꝛimit. Illud igit̃ iure
dicendũ eſt: maxime ꝓpꝛiũ ⁊ pꝛinci
pale rei verbũ: Quapꝛopt̃ ſi nulla
de q̃libet re locutio tantũ ꝓpinquat
rei quãtũ illa: que hm̃õi verbis con
ſtat: nec aliq̃d aliud tã ſĩle rei vl̃ fu/
ture vl̃ iã exiſtẽtis in rõne alicuiꝰ põt
eſſe: nõ imerito videri põt apđ ipaꝫ
ſummã ſubſtantiã talẽ rerũ locutio
nẽ ⁊ fuiſſe anteq̃ eſſent: vt per eam
fierẽt: ⁊ eſſe cũ facta ſũt: vt per eam
ſciantur.

## Q tamẽ multa ſit in hac ſimilitudine diſſimilitudo: Capitulum. X.

ſ Ed q̃uis ſummã ſubſtantiã
ꝯſtet pꝛiꝰ i ſe q̃ſi dixiſſe cun/
ctã creaturã: q̃ eam etiã ſm
eãdẽ ⁊ p eandẽ ſuã intimã locutio/
nem ꝯderet: quẽadmodũ faber pꝛiꝰ
mẽte ꝯcipit qđ poſtea ſcđm mentis
cõceptionẽ opere ꝑficit: multã tñ in
hac ſĩlitudine intueoꝛ diſſĩlitudinẽ.
Illa nãq̃ nihil oĩno aliũ de aſſum/

pſit vnde vel coꝝ q̄ factura erat for
ma in ſeipſa cōpingeret: vł ea ipſa id
qđ ſunt pficeret: faber vero penitus
nec mēte pōt aliquid corporeū ↄci/
pere imaginādo niſi id qđ aut totū
ſimul aut p ptes ex aliquib⁹ reb⁹ ali
quo mō iā vidicit: nec opus mente
ↄceptū pficere ſi deſit aut materia:
aut alqd ſine q̄ op⁹ p̄cogitatū fieri
nō poſſit. Quā ꝗ em hō tale aliqđ
aīal poſſit cogitādo vel pingēdo q̄/
le nuſꝗ ſit ↄfingere: nequaꝗ tñ h̄
facere valet niſi cōponēdo ī co par/
tes quas ex rebus alš cognitis ī me/
moriā attraxit. Quare in hoc diffe/
runt abinuicē ille in creatrice ſubſtā
tia ⁊ in fabro ſuoꝝ operū faciēdorū
intime locutiones: ꝙ illa nec aſſum/
pta nec adiuta aliūde: ƀ prima ⁊ ſo/
la cā ſufficere potuit ſuo artifici ad
ſuū opus perficiendū: Iſta xo nec
prima nec ſola nec ſufficiēs eſt ad ſu
um incipiēdū: Quapropt̄ ea q̄ ab/
ſuicē p illā creata ſc̄: oīno nō ſc̄ ali/
qđ qđ non ſunt p illā: q̄ vero p iſtā
ſūt: penitus nō eēnt niſi eēnt aliqđ
qđ nō ſunt per ipſam.

## Q hec ſumme eſſentie locutio ſit ſumma eſſentia: Caplm. XI.

ſ Ed cū pariter rōne docēte ſit
certū qꝛ quicqđ ſumma ſub/
ſtātia fec̄: non fec̄ p aliđ ꝗ p
ſemetipſā. Et quicqđ fecit: p ſuā inti
mā locutionē fecit: ſiue ſingła ſingu/
lis verbis: ſiue potius vno verbo ſi/
mul oīa dicēdo: Quid magis neceſ
ſariū videri poteſt: ꝗ hanc ſumme
eſſentie locutionē non eſſe aliud ꝗ
ſummā eſſentiā? Nō igitur neglige/
ter pretereundā hui⁹ locutionis cō/
ſiderationē puto: ſed priuſ ꝗ de illa
poſſit tractari: diligēter eiuſdē ſum/
me ſubſtātie ꝓprietates aliquas ſtu
dioſe inueſtigādas exiſtimo.

## Q ſicut omnia p ſummā eſſentiā facta ſūt: ita vigeāt per ipſam et in illa: Ca. XII

c Onſtat q̄ p ſummā naturam
eſſe factū quicqđ nō eſt idem
illi. Dubiū aūt non niſi irra/
tionali mēti eſſe pōt: ꝙ cuncta que
facta ſūt: eodē ipſo ſuſtinēte vigent
et perſeuerāt eſſe ꝗdiu ſunt: q̄ faci/
ente đ nihilo habēt eſſe qđ ſunt. Si/
mili nāq; p oīa ratiōe qua collecꝰ
eſt oīa que ſūt: eē p vnū aliqđ: vn/
de ipm ſolū eſt p ſeipm ⁊ alia p ali/
ud. Simili inquā rōe pōt ꝓbari: qꝛ
quecūq; vigēt: p vnū aliqđ vigent:
Unde illđ ſolū viget p ſeipm ⁊ alia
per aliud. Qđ qm̄ aliter eſſe nō pōt
niſi vt ea q̄ ſūt facta p aliud vigeāt:
⁊ id a quo facta ſūt vigeat p ſeipm:
neceſſe eſt vt ſicut nihil factū eſt niſi
per creatricē p̄ſentē eſſentiā: ita ni/
hil vigeat niſi per eiuſdē ſeruatricē
preſentiam.

## Q illa ſit in omnibus et omnia ſint ex illa ⁊ per illā et in illa: Caplm. XIII.

q Uod ſi ita ē: imo qꝛ ex neceſ
ſitate ſic eſt: cōſequit̄ vt vbi
ipſa non eſt: nihil ſit. Ubiq;
igit̄ eſt et p oīa ⁊ in oībus. At qm̄
abſurdū eſt vt ſcilicet quēadmodū
nullaten⁹ aliquid creatū poteſt exire
creātis ⁊ fouentis īmēſitatē: ſic cre/
ans ⁊ fouēs nequaꝗ valeat aliquo
mō excedere factoꝝ vniuerſitatē: li/
quet qm̄ ipſa eſt q̄ cūcta alia portat
et ſerat: claudit ⁊ penetrat. Si igi/
tur h̄ illis q̄ ſupi⁹ ſūt inuēta iungan/
tur: eadē eſt q̄ in oībus eſt ⁊ p oīa et
ex qua ⁊ per quā ⁊ in qua oīa.

## Q poſſit aut nō poſſit de illa dici ſubſtantialiter: Caplm. XIIII.

i Am nō īmerito valde moue
or ꝗ ſtudioſe poſſim inqui/
rere quid oīm q̄ de aliquo di
ci poſſūt: huic tā admirabili nature
queat ↄuenire ſbſtātialiter. Q quā
em̄ mirer ſi poſſit in noībus vel ver/

his que ſ̄ptam⁹ rebus factꝫ de nihi/
lo reperiri: qđ digne dicat̃ d̄ creatri
ce vniuerſoꝝ ſb̄ſtātia: tēptandū ta/
mē eſt ad quid hāc indagationē ra/
tio ꝑducet. Itaqꝫ d̄ relatiuis quidē
nulli dubiū qꝛ nullū eoꝝ ſubſtātia/
le eſt illi de quo relatio dicit̃. Qua/
re ſi quid d̄ ſūma natura dicit̃ relati
ue: nō eſt ei⁹ ſignificatū ſubſtātiale.
Vn̄ hoc ipm qđ ſūma ſb̄a ē oīm ſiue
maior oīb⁹ q̄ ab illa facta ſt̃ vel ali/
quid aliđ ſilīter relatiue dici poteſt:
manifeſtū eſt qm̄ nō ei⁹ naturalē de
ſignat eſſentiā. Si eñ nulla eaꝝ re/
rum vnq̄ꝫ eſſet quaꝝ relatiōe ſūma
ꝛ maior dicit̃: ipa nec ſūma nec ma/
ior intelligeret̃: nec tñ iccirco min⁹
bona eſſet vt eēntialis ſue magnitu/
dinis in aliquo detrimētū pateret̃.
Qđ ex eo manifeſte cognoſcit̃: qm̄
ipa quicq̄d boni vel magni eſt: nō ē
per aliud q̄ꝫ ꝑ ſeipſam. Si igit̃ ſum/
ma natura ſic pōt intelligi nō ſūma
vt tñ nequaq̄ꝫ ſit maior nec melior
q̄ꝫ cū intelligit̃ ſumma oīm: manife/
ſtum eſt qm̄ ſūmū nō ſimpliciter ſi/
gnificat illā ſūmā eēntiā q̄ oīno ma
ior ꝛ melior eſt q̄ꝫ quicq̄d non ē qđ
ipa. Qđ aūt ratio docet d̄ ſūmo: nō
diſſimiliter inuenitur in ſimiliter re/
latiuis. Illis itaqꝫ que relatiue di/
cunt̃: omiſſis qꝛ nullū eoꝝ ſimplici/
ter demōſtrat alicui⁹ eſſentiam: ad
alia diſcutiēda ſe cōuertat intentio.
Equidē ſi q̄s ſingl̄a diligēter intuea/
tur: quicq̄d ē ꝑter relatiua aut tale
eſt vt ipſum oīno melius ſit q̄ꝫ non
ipm: aut tale vt nō ipm ī aliquo me/
li⁹ ſit q̄ꝫ ipſum. Ipm aūt ꝛ nō ipm
nō aliud hic intelligo q̄ꝫ verum nō
veꝝ: corp⁹ nō corp⁹ ꝛ his ſilia. Me/
liuſ quidē eſt oīno aliq̄d q̄ꝫ nō ipm:
vt ſapiēs q̄ꝫ nō ipſum ſapiēs: id eſt
meli⁹ eſt ſapiens q̄ꝫ nō ſapiēs. Ce/
uis eñ iuſt⁹ nō ſapiēs melior videa/
tur q̄ꝫ nō iuſt⁹ ſapiēſ: nō tñ meli⁹ ſim
pliciter eſt nō ſapiēs q̄ꝫ ſapiens: om
ne eñ nō ſapiēſ ſimpliciter: in quātū
nō ſapiens eſt minus eſt q̄ꝫ ſapiens:
qꝛ omne nō ſapiēs meli⁹ eēt ſi eēt ſa
piēs. Similiter oīno meli⁹ eēt verū
q̄ꝫ nō ipm: id eſt qđ non verū ꝛ iu/
ſtuꝫ q̄ꝫ nō iuſtū: ꝛ viuit q̄ꝫ nō viuit.
Meli⁹ aūt eſt in aliq̄ nō ipm q̄ꝫ ipm:
vt nō auꝝ q̄ꝫ auꝝ. Nā meli⁹ eſt ho/
mini eſſe nō aurū q̄ꝫ aurū: q̄ꝫuis for
ſitan meli⁹ eſſet alicui auꝝ eſſe q̄ꝫ nō
auꝝ eſſe: vt plūbo. Cum eñ vtrūqꝫ
ſcilicet hō ꝛ plūbū ſint nō auꝝ: tan/
to melius aliq̄d eſt hō q̄ꝫ aurū: q̄nto
inferioris nature eſſet ſi eſſet auꝝ: et
plūbū tanto vilius eſt: quāto ꝑcio/
ſius eſſet ſi auꝝ eſſet. Patet aūt ex
eo qꝫ ſumma natura ſic intelligi pōt
nō ſumma: vt nec ſummū oīno meli/
us ſit q̄ꝫ nō ſummū: nec non ſummū
alicui melius q̄ꝫ ſummū: multa relati/
ua eſſe que nequaq̄ꝫ hac ꝯtineāt̃ di/
uiſiōe. Vtrū aūt noīa aliq̄ ꝯtineāt̃
inq̄rere ſupſedeo: cū ad ꝑpoſitū ſuffi
ciat qđ de illis notū eſt: nullū eoꝝ
ſimplicē ſcꝫ ſūme nature ſubſtātiam
deſignare. Cū igit̃ quicq̄d aliud eſt
ſi ſingl̄a deſpiciāt̃: aut ſit meli⁹ q̄ꝫ nō
ipm: aut nō ipm ī aliquo ſit melius
q̄ꝫ ipm: ſicut nefas eſt putare qꝫ ſub/
ſtātia ſūme nature ſit aliq̄d qđ me/
lius ſit aliq̄ mō nō ipꝫ: ſic neceſſe eſt
vt ſit quicq̄d oīno melius eſt q̄ꝫ non
ipm. Illa eñ ſola eſt qua penit⁹ ni/
hil eſt meli⁹: ꝛ que melior eſt oībus
que nō ſūt qđ eſt ipa. Nō eſt igitur
corp⁹ vel aliquid eoꝝ q̄ corporei ſen
ſus diſcernūt. Quippe his oīb⁹ me/
lius eſt aliq̄d qđ nō eſt qđ ipſa ſunt.
Mens eñ rōnalis q̄ nullo corporeo
ſenſu: q̄d vel qualis vel quāta ſit ꝑ/
cipit̃: quāto minor eſſet ſi eſſet aliq̄d
eoꝝ que corporeis ſenſib⁹ ſubiacēt:
tāto maior eſt q̄ꝫ qđlibet eoꝝ. Pe/
nitus eni ipſa ſūma eſſentia tacēda
eſt eē aliq̄d eoꝝ q̄b⁹ eſt aliq̄d qđ nō
eſt qđ ipa ſunt ſuperius: ꝛ eſt oīno ſicē
rō docet dicēda qđlibet eoꝝ quib⁹
eſt omne qđ nō eſt qđ ipſa ſunt infe
rius: quare neceſſe eſt eſſe eā viuen/
tem: ſapientē: potentē ꝛ omnipoten/
tē; verā: iuſtā: beatā: eternā ꝛ quic/

quid ſimpliciter abſolute meli⁹ ē q̄ꝫ nō ipm. Quid ꝗ queraꝛ̄ ampli⁹: q̇d ſumma illa ſit natura ſi manifeſtū ē q̇d oīm ſit aut q̇d oīm nō ſit?

## Qꝛ idē ſit illi eſſe iuſtā qđ eſt eē iuſticiā: ꝛ eodē modo de his q̄ ſimiliter de illa dici poſſunt ꝛ qđ nihil horuꝫ mōſtret qualis illa vł q̄nta ſit ſed quid ſit. Ca. XV.

Sed fortaſſe cū dicitꝛ̄ iuſta vel magna vł aliq̇d ſimiliū: non oſtēditꝛ̄ q̇d ſit ſed poti⁹ qualis vel quāta ſit. Per qualitatē q̇ppe vel quātitatē qđlibet hoꝝ dici videtꝛ̄. Omne nāqꝫ qđ iuſtū eſt per iuſticiā iuſtum eſt: ꝛ alia huiōi ſimilr̄. Quare ipa ſūma natura nō ē iuſta niſi ꝑ iuſticiā. Videtꝛ̄ igitꝛ̄ ꝑticipatione q̄litatis iuſticie ſcꝫ iuſta dici ſūme bona ſbſtātia: qđ ſi ita eſt: ꝑ aliud ē iuſta nō ꝑ ſe: aut hoc ꝯtrariū eſt veritati ꝑſpecte: q2 bona vel magna vł ſubſiſtēs qđ eſt oīno ꝑ ſe eſt nō per aliud. Si igitꝛ̄ nō ē iuſta niſi ꝑ iuſticiā nec iuſta pōt eē niſi ꝑ ſe: q̇d magł ꝑſpicuū: q̇d magł neceſſariū q̄ꝫ qꝫ eadē natura ē ipa iuſticia? Et cū dꝛ eē iuſta ꝑ iuſticiā: idē ē qđ ꝑ ſe: ꝛ cū iuſta ꝑ ſe dꝛ eē: nō aliud ītelligitꝛ̄ q̄ꝫ ꝑ iuſticiā. Quapropꝛ̄ ſi q̄ratꝛ̄ q̇d ſit ipſa ſūma natura de q̄ agitꝛ̄: q̇d veri⁹ rn̄detꝛ̄ q̄ꝫ iuſticia? Vidēdū igitꝛ̄ quō ītelligendū ſit q̄ꝫ illa natura que eſt ipa iuſticia dicitꝛ̄ iuſta. Qm̄ eni hō non pōt eſſe iuſticia: iuſticiā aūt habere poteſt. Nō eni intelligitꝛ̄ iuſt⁹ homo exiſtēs iuſticia ſed habens iuſticiā. Qm̄ igitꝛ̄ ſumma natura nō ꝓprie dicitꝛ̄ iuſta q2 habet iuſticiā: ſed exiſtit iuſticia: cū dicitꝛ̄ iuſta ꝓprie intelligitꝛ̄ exiſtēs iuſticia: nō aūt habens iuſticiā: quare ſi cū dicitꝛ̄ exiſtēs iuſticia: nō dicitꝛ̄ qualis eſt: ſꝫ quid eſt: cōſequitꝛ̄ vt cū dicitꝛ̄ iuſta: nō dicatꝛ̄ q̄lis ſit ſꝫ q̇d ſit. Deinde qm̄ de illa ſuprema eſſentia idē eſt dicere q2 eſt iuſta ꝛ q2 ē exiſtēs iuſticia: Et cū dicitꝛ̄ eſt exiſtens iuſticia: non eſt aliud q̄ꝫ eſt iuſticia: nihil differt in illa ſiue dicatꝛ̄ ē iuſticia ſiue ē iuſta. Quapropter cū queritꝛ̄ de illa q̇d ſit: non eſt min⁹ cōgrue reſpondere iuſta q̄ꝫ iuſticia. Qđ vero ī exēplo iuſticie ratū eſſe cōſpicitꝛ̄: hoc de oībus que ſimiliter de ipſa ſumma natura dicūtꝛ̄ intellectus ſentire ꝑ ratione cōſtringitꝛ̄. Quicq̇d igitꝛ̄ eoꝝ de illa dicatꝛ̄: nō qualis vel quāta ſed magis q̇d ſit monſtratꝛ̄. Sed palā eſt q2 qđlibet bonū ſumma natura ſit: ſūme illud eſt. Illa igitꝛ̄ eſt ſumma eſſentia: ſumma vita: ſūma ratio: ſūma ſal⁹: ſūma iuſticia: ſūma ſapientia: ſūma veritas: ſūma bonitas: ſūma magnitudo: ſūma pulchritudo: ſumma immortalitas: ſumma incorruptibilitas: ſumma īmutabilitas: ſūma beatitudo: ſūma eternitas: ſūma ptās: ſūma vnitas: qđ nō eſt aliud q̄ꝫ ſūmū ens ſumme viuēs ꝛ alia ſimiliter.

## Qꝛ ita ſit ſimplex vt oīa que de eius eēntia dici poſſūt: vnū idemqꝫ ſint ī illa: ꝛ nihil de ea dici poſſit ſubſtātialiter niſi ī eo qđ quid eſt: Caplm̄. XVI.

Quid ergo ſi illa ſumma natura tot bona eſt: erit ne cōpoſita tot pluribus boniſ: an potius nō ſunt plura bona: ſed vnum bonum tam pluribus nominibus ſignificatum? Omne eni cōpoſituꝫ vt ſubſiſtat indiget his ex quibus componitꝛ̄: ꝛ illis debet quidē qđ eſt: q2 quicq̇d eſt per illa eſt: ꝛ illa qđ ſūt ꝑ illud nō ſūt: ꝛ idcirco penitus ſummū nō eſt. Si igitꝛ̄ ſumma natura illa cōpoſita ē ex pluribꝰ bonis: hec omnia que oī cōpoſito inſūt in illā incidere neceē ē. Qđ nefas falſitatꝭ apta rōe deſtruit ꝛ obruit tota q̄ ſupra patuit neceſſitas veritatꝭ. Cū igitꝛ̄ illa natura nullo mō cōpoſita ſit: ꝛ tn̄ oīmō tot

illa bona ſit: neceſſe ē vt illa oīa nō
plura ſꝫ vnū ſint. Idē igiť ē q̄dlibet
vnū illoꝝ q̄ꝺ oīa ſunt ſimul ſiue ſin/
gula: vt cū ꝺicať iuſticia vel eſſentia
idē ſignificat q̄ꝺ alia vel oīa ſimul
vel ſingłā. Quēadmodū itaqꝫ vnū
eſt quicquid eſſentialr̄ ꝺe ſūma ſub/
ſtātia ꝺicať: ita ip̄a vno mō: vna cō/
ſideratiōe eſt quicquid ē eſſentialr̄.
Cū eñ aliquis hō ꝺicať et corpꝰ et
rōnalis ⁊ hō: nō vno mō vel conſi/
deratiōe hec tria ꝺicitur. Scḋm aliḋ
eñ eſt corpꝰ: ⁊ ſcḋm aliud eſt rōna/
lis: ⁊ ſingulū hoꝝ non eſt totū id q̄ꝺ
eſt homo. Illa vero ſumma eſſentia
nullo mō ſic eſt aliquid vt illud idē
ſcḋm aliū modū aut ſcḋm aliā cōſi/
deratione nō ſit: qꝛ quicq̄d aliquo
mō eſſentialiter eſt: hoc eſt totū q̄ꝺ
ipſa eſt. Nihil igiť q̄ꝺ ꝺe eius eſſen/
tia vere ꝺicať in eo q̄ꝺ qualis vł q̄n/
ta: ſꝫ ī eo q̄ꝺ quid eſt accipiť. Quic/
quid eñ eſt: vel quale vel q̄ntū eſt:
et aliud in eo q̄ꝺ quid eſt: vnde non
ſimplex ſed cōpoſitū eſt.

## Quod ſit ſine principio ⁊ ſi/ne fine: Caplm. XVII.

E[x] q̄ igiť ħ tā ſimplex natu/
ra creatrix ⁊ vigor oīm fuit
vel vſqꝫ q̄ futura eſt: an po/
tius nec ex quo nec vſqꝫ quo eſt: ſꝫ ſi/
ne p̄ncipio ⁊ ſine fine eſt. Si eñi p̄n/
cipiū habet: aut ex ſe vel ꝑ ſe hoc ha/
bet aut ex alio vel ꝑ aliud aut ex ni/
hilo vel ꝑ nihil. Sed ꝯſtat per veri/
tatē iā ꝓſpectā: qꝛ nullo mō ex alio
vel ex nihilo vel ꝑ aliud vel ꝑ nihil
eſt. Nullo igiť mō ꝑ aliḋ vel ex alio
aut ꝑ nihil vel ex nihilo initiū ſorti/
ta eſt. Ex ſeipſo vero vel ꝑ ſe initiū
habere nō p̄ōt quāq̄ꝫ ex ſeipſa ⁊ per
ſeipſā ſit. Sic eñ ē ex ſe ⁊ ꝑ ſe vt nul/
lo mō ſit alia eſſentia q̄ eſt ꝑ ſe ⁊ alia
per quā ⁊ ex qua eſt. Quicquid aūt
ex aliq̄ vel ꝑ aliq̄d incipit eſſe nō eſt
oīno idē illi ex q̄ vel ꝑ q̄ꝺ incipit eē.
Sūma igiť natura nō icepit ꝑ ſe vł
ex ſe. Qm̄ igiť nec per ſe nec ex ſe nec
ꝑ aliud nec ex alio nec ꝑ nihil nec ex
nihilo habet p̄ncipiū: nullo mō ha/
bet p̄ncipiū ſꝫ neqꝫ finē habebit. Si
eñ finē habitura eſt: nō eſt ſūme im/
mortalis nec ſumme incorruptibił: ſꝫ
conſtat ꝙ eſt ſumme īmortalis ⁊ in/
corruptibilis: nō habebit igiť finē.

Amplius: ſi finē habitura eſt: aut
volens aut nolens deficiet. Sed pro
certo nō eſt bonū ſimplex cuius vo/
luntate perit ſummū bonū: At ipſa
eſt verū ⁊ ſimplex bonum: quare ſua
ſpōte nō deficiet ip̄a: qm̄ certū eſt eē
ſummū bonū. Si vero nolēs peritu/
ra eſt: nō eſt ſūme potēs nec omni/
potēs: ſꝫ rōnis neceſſitas aſſeruit eā
ſūme potentē eſſe ⁊ oīpotentē. Nō
ꝫ nolēs deficiet: quare ſic nec volēs
neqꝫ nolens ſūma natura finē habe/
bit: nullo mō finē habebit. Amplꝰ:
ſi illa ſūma natura p̄ncipiū habebit
vel finē: nō eſt vera eternitas: quod
ſupra inexpugnabiliť inuētū ē. De/
inde cogitet q̄ poteſt qn̄ incepit aut
qn̄ nō fuit hoc veꝝ: ſcilicet qꝛ futuꝝ
erat aliq̄d: aut qn̄ deſinet ⁊ nō erit ħ
verū: ſcilicet qꝛ p̄teritum erit aliq̄d.
Quod ſi neutꝝ hoꝝ cogitari poteſt
⁊ vtrūqꝫ hoc verū ſine veritate eſſe
nō poteſt: impoſſibile eſt vł cogitari
ꝙ veritas p̄ncipiū vel finē habeat.

Deniqꝫ ſi veritas habuit p̄ncipiū
vel habebit finem: anteqꝫ ip̄a incipe/
ret: veꝝ erat tūc qꝛ nō erit veritas: ⁊
poſtq̄ꝫ finita erit: veꝝ erit tūc qꝛ nō
erit veritas. At qꝛ veꝝ nō p̄ōt eſſe
ſine veritate: erat igiť veritas anteq̄ꝫ
eſſet veritas: ⁊ erit veritas poſtq̄ꝫ fi/
nita erit ꝟitas: q̄ꝺ incōueniētiſſimū
eſt. Siue igiť ꝺicať veritas habere: ſi/
ue intelligať nō habere p̄ncipium vł
finē: nullo mō claudi p̄ōt ꝟitas p̄n/
cipio vł fine: q̄re idē ſequiť ꝺe ſūma
natura quia ip̄a ſumma veritas eſt.

## Quō nihil fuit ante aut erit poſt illā: Ca. XVIII.

[S]Ed ecce iterū īſurgit nihil: ⁊
quecūqꝫ hactenꝰ ratio in ve/

ritate ⁊ neceſſitate concorditer atteſtātibꝰ diſſeruit: aſſerit eſſe nihil. Si em̄ ea q̄ ſupra digeſta ſūt neceſſarie veritatis munimine firmata ſūt: nō fuit aliq̄d ante ſummaꝫ eſſentiā nec erit aliq̄d poſt eā: q̄re nihil fuit ante eā ⁊ nihil erit poſt eā. Nā aut aliq̄d aut nihil neceſſe eſt p̄ceſſiſſe vel ſubſecutuꝝ eē. Qui aūt dic̄ qꝛ nihil fuit ante ipſam ⁊ nihil erit poſt ipſam: id pronūciare videt̄ quia fuit ante ipſam quando nihil erat: ⁊ erit poſt ipſaꝫ qñ nihil erit. Qñ ergo nihil erat illa nō erat: ⁊ qñ nihil erit illa ñ erit: Quō ergo nō icepit ex nihilo: aut q̄modo ñ deueniet ad nihilū ſi illa nōdum erat cū iam erat nihil: ⁊ eadem iam non erit: tamē adhuc erit nihil? Quid ergo molita eſt tāta moles argumentoꝝ: ſi tam facile demoliunt̄ iteꝝ in nihilum molimina eoꝛuꝫ? Si namq̧ ꝯſtituit̄ vt ſummū eſſe nihilo ⁊ p̄cedenti ſuccedat ⁊ ſubſequēti decedat: quicquid ſupra ſtatuit veꝝ neceſſitate deſtituit̄ p inane nihilum. An potius repugnādū eſt nihilo ne tot ſtructure neceſſitate rōnis a nihilo expugnent̄: ⁊ ſummū bonuꝫ qḋ lucerna veritatis queſitū ⁊ inuentū eſt: amittat̄ pro nihilo? Potius igit̄ aſſerat̄ ſi fieri poteſt qꝛ nihil nō fuit ante ſummā eſſentiā nec erit poſt illā: q̄ dū locus dat̄ ante vel poſt illam nihilo per nihilū reducat̄ ad nihilum illud eſſe qḋ per ſeipſum conduxit id quod erat nihil ad eſſe. Duplicem namq̧ vna ꝓnūciatio gerit ſententiā: cū dr̄: qꝛ nihil fuit ante ſummā eſſentiam. Unus em̄ eſt eius ſenſus: quia priꝰ q̄ ſūma eſſentia eēt fuit cū erat nihil. Alter vero eius ē intellectus: qꝛ ante ſummā eſſentiaꝫ nō fuit aliq̄d: veluti ſi dicā: nihil docuit me volare. Hoc aūt ſic exponā: qꝛ ipꝫ nihil qḋ ſignat nō aliq̄d docuit me volare: ⁊ erit falſuꝫ: aut qꝛ nō docuit me aliq̄d volare: qḋ eſt verū. Prioꝛ itaq̧ ſenſus eſt: quē ſequitur ſupra tractata incōuenientia: ⁊ omnimoda ratione ꝓ falſo repellit̄. Alt̄ vero eſt q̄ ſuperioꝛibus pſecta coheret ꝯuenientia: ⁊ tota illoꝝ ꝯtextiōe verus eſſe cōpellit̄: quia cū dicit̄ nihil fuit ante illā: ſm̄ poſterioꝛē intellectū accipiendū eſt: nec ſic eſt exponendū vt intelligat̄ aliqñ fuiſſe qñ illa nō erat ⁊ nihil erat: ſed ita vt intelligat̄ quia ante illā nō fuit aliq̄d. Eadem rō eſt duplicis intellectus ſi nihil dicat̄ poſt illā eſſe futuꝝ. Si ergo hec interp̄tatio que facta eſt de nihilo diligent̄ diſcernit̄: veriſſime nec aliq̄d nec nihil ſummā eſſentiam aut p̄ceſſiſſe aut ſubſecuturuꝫ eſſe: ⁊ nihil fuiſſe ante vel poſt illā eſſe ſbſecutuꝝ ꝯcludit̄: Etenim nulla iā ꝯſtitutoꝛū ſoliditas villi inanitate ꝯcutit̄.

## Qꝫ illa ſit in omni loco ⁊ tēpoꝛe: Capl̄m XIX.

Quamq̧ aūt ſupra cōcluſum ſit qꝛ creatrix hec natura vbiq̧ ⁊ i omnibꝰ ⁊ p oīa ſit: ⁊ ex eo qꝛ nec incepit nec deſinet eſſe ꝯſequat̄ qꝛ ſemp fuit ⁊ ē ⁊ erit: ſentio tm̄ quiddā cōtradictionis ſubmurmurare: qḋ me cogit diligentiꝰ vbi ⁊ qñ illa ſit indagare. Itaq̧ ſumma eſſentia aut vbiq̧ ⁊ ſemp ē aut tātū et alicubi ⁊ aliquādo aut nuſq̄ ⁊ nunq̄: Qḋ dico aut in omni loco vel tēpoꝛe aut determināte in aliquo vl' in nullo. Sed q̄d videt̄ repugnātius: q̄ vt qḋ veriſſime ⁊ ſūme eſt: id nuſq̄ ⁊ nūq̄ ſit? Falſum eſt igit̄ illā nuſq̄ ⁊ nunq̄ eſſe. Deinde quomō nullū bonū nec penitus aliquid eſt ſine ea ſi ipſa nuſq̄ vel nunq̄ eſt: nuſq̄ vel nūq̄ aliqḋ bonū eſt: ⁊ nuſq̄ vl' nūq̄ omnino aliquid eſt? Qḋ q̄ falſum ſit nec dicere opꝰ ē. Falſū igit̄ ē ⁊ illud qḋ illa nuſq̄ aut nūq̄ ſit. Aut ē ergo determinate alicubi ⁊ aliquando aut vbiq̧ ⁊ ſemp. At ſi determinate eſt in aliquo loco vel tempoꝛe: ibi ⁊ tūc tm̄ vbi ⁊ qñ ipſa ē: pōt aliq̄d eſſe. Ubi vero ⁊ qñ ipſa nō eſt: ibi et tunc penitus nulla eſt eſſentia: quia

ſine ea nihil eſt: vnde ↄſequeť vt ſit aliquis loc⁹ ⁊ aliqđ tēpus vbi ⁊ qñ oīno nihil eſt. Qđ qm̄ eſt falſū: ipē nā ꝙ loc⁹ ⁊ tēpus ipm̄ aliqđ eſt: non pōt eē ſūma natura alicubi vł aliqñ deťminate. Qđ ſi dicatur deťminate ipſa p ſe alicubi ⁊ aliquando eſt: ſed p potentiam ſuam eſt vbiqꝫ vel quādocūqꝫ aliqđ eſt: nō eſt verum: qm̄ em̄ potentiā eius nihil aliud ꝙ̄ ipſam eſſe manifeſtū eſt: nullo modo potētia eius ſine ipſa eſt. Cum ergo nō ſit alicubi vel aliqñ determinate: neceſſe eſt vt ſit vbiqꝫ ⁊ ſemp: id eſt in omni loco vel tpe.

## Qꝫ in nullo ſit loco aut tēpore. Caplm̄. XX.

Quod ſi ita eſt: aut tota eſt in omni loco vł tpe: aut tantū quelibꝫ ps eius: vt altera ps ſit extra oēm locū ⁊ tēpus. Si vero partim eſt ⁊ partim nō eſt in oī loco vel tēpore: partes habet: qđ falſum eſt. Nō igiť partim eſt vbiqꝫ ⁊ ſemper: aut em̄ ſic eſt intelligendū vt tota ſimul ſit in oībus locis vel tēporibus ⁊ p partes in ſingulis: aut ſit vt tota etiā in ſingulis. Verū ſi p partes in ſingulis eſt: nō effugit partiū cōpoſitionē ⁊ diuiſionē: quod valde alienū a ſumma natura inuentū eſt. Quapropter nō eſt ita tota in omnibus locis vł tēporib⁹ vt p partes ſit ī ſingulis. Reſtat altera pars diſcutienda: ſcilicet q̄liter ſumma natura ſit tota in omnib⁹ ⁊ ſingulis locis vł tēporib⁹. Hoc nimirū eſſe nō poteſt niſi aut ſimul aut diuerſis tēporib⁹. Sed qm̄ ratio loci aut ratio tēporis quas hactenus ſimul progreſſas eiſdē veſtigijs vna potuit indagare ↄſecutio: hec ab īuicē digredientes diſputationē videnť diuerſis quaſi fugere anfractib⁹: ſingillatī ſuis inueſtigenť diſcuſſiōib⁹. Primū ergo videať ſi ſumma natura tota poſſit eſſe in ſingulis locis aut ſimul aut p diuerſa tēpora. Deinde idipm̄ in tēporibus inquirať. Si igitur tota eſt ſimul in ſingulis locis: p ſingula loca ſunt ſingule tote. Sicut em̄ locus a loco diſtinguiť vt ſinglā loca ſint: ita id qđ totū eſt in vno loco ab eo quod eodem tēpore totū eſt in alio loco diſtinguiť vt ſingula tota ſint. Nā qđ totū eſt ī aliq̄ loco: nihil ei⁹ eſt qđ nō ſit in ipſo loco. At de quo nihil eſt qđ nō ſit in aliquo loco: nihil eſt de eo qđ ſit eodē tēpore extra eundē locū. Qđ igiť totū eſt in aliq̄ loco: nihil eſt eius quod eodē tēpore ſit extra ipm̄ locū. Sed de quo nihil eſt extra q̄lꝫlibet locū: nihil ei⁹ eſt eodē tēpore in alio loco. Quare qđ totū eſt ī quolibet loco: nihil eſt ſimul in alio loco. Qꝫ igiť totū eſt in aliquo loco: quō totū ſimul ē ī alio loco ſi nihil de eo pōt eſſe in alio loco? Qm̄ igiť vnū totū non pōt eſſe ſimul in diuerſis locis totum: conſequiť vt per ſingula loca ſingula ſint tota ſi in ſingulis locis ſimul aliqđ ē totū. Quapropter ſi ſumma natura tota eſt vno tēpore in ſingulis omnib⁹ locis: quot ſingula loca eſſe poſſunt: tot ſingule ſunt nature ſumme: qđ irrationabile eſt opinari. Nō eſt igiť tota vno tēpore ī ſingulis loc̄. At vero ſi diuerſis tēporib⁹ tota eſt in ſingulis locis: quando eſt in vno loco: nullū bonū ⁊ nulla eſſentia eſt interim in alijs locis: qꝛ ſine ea prorſus aliqđ nō exiſtit: Qđ abſurdū eſſe vel ipſa loca ꝓbant q̄ nō nihil ſed aliqđ ſunt. Nō eſt itaqꝫ ſumma natura tota in ſingulis locis diuerſis temporibus. Qꝫ ſi nec eodem tempore nec ī diuerſis temporibus tota eſt in ſingulis locis: liquet quia nullo modo eſt tota in ſingulis omnib⁹ loc̄. Nūc igiť eſt indagandū ſi eadē ſūma natura ſit tota in ſinglis tēporibus: aut ſimul aut diſtincte per ſingula tēpora.

## Quomodo ſit in omni et in nullo loco:

## Capl'm. XXI.

S Ed quō eſtaliqđ totū ſimul in ſingulis tēporibus ſi ipſa tēpora ſimul nō ſunt? Si vero ſeparatim ⁊ diſtincte tota eſt ī ſingulis temporib⁹: quēadmodū aliqſ homo totus eſt heri ⁊ hodie ⁊ cras: proprie dicitur quia fuit ⁊ eſt ⁊ erit: Ergo ei⁹ etas que nihil aliud eſt ꝙ̄ eius eternitas nō eſt tota ſimul ſ; eſt partibus extēſa per tempoꝝ partes: At eius eternitas nihil aliud eſt ꝙ̄ ipſa eſſentia. Summa igiť eſſentia erit diuiſa ꝑ partes ſm̄ tēpoꝝ diſtinctiones. Si eñ eius etas per tēporū curſus producitur: habet cum ipſis tēporibus preſens ꝑ̄teritū ⁊ futuꝝ. Quid aūt aliud eſt ei⁹ etas vel exiſtendi diuturnitas ꝙ̄ eius eternitas? Ergo cū ei⁹ eťnitas nihil aliud ſit ꝙ̄ eius eſſentia: ſicut ſupra digeſta ratio indubitabiliter ꝓbat: ſi eius eternitas hab; preteritū preſens ⁊ futuꝝ: conſequenter quoq; ei⁹ eſſentia habet preteritū preſens ⁊ futuru;. At qđ preteritū eſt non eſt preſens vel futurū: ⁊ qđ preſens eſt nō eſt preteritū nec futurū: ⁊ qđ futurū eſt non eſt preteritum vel preſens: quō ergo ſtabit qđ ſupra rōnabili ⁊ ꝑſpicua neceſſitate claruit q; illa ſumma natura ſcilicet nullo modo cōpoſita ſed ſumme ſimplex eſt ⁊ ſumme incommutabilis ſi aliud ⁊ aliud eſt in diuerſis tēporibus: ⁊ per tēpora diſtributas habet partes: aut poti⁹ ſi illa vera ſūt. imo quia liquido vera ſūt: quō hec poſſibilia ſunt? Nullo igiť modo creatrix eſſentia aut etas aut eternitas eius recipit preter[illegible] vel futurū. Preſens eñ quō non habet ſi vere eſt? ſed fuit ſignificat preteritum: et erit futurū. Nunꝙ̄ igiť illa fuit vel erit: quare nō eſt diſtincta ſicut nec ſimul tota in diuerſis ſingulis temporibus. Si igiť ſicut diſcuſſum eſt nec ſic eſt tota in omnibus locis vel temporibus vt ſemel ſit tota in omnibus et per partes in ſingulis: nec ſic vt tota ſit ī ſinglis: manifeſtum eſt quia nō eſt vllo modo in omni loco vel tempore tota. Et qm̄ ſimiliter peruiſum eſt quia nec ſic eſt in omni loco vel tempore vt pars ſit in omni ⁊ pars ſit extra omnē locum vel tempus: impoſſibile eſt vt ſit vbiq; ⁊ ſemper. Nullatenus eñ poteſt intelligi eſſe vbiq; ⁊ ſemper niſi aut tota aut pars. Qđ ſi nequaꝙ̄ eſt vbiq; et ſemper: aut erit determinate in aliquo loco vel tempore: aut in nullo determinate: aut eam in aliquo non poſſe eſſe iam diſcuſſum eſt. In nullo igitur loco vel tempore: id eſt nuſꝙ̄ ⁊ nunꝙ̄ eſt. Non eñ poteſt eſſe niſi aut in omni aut in aliquo. Sed rurſus cum conſtet inexpugnabiliter non ſolum quia eſt per ſe et ſine principio ⁊ ſine fine: ſed ꝗ̄a aliquid ſine ea nec vſꝙ̄ nec vnꝙ̄ ē: neceſſe eſt illā eſſe vbiq; ⁊ ſemꝑ.

## Quō meli⁹ poſſit intelligi eſſe ſemper ꝙ̄ in omni tēpore: Capl'm. XXII.

Q Uomodo ergo conueniunt hec tam contraria ſecundum prolationē ⁊ tam neceſſaria ſecundum probationem? Fortaſſe quodammodo eſt ſumma natura in loco vel tēpore quo non prohibetur ſic eſſe ſimul tota in ſingulis locis vel temporibus: vt tamen non ſint plures tote ſ; vna ſola tota: nec eius etas que non eſt niſi vera eternitas non ſit diſtributa in preteritum preſens ⁊ futurum. Non enim videntur hac lege loci ac temporis cogi niſi ea que ſic ſunt in loco vel tempore vt loci ſpaciū vel temporis diuturnitatē nō excedant. Quare ſicut de his que hmōi ſunt vnum idemq; totum ſimul nō poſſe eſſe totū in diuerſis locis vel tēporibus omni veritate aſſeriť: ita in his

que hmői nő ſūt: idipm nulla neceſ/
ſitate cőcludit. Jure namqꝫ dici vi/
detur ꝙ tantū ei⁹ rei ſit aliqͥs locus
cui⁹ quantitatē locus circūſcribēdo
ꝯtinet ꝛ ꝯtinendo circūſcribit: ꝛ ꝙ
ei⁹ rei ſolū ſit aliqͣd tp̄s cui⁹ diutur/
nitatē tp̄s metiēdo aliquo mō termi
nat ꝛ terminādo metitur. Quapro/
pter eius amplitudini aut diuturni/
tati nulla meta vel a loco vel a tem/
pore opponit̄: illi nullū eſſe locū vl̄
tēpus vere ꝓponit̄. Qm̄ nāqꝫ nec
locus illi facit qͦd locus: nec tēp⁹ qͦd
tp̄s: nō irrōnabilr dr̄ qꝛ nll's loc⁹ ē
ei⁹ loc⁹ ꝛ nullū tp̄s eſt ei⁹ tēp⁹. Qd̄
vero nullū locū aut tempus habere
cōſpicit̄: id pfecto nllaten⁹ loci aut
tēporis legē ſubire ꝯuincit̄. Nulla
igit̄ lex loci aut tēporis naturā illā
aliquo modo cogit: quā null⁹ locus
aut temp⁹ aliqua continentia clau/
dit. Que nā aūt rōnalis ꝯſideratio
omnimoda rōe nō ꝯcludat vt crea/
tricem ſummā qꝫ omniū ſubſtantiā
quā neceſſe eſt alienā eſſe ꝛ liberam
a natura: ꝛ iure oīm que ip̄a fecit de
nihilo vlla loci cohibitio vel tem/
poris includat: cū potius eius potē/
tia que non eſt aliud q̄ꝫ eius eſſentia
cūcta a ſe facta ſub ſe cōtinendo con
cludat? Quō quoqꝫ nō eſt impudē
tis imprudētie dicere ꝙ ſumme ve/
ritatis aut locus circūſcribat quan/
titatē: aut tēpus metiat̄ diuturnita/
tem: que nullā penitus localis vl̄ tē
poralis diſtēſionis magnitudinē ſu/
ſcipit vel paruitatē? Qm̄ itaqꝫ loci
hoc eſt ꝛ tēporis ꝯditio vt tantū mo
do quicquid eoꝝ metis claudit̄ nec
partiū fugiat ratiōnē vel qualē ſu/
ſcipit locus eius ſcd̄m quantitatē vl̄
qualē patit̄ tēpus eius ſcd̄m diutur
nitatē: nec vllo mō poſſit totū a di/
uerſis locis vel tēporib⁹ ſimul cōti/
neri: quicqͥd vero loci vl̄ tēporis cō
tinētia nequaq̄ꝫ coercet̄: nulla loco/
rum vel tēporū lege ad partiū mul/
tiplicitatē cogat̄ aut p̄ſens eſſe totū
ſit̄ plurib⁹ locis aut tēporib⁹ prohi/
beat̄: qm̄ inquā hec eſt cōditio ſ loci
aut tēporꝫ: pculdubio ſūma ſubſtan
tia q̄ nulla loci vel tēporꝫ continētia
cingit̄: nulla eoꝝ lege conſtringitur.
Quare qm̄ ſūmā eſſentiā totā ꝛ in/
euitabilis neceſſitas exigit nulli lo/
co vel tēpi deeſſe: ꝛ nulla ratio loci
aut tēporis ꝓhibet omni loco vel tē
pori ſimul totā adeſſe: neceſſe eſt eā
ſimul totā oībus ꝛ ſingulis locis et
tēporib⁹ preſentē eſſe. Nō em̄ quia
huic loco vl̄ tēpori p̄ſens ē: iccirco ꝓ
hibet̄ illi vel illi loco aut tēpori ſit̄
et ſimilit̄ p̄ſens eſſe: nec qm̄ fuit aut
eſt aut erit: ideo eternitatis ei⁹ aliqͥd
euanuit a p̄ſenti tēpore ꝛ p̄terito qͦd
iā nō eſt: aut trāſit cū p̄ſenti qͦd vix
eſt: aut ventu͛rū eſt cū futuro qͦd non
dū eſt. Nullaten⁹ nāqꝫ cogit̄ vel ꝓ/
hibet̄ lege locoꝝ vel temporꝝ alicubi
aut aliquādo eſſe vel nō eſſe: qͦd nul
lo mō intra locū vel tēpus claudit
ſui⁹ eſſe. Nā ſi ipſa ſumma eſſentia
dicit̄ eſſe in loco aut tp̄e: q̄ꝫuis de il/
la ꝛ de localibus ſiue temporalibus
naturis vna ſit ꝓlatio ꝓpter loquē/
di cōſuetudinē: diuerſus tamē eſt in
tellectus ꝓpter reꝝ diſſimilitudinē.
In illis nanqꝫ duo quedā eadē pro/
latio ſignificat: id eſt: qꝛ p̄ſentia ſūt
locis ꝛ tēporib⁹ in quib⁹ eſſe dicun/
tur: ꝛ qꝛ ꝯtinent̄ ab ip̄is: in ſumma
vero eſſentia vnū tm̄ percipit̄: id eſt
qꝛ p̄ſens eſt: nō etiā qꝛ ꝯtinet̄. Vñ
ſi vſus loqͣndi admitteret: ꝯuenien/
tius dici videret̄ eſſe cū loco vel tē/
pore q̄ꝫ in loco vel tp̄e. Verb⁹ em̄ ſi/
gnificat̄ ꝯtineri aliqͥd cū dr̄ eē i alio
q̄ꝫ cū dr̄ eē cū alio. In nllo itaqꝫ lo/
co vl̄ tp̄e ꝓp̄e dr̄ eſſe: qꝛ oīno a nllo
alio ꝯtinet̄: ꝛ tñ in oī loco vl̄ tp̄e ſuo
qͥdāmodo dici pōt eſſe: qm̄ quicqͥd
aliud eſt ne ī nihilū cadat: ab ea pre
ſente ſuſtinet̄: in oī loco ꝛ tp̄e eſt: qꝛ
nulli abeſt ꝛ in nllo eſt: qꝛ nullū lo/
cū aut tēp⁹ habet: nec in ſe recipit di
ſtinctiōes locoꝝ aut tēpoꝝ: nec hic
nec illic vel alicubi vel tūc vel nunc
vel aliqñ: nec ſcd̄m labile preſens

quo vtimur tēpus eſt:aut ſcd̄m p̄te/
ritū vel futurꝫ fuit vel erit:qm̄ ħ cir/
cūſcriptorꝫ ⁊ mutabiliū ꝓpria ſunt:
qꝛ illa nō eſt:⁊ tamē hec de ea q̄dā/
modo dici p̄nt:qm̄ ſic eſt p̄ſens oīb⁹
circūſcriptis ⁊ mutabilib⁹: ac ſi illa
circūſcribat̄ eiſdē locis: ⁊ mutet̄ tē/
poꝛibus. Patet itaqꝫ ꝙ q̄ntū ſatis
eſt ad diſſoluēdū que inſonabat cō
trarietatē qualiter ſūma oīm eēntia
vbiqꝫ ⁊ ſemꝑ ⁊ nuſq̄ꝫ ⁊ nunq̄ꝫ:id ē
in oī ⁊ in nullo loco aut tp̄e ſit iuxta
diuerſorꝫ intellectū ɔcoꝛdē v̄itatē.

## Quō meli⁹ itelligi poſſit eē vbiqꝫ q̄ꝫ ī oī loco: C. XXIII

Ex cū ɔſtet eandē ſūmā na
v  turā nō magis eſſe in oībus
locis q̄ꝫ in omnib⁹ que ſunt:
non velut que ɔtineat̄: ſꝫ que pene/
trādo cūcta ɔtineat:cur nō dicat̄ eē
vbiqꝫ:hoc ſenſu vt potius intelliga
tur eſſe in oībus que ſūt:q̄ꝫ tantū in
oībus locis:cū huc intellectum ⁊ rei
veritas exhibeat ⁊ ip̄a localis verbi
ꝓpꝛietas nequaq̄ꝫ ꝓhibebat? So/
lem⁹ nāqꝫ localia verba ſepe irrep̄/
henſibiliter attribuere reb⁹: que nec
loca ſūt nec circūſcriptōe locali cōti
nent̄: velut ſi dicam ibi eſſe intelle/
ctū in aīa vbi eſt rōnalitas. Nā cū
ibi ⁊ vbi aduerbia localia ſint: non
tamē locali circūſcp̄tiōe aut aīa cō/
tinet aliq̄d aut intellect⁹ aut rōnali/
tas cōtinet̄. Quare ſumma natura
ſcd̄m rei veritatē dicit̄ apti⁹ vbiqꝫ
eſſe ſcd̄m hāc ſignificationē:vt intel
ligat̄ eſſe in oībus que ſunt:q̄ꝫ intel
ligat̄ ī oīb⁹ locis. Et qm̄ ſicut ſupꝛa
expoſite rōnes docēt:aliter eſſe non
poteſt:neceſſe eſt eā ſic eſſe in oībus
que ſunt:vt vna eadēqꝫ ꝑfecte tota
ſimul ſit in ſingulis.

## Q̄ȝ nullis mutabilis ſit accidētib⁹: Ca. XXIIII.

Andē quoqꝫ ſūmā ſubſtan/
t  tiā ɔſtat ſine pꝛincipio:⁊ ſi/
ne fine eſſe:nec habere p̄teri/
tū aut futurꝫ:nec ē tēpoꝛale: hoc eſt
labile p̄ſens quo nos vtimur: qm̄
etas ſiue eternitas eius q̄ nihil aliud
eſt q̄ꝫ ip̄a: īmutabilis ⁊ ſine partib⁹
eſt. Nōne ģ ſemꝑ qđ videt̄ deſigna
re totū tēpus:multo verius ſi de illa
dicit̄ intelligit̄ ſignificare eternita/
tē que ſibiip̄i nunq̄ꝫ eſt diſſimilis:q̄ꝫ
tēporꝫ varietatē q̄ ſibiipſi ſemꝑ ē in
aliq̄ nō ſimilis? Quare ſi dicit̄ ſem/
per eſſe:qm̄ idē eſt illi eſſe ⁊ viuere:
nihil melius intelligit̄ q̄ꝫ eterne eſſe
vł viuere:id eſt interminabilē vitaȝ
ſimul ꝑfectā totā obtinere. Videt̄
aūt eius eternitas eſſe interminabił
vita ſił ꝑfecte tota exiſtēs. Cū enim
ſupꝛa iā ſatis ligat ꝙ eadē ſubſtan/
tia nō ſit aliud q̄ꝫ vita ſua ⁊ ecͣnitas
ſua:nec ſit aliquo mō terminabilis
nec niſi ſimul ⁊ ꝑfecte tota:quid ali/
ud eſt vera eternitas que illi ſoli cō/
uenit q̄ꝫ interminabilis vita ſimul ⁊
ꝑfecte tota exiſtēs? Nā vel hoc ſolo
verā eternitatē ſoli ineſſe illi ſubſtā
tie que ſola nō facta: ſꝫ factrix eſſe ī/
uēta eſt: aperte ꝑcipit̄ q̄ꝫ vera eter/
nitas pꝛīcipij finiſqꝫ meta carere in/
telligit̄:qđ nulli rerū creatarꝫ cōue/
nire eo ip̄o ꝙ ė nihilo facte ſint ɔuin
cit̄. Sed hec eſſentia quā patuit om
nimode ſibi eſſe eandē ſubſtantialit̄
nō eſt aliq̄ñ a ſe diuerſa vel acciden
taliter. Verū qm̄ eſt ſūme incōmuta
bilis:ſi ꝑ accidētia:pōt:nō dicā eē:ſꝫ
vel intelligi variabił. Et ecōtra qm̄
nō eſt ꝑticeps accidētis cū ⁊ ħ ip̄m
ꝙ maioꝛ eſt oībus alijs naturł. ⁊ qđ
ſimul diſſimilis eſt illi videat̄ acci/
dere. Sed q̄d repugnāt quoꝛūdam
que accidētia dicunt̄ ſuſceptibilitas
et naturalis incōmutabilitas:ſi corꝫ
aſſumptiōe nullā ſubſtātiā ɔſequa
tur variabilitas? Oīm quippe q̄ ac/
cidētia dicunt̄ alia nō niſi cū aliqua
participātis variatione adeſſe ⁊ ab
eſſe poſſe intelligunt̄:vt oēs coloreſ
alia oīno nullā vel accedēdo vel re/
cedēdo mutationē circa id de quo di
cunt̄ efficere noſcunt̄ vt quedā rela
tiones. Cōſtat nāqꝫ qꝛ homini poſt

annū p̄ſentem naſcituro nec maioꝛ
nec mīoꝛ nec equalis ſim nec ſimil:
Oēs aūt relatiōes has vtiq̧ cū nat⁹
fuerit ſine omni mei mutatiōe ad il-
lum habere potero: ⁊ amittere ſcđm
q̄d creſcet vel ꝑ qualitates diuerſas
mutabit. Palam itaq̧ fit: qꝛ eoꝝ q̄
accidētia dicunt: quedā aliq̄tenus
attrahūt cōmutabilitatē: quedā vo
nullaten⁹ ſubtrahūt īmutabilitatē.
Sicut igit ſūma natura accidētibus
mutationē efficiētibus nunq̄ in ſua
ſimplicitate locū tribuit: ſic ſcđm ea
que nullaten⁹ ſūme incōmutabilita-
ti repugnāt aliq̄n dici aliq̄d non re-
ſpuit: ⁊ tamē aliq̄d eius eſſentie vñ
ipſa variabilis intelligi poſſit nō ac
cidit: Vnđ hoc quoq̧ ↄcludi poteſt
qꝛ nullius accidētis ſuſceptibilis ē.
Quippe quēadmodū illa accidētia
que mutationē aliquā accedēdo vl
recedēdo faciūt: ipa ſuo effectu vere
accidere rei quā mutāt ꝑpēdūt: ſic
illa q̄ a ſimili effectu deficiūt impro
pꝛie dici accidētia dep̄hēdunt. Sic
igit ſemꝑ ſibi eē ē omnimode eadē
ſubſtātialit: ita nunq̄ eſt a ſe diuer-
ſa vllo mō vel accidētaliter. Sed q̄-
quo mō ſeſe habeat ratio de ꝓpꝛie-
tate noīs accidentiū: illđ ſine dubio
verū eſt: qꝛ de ſūme incōmutabili na
tura nihil poteſt dici vnde mutabil
poſſit intelligi.

## Quō illa dicēda ſit ſubſtantia: ⁊ q̄ ſit extra omnē ſubſtantiā ⁊ ſingulariter ſit quicquid eſt: Ca. XXV.

Sed ſi ratū eſt q̄d de hui⁹ na-
ture ſimplicitate ꝓſpectū eſt:
quō ſubſtātia eſt? Nā cū om
nis ſubſtātia admixtionis differētia
rū vel mutatiōis accidentiū ſit ſuſce
ptibilis: huῑ īmutabilis ſinceritas
oīmode admixtiōi ſiue mutatiōi eſt
inacceſſibilis quō ergo obtinebit eā
eſſe quālibet ſubſtātiā: niſi dicatur
ſubſtātia ꝓ eſſentia: ⁊ ſic ſit extra ſicē
eſt ſupꝛa oēm ſubſtātiā? Nā quan-
tum illud eſſe quod per ſe eſt quic-
quid eſt ⁊ đ nihilo facit omē aliđ eē:
diuerſū eſt ab eo eſſe q̄d ꝑ aliđ fit de
nihilo quicquid ē: tātū oīno diſtat
ſūma ſubſtātia ab his q̄ nō ſunt idē
quod ipſa. Cumq̧ ipa ſola oīm na-
turaꝝ habeat a ſe ſine alterius natu-
re auxilio eſſe q̄cquid eſt: quō nō eſt
ſingulariter abſq̧ ſue creature ↄſoꝛ
tio q̄cquid ipſa eſt? Vñ ſi qñ illi eſt
cū alijs noīs alicui⁹ cōmunio: valde
proculdubio intelligenda eſt diuer-
ſa ſignificatio.

## Qꝛ nō cōtineatur in communi tractatu ſubſtantiaꝝ et tamē ſit ſubſtātia ⁊ indiuiduus ſpūs: Ca. XXVI

Conſtat igit qꝛ illa ſubſtātia
nullo cōmuni tractatu ſub-
ſtātiaꝝ includit a cui⁹ eſſen-
tiali cōmuniōe oīs natura excludit.
Nēpe cum oīs ſubſtātia tractet aut
eſſe vniuerſalis que plurib⁹ ſubſtā-
tijs eſſentialiter cōmunis eſt: vt ho-
minē eſſe cōmune eſt ſingulis homi
nib⁹: aut eſſe indiuidua q̄ vniuerſa-
lē eſſentiā cōmunē habet cum alijs:
quēadmodū ſinguli hoīes cōmune
habēt cū ſingulis vt hoīes ſint: quō
aliquis ſummā naturā in aliaꝝ ſub
ſtātiaꝝ tractatu ↄtineri intelligit: q̄
nec in plures ſubſtantias ſe diuidit:
nec cū aliqua alia ꝑ eſſentialē com-
mūionē ſe colligit? Qm̄ tñ ipa non
ſolū certiſſime exiſtit: ſ etiā ſumma
oīm exiſtit: ⁊ cuiuſlibꝫ rei eēntia dici
ſolet ſubſtātia: ꝑfecto itaq̧ ſi q̄d di
ci pōt digne nō ꝓhibet dici ſubſtan
tia: ⁊ qm̄ ñ noſcit dignioꝛ eēntia q̄
ſpūs ꝟ corp⁹: ⁊ ex his dignioꝛ ē ſpūs
q̄ corp⁹: vtiq̧ eadē aſſerēda ē eſſe
ſpūs ⁊ nō corp⁹. Qm̄ aūt nec illi ꝑ-
tes ſūt eiuſdē ſpūs: nec plures eē pñt
eiuſmodi ſpūs: neceſſe eſt vt ſit oīno
indiuidu⁹ ſpūs. Qm̄ enī ſicē ſupꝛa
ↄſtat: nec ptib⁹ eſt cōpoſit⁹ nec vllis
differētijs vel accidentib⁹ intelligi
pōt eſſe mutabilis: impoſſibile eſt vt

 

qualibet ſectiõe ſit diuiſibilis.

## Q itidem ſpiritus ſimpliciter ſit: ⁊ creata illi cõparata nõ ſint. Ca. XXVII.

Idet͂ ꝙ ↄſequit ex p̄cedẽtibuſ
v ꝗ iſte ſpũs q̃ ſic ſuo quodã
mirabiliter ſinglari ⁊ ſingula
riter mirabili mõ eſt quadã rõne ſo/
lus ſit: alia ꝟo quecũꝗ vident͂ eſſe
huic collata: nõ ſint. Si eñ diligẽt͂
intẽdat͂: ille ſolus videbit͂ ſimpliciter
et ꝑfecte ⁊ abſolute eſſe: alia ꝟo oĩa
vere nõ eſſe ⁊ vix eſſe: qm̃ nãꝗ idẽ
ſpũs ꝓpter incõmutabilẽ eternitatẽ
ſuã nullo mõ ſcðm aliquẽ motũ di/
ci põt qꝛ fuit aut erit: ſꝫ ſimplicit͂ eſt:
nec mutabiliter eſt aliquid qð ali/
qñ aut nõ fuit aut nõ erit: neqꝫ nõ ẽ
qð aliqñ fuit aut erit: ſꝫ quicq̃d ẽ ſe/
mel ⁊ ſimul ⁊ interminabiliter eſt.
Qm̃ inq̃tũ hmõi ẽ eſſe ei⁹: iure ip̄e
ſimpliciter ⁊ abſolute ⁊ ꝑfecte dr̃ ẽẽ.
Qm̃ ꝟo oĩa alia ſcꝫ aliq̃d mutabi
liter aliqñ aut fuerũt aut erũt qð nõ
ſunt: aũt ſũt qð aliqñ nõ fuerũt vel
nõ erũt: ⁊ qm̃ hoc qꝛ fuerũt iam nõ
eſt: illud aũt ſcilicet qꝛ erũt nõdum
eſt: ⁊ hoc quod in labili breuiſſimo
ꝗ ⁊ vix exiſtẽte preſenti ſũt: vix ẽ.
Qm̃ ꝗ tã mutabiliter ſũt: nõ imeri
to negant͂ ſimpliciter ⁊ ꝑfecte ⁊ ab
ſolute eſſe ⁊ aſſerũt͂ vere non eſſe ⁊
vix eſſe. Deinde cum oĩa q̃cũꝗ aliud
ſũt q̃ ipſe: de nõ eſſe venerũt ad eſ/
ſe: nõ ꝑ ſe ſꝫ ꝑ aliud: ⁊ cũ d eſſe rede
ant ad nõ eſſe: q̃tũ ad ſe niſi ſuſtine
ant͂ ꝑ aliud: quõ illis ſimpliciter cõ/
uenit aut ꝑfecte ſiue abſolute eſſe ⁊
nõ magis vix eſſe aut fere non eſſe?
Cũꝗ eẽ ſolius eiuſdẽ ineffabilis ſpi
ritus intelligi nullo modo poſſit: aut
nõ eſſe inceptũ: aut aliquẽ pati poſ/
ſe ex eo qð eſt i nõ eſſe defectũ: ⁊ q̃c
quid ip̄e eſt nõ ſit ꝑ aliud q̃ ꝑ ſe: id
eſt ꝑ hꝫ qð ip̄e eſt: nõne huiꝰ eẽ meri/
to itelligit͂ ſimplicit͂ ſolũ ꝑfectum ⁊
abſolutũ? Qð ꝟo ſic ſimplr̃ ⁊ om/
nimoda rõe ſolũ ẽ ꝑfectũ ſimplicit͂

⁊ abſolutũ: id nimirũ q̃dãmõ iure di
ci põt ſolũ eẽ: ⁊ ecõtra q̃cq̃d ꝑ ſupio
rẽ rationẽ nec ſimpliciter nec ꝑfecte
nec abſolute eſſe: ſꝫ vix eẽ aut fere nõ
eſſe cognoſcit͂: id vtiꝗ aliquo modo
recte nõ eſſe dicit͂. Scðm hãc igitur
rationẽ ille ſolus creator ſpũs eſt: ⁊
oĩa creata nõ ſũt: nec tamẽ oĩno nõ
ſũt: quia ꝑ illũ qui ſolus abſolute ẽ
de nihilo aliquid facta ſũt.

## Q eius locutio idip̄m ſit qð ip̄e: nec tamẽ ſint duo ſꝫ vnus ſpũs: Ca. XXVIII

Am nũc his q̃ de ꝓpteriti/
t bus hui⁹ ſumme nature ad
p̄ſens mihi ducere rationem
ſequenti occurrũt: ꝑſpectis oportu/
num exiſtimo vt de eius locutiõe ꝑ
quã facta ſũt oĩa ſi quid poſſim cõ/
ſiderẽ. Etenĩ cũ oĩa q̃ de illa ſupra
potui aĩaduertere rõnis robur in/
flexibile teneãt: illud me maxime co/
git de illa diligẽtius diſcutere: quia
idip̄m qð ipſe ſũmus ſpũs eſt ꝓba/
tur eſſe. Si eñ ille nihil fecit niſi per
ſeip̄m: ⁊ quicquid ab eo factũ eſt ꝑ
illam eſt factũ: quomõ illa eſt aliud
q̃ eſt idem ipſe? Amplius: aſſerunt
vtiꝗ inexpugnabiliter ea que iam
inuenta ſunt: quia nihil oĩno potuit
vnq̃ aut poteſt ſubſiſtere preter cre
antẽ ſpiritũ ⁊ eius creaturã. Hãc ꝟo
ſpirit⁹ eiuſdẽ locutionẽ impoſſibile
eſt inter creata cõtineri: qm̃ quicq̃d
creatũ ſbſiſtit: per illam factũ ẽ: illa
vero ꝑ ſe fieri nõ potuit. Nihil q̃p/
pe ꝑ ſeip̄m fieri poteſt: quia quicq̃d
fit poſterius eſt eo ꝑ quod fit: ⁊ nihil
eſt poſteri⁹ ſeip̄o. Relinquit͂ itaꝗ vt
hec ſummi ſpirit⁹ locutio cũ creatu/
ra eſſe nõ poſſit: nõ ſit aliud q̃ ſum/
mus ſpiritus. Deniꝗ hec ipſa locu/
tio nihil aliud põt intelligi q̃ eiuſ/
dem ſpũs intelligẽtia q̃ cũcta intelli
git. Quid eñ eſt aliud illi rẽ loqui
aliquã ſꝫ loquendi mõ q̃ intellige/
re? Nã nõ vt hõ ſemꝑ dic͂ qð intelli
git. Si igitur ſume ſimplex natura

tiã eſt aliud q̄ʒ qđ eſt ſua intelligen/
tia: quẽadmodũ eſt id qđ eſt ſua ſa/
piẽtia: neceſſe eſt vt ſiliter nõ ſit ali/
ud: q̄ʒ qđ eſt ſua locutio. Sed qm̃
iã manifeſtũ eſt: ſummũ ſpiritũ vnũ
tantũ eſſe ⁊ oĩmode indiuiduũ: ne/
ceſſe eſt vt ſit illi hec ſua locutio cõ
ſubſtantialis: vt non ſint duo ſed
vnus ſpiritus.

## Q eadem locutio nõ cõ ſtet ex pluribus verbis ſed ſit vnum verbum:

### Capl'm. XXIX.

Ur igit̃ dubitẽ qđ ſupra du/
c biũ dimiſerã: ſcʒ vtꝝ hec lo/
cutio in pluribꝰ verbis an in
vno v̄bo cõſiſtat? Nã ſi ſic eſt ſũme
nature ꝯſubſtãtialis vt nõ ſint duo
ſed vnꝰ ſpũs: vtiq̄ʒ ſicut ille ſumme
ſimplex eſt: ita ⁊ iſta. Nõ igit̃ cõſtat
pluribus verbis: ſʒ eſt vnũ verbũ ꝑ
qđ facta ſũt oĩa. Sed ecce videt̃ mi
hi ſuboriri nec facilis nec vllatenus
ſub ambiguitate relinquenda q̃ſtio.
Etẽim oĩa hmõi v̄ba quibꝰ res q̃ſli/
bet mẽte dicimꝰ: id eſt cogitamꝰ ſunt
ſilitudines ⁊ imagines ſũt reꝝ quarũ
verba ſunt: ⁊ oĩs ſilitudo ⁊ imago
tãto magis vel minꝰ eſt vera: quãto
magis vel minꝰ imitat̃ rẽ cuiꝰ eſt ſi/
militudo. Quid igit̃ tenendũ eſt de
verbo: quo dicunt̃: ⁊ ꝑ qđ facta ſunt
oĩa? Erit aut nõ erit ſilitudo coꝝ q̄ ꝑ
ipm facta ſũt? Si eñi ipm eſt v̄a mu
tabiliũ ſilitudo: nõ eſt ꝯſubſtãtiale
ſũme incõmutabilitati: qđ falſũ eſt.
Si aũt nõ eſt oĩno vera ſʒ q̃liſcunq̄ʒ
ſilitudo mutabiliũ eſt: nõ eſt verbuʒ
ſũme veritatis oĩno veꝝ: qđ abſur/
dũ eſt. At ſi nullũ mutabiliũ habet
ſilitudinẽ: quõ ad illꝰ exemplũ facta
ſũt? Verũ forſitã nihil hmõi rema/
nebit ambiguitat̃: ſi quẽadmodum
in viuo hoĩe veritas hoĩs eſſe dicit̃:
ĩ picto vero ſilitudo ſiue imago illiꝰ
veritatis: ſic exiſtẽdi veritas intelli/
gat̃ in verbo cuiꝰ eſſentia ſic ſumme
eſt vt q̃dãmodo illa ſola ſit. In his
vero que in eiꝰ cõparatiõe quodã/
modo nõ ſũt: ⁊ tñ ꝑ illud ⁊ ſm̃ illđ
facta ſũt aliq̃d: aliqua imitatio illiꝰ
ſũme eẽntie ꝑpẽdat̃: ſic quippe ver/
bũ ſũme veritatis: qđ ⁊ ipm ẽ ſũma
v̄itas: nullũ augmẽtũ vl detrimẽtũ
ſentiet: ſm̃ hoc qđ magis vel minus
creaturis ſit ſile: ſʒ potiꝰ neceſſe erit
omne qđ creatũ eſt: tãto magis eſſe:
et tãto eſſe preſtãtiꝰ: quãto ſimilius
eſt illi qđ ſũme eſt: ⁊ ſũme magnum
eſt. Hinc eteñ fortaſſe: imo nõ for/
taſſe: ſʒ ꝓ certo hinc oĩs intellectus
iudicat naturas q̃libet mõ viuẽtes ꝓ̃
ſtare nõ viuẽtibꝰ: ſentiẽtes non ſen/
tiẽtibꝰ: rõnales irratiõabilibꝰ. Qm̃
eñi ſũma natura ſuo quodã mõ ſin/
gulari: nõ ſolũ eſt: ſʒ ⁊ viuit ⁊ ſentit:
et rõnalis ẽ: liquet qm̃ oĩa que ſũt
id qđ aliquo mõ viuit: magis eſt illi
ſile: q̄ʒ id qđ nullatenus viuit: ⁊ qđ
mõ quolibet vel corporeo ſenſu cõ/
gnoſcit aliquid: mag' eſt q̄ʒ qđ nihil
oĩno ſentit: ⁊ qđ rõnale ẽ: magis q̄ʒ
qđ rõnis capax nõ eſt. Qm̃ vero ſi/
mili rõne quedã nature magis minꝰ
ve ſũt q̄ʒ alie: ꝑſpicuũ eſt. Quẽad/
modũ eñ natura illud ꝓ̃ſtãtius eſt:
qđ ꝑ naturalẽ eſſentiã ꝓpinquiꝰ eſt
preſtantiſſimo: ita vtiq̄ʒ illa natura
magis ẽ: cuiꝰ eſſentia ſilior eſt ſum/
me eſſentie. Qđ ſic quoq̄ʒ animad/
uerti facile poſſe exiſtimo. Nempe ſi
cuilibet ſubſtãtie que ⁊ viuit ⁊ ſen/
ſibilis ⁊ rational' eſt cogitatione au/
feratur qđ rõnalis ẽ: deinde qđ ſen/
ſibilis: ⁊ poſtea qđ vitalis: poſtre/
mo ipm nudũ eſſe qđ remanet: quis
non intelligat q̄ illa ſubſtantia que
ſic paulatim deſtruit̃: ad minꝰ ⁊ ad
minꝰ eſſe: ⁊ ad vltimũ ad nõ eſſe gra
datĩ ꝑducit̃. Que aũt ſingillatĩ aſ/
ſumpta quãlibet eſſentiã ad minꝰ et
minꝰ eẽ deducũt: eadẽ ordinatĩ aſſũ
pta illã ad mag' ⁊ mag' eẽ ꝑducũt.
Patet igit̃ q̄ magis eſt viuẽs ſub/
ſtãtia q̄ʒ nõ viuẽs: ⁊ ſenſibilis q̄ʒ nõ
ſenſibilis: ⁊ rõnalis q̄ nõ rõnalis.
Non eſt itaq̄ʒ dubiũ q̄ oĩs eſſentia

eoipſo magis eſt ꝑſtātiorq꜄ eſt: quo
ſimilioꝛ eſt illi eēntie q̄ ſumme eſt ⁊
ſumme ꝑſtat. Satis itaq꜄ manifeſtū
eſt in v̄bo ꝑ q̄ facta ſūt oīa: nō eſſe
eoꝝ ſimilitudinē: ſ; verā ſimplicē q꜄
eſſentiā. In factis v̄o nō eſſe ſimpli
cem abſolutā q꜄ eſſentiā: ſ; vere illiꝰ
eſſentie vix aliquā imitationē. Un̄
neceſſe eſt nō idē v̄bū ſ; reꝝ creata/
rū ſilitudinē magis vl' minꝰ eſſe ve
rū: ſ; oēm creatā naturam eo altiori
gradu eēntie dignitatiſq꜄ ꝯſiſtere: q̄
magis illi ꝓpinquare videt̄.

## Q ipſum verbum nō ſit ſimilitudo factorum ſed veritas eēntie: facta vero ſint aliqua veritatis imitatio: ⁊ q̄ nature magis ſint q̄ alie et ꝑſtātiores: Ca. XXX.

ſ Ed cū ita ſit: quō illud quod
ſimplicit̄ ē v̄itas pōt eſſe v̄er
bū eoꝝ quoꝝ nō ē ſilitudo?
cū oīe verbū quo aliq̄ res ſic mēte
dicit̄ ſilitudo ſit rei eiuſdē: ⁊ ſi nō eſt
verbū eoꝝ q̄ facta ſūt ꝑ ipm: quō cō
ſtabit q2 ſit verbū? Nēpe oīe v̄bū
alicuiꝰ rei verbū eſt. Deniq꜄ ſi nunq̄
creatura eſſet: nullū eiꝰ eſſet verbū.
Quid igit̄? An cōcludendū eſt: q2
ſi nullo mō eſſet creatura: nequaq̄
eſſet verbū illō qō eſt ſūma ⁊ nulliꝰ
indigēs eſſentia: aut fortaſſe illa ſū/
ma eēntia q̄ verbū eſt: eēntia quidē
eſſet eterna: ſ; verbū nō eſſet: ſi nihil
vnq̄ ꝑ illam fieret? Eius eīm qō nec
fuit nec eſt nec futurū eſt: nullū ver/
bū eē pōt: v̄eꝝ ſm hāc rationē ſi nū/
q̄ vlla ꝑter ſummū ſpiritū eēt eſſen
tia: nullū oīno eſſet verbū ī illo. Si
nullū in illo verbū eſſet: nihil apud
ſe diceret: cū idem ſit illi ſic dicere ali
quid qō eſt ītelligere: nō aliq̄d ītel/
ligeret: ſi nihil intelligeret: ḡ ſumma
ſapiētia q̄ non eſt aliud q̄ idē ſpūs
nihil intelligeret: qō abſurdiſſimū
eſt. Quid igit̄? Si eīm nihil intelli/
geret: quō eſſet ſūma ſapiētia: aut ſi
nullo mō eſſet aliq̄d ꝑter illā: quid
illa intelligeret? Sed nunq̄d ſeipam
nō intelligeret: aut quō vel cogitari
poteſt q꜄ ſumma ſapiētia ſe aliq̄n nō
intelligat: cū aliq̄n mēs rōnalis poſ
ſit nō ſolū ſuimet ſ; ⁊ illius ſūme ſa/
piētie reminiſci: ſ; ⁊ illā ⁊ ſe ītelligere?
Si eīm mens hūana nullā eiꝰ vt ſuā
habere memoriā aut intelligentiam
poſſet: nequaq̄ ſe ab irrōabilibꝰ cre/
aturis ⁊ illā ab omni creatura ſecū
ſola tacite diſputādo: ſicut nūc mēs
mea facit: diſcerneret. Ergo ſummus
ille ſpūs ſic eſt et̄nꝰ: ita eterne ſui me
mor eſt: ⁊ ītelligit ſe ad ſilitudinem
mētis rōnalis: imo nō ad vlliꝰ ſimili/
tudinē ſ; ille ꝑncipaliter: ⁊ mens ra/
tionalis ad eiꝰ ſilitudinē. At ſi eter/
ne ſe intelligit: eterne ſe dicit. Si eter
ne ſe dicit: eterne eſt verbū eius apō
ipm. Siue igit̄ ille cogitetur nulla
alia exiſtēte eēntia: ſiue aliis exiſtēti
bus: neceſſe eſt verbū illiꝰ coeternū
illi eſſe cū ipſo.

## Q ſummus ſpūs ſeipm dicat coeterno verbo: Capitulm. XXXI.

ſ Ed ecce q̄renti mihi d̄ verbo:
quo creatoꝛ dicit: oīa q̄ fecit
obtulit ſe verbū: quo ſeipm
dicit q2 oīa fecit. An ḡ alio v̄bo di/
cit ſeipm ⁊ alio ea q̄ fecit: aut potius
eodē ipſo verbo quo dicit ſeipm di/
cit quecūq꜄ fecit? Nā hoc quoq꜄ ver
bū quo ſeipm dic̄: neceſſe eſt idipm
eſſe qō ipm eſt: ſicut conſtat de v̄bo
illo quo dicit ea q̄ facta ſūt a ſe. Cū
eīm etiā ſi nihil vnq̄ aliud eſſet niſi
ſummꝰ ille ſpūs: ratio tā cogat v̄bū
illud quo ſe dicit ex neceſſitate eſſe:
quid veriꝰ q̄ hoc verbum eius non
eē aliō q̄ qō ipe ē? Ergo ſi ⁊ ſeipm
et ea q̄ facit ꝯſubſtātiali ſibi v̄bo di
cit: manifeſtū eſt q2 verbi q̄ ſe dicit ⁊
verbi quo creaturā dicit vna ſubſtā
tia eſt. Quō ergo ſi vna ſubſtātia ē
duo verba ſūt? Sed forſitan nō co/
git idētitas ſbſtantie verbi vnitatē

admittere. Nã idẽipſe q̄ his verbis
loq̈r: eãdẽ illis habet ſubſtãtiã ⁊ tñ
verbũ nõ eſt. Sʒ vtiq̃ vbũ q̄ ſe dic̃
ſũma ſapiẽtia ꝯueniẽtiſſime dici põt
vbũ ei⁹: ſm ſup̱iorẽ rõnẽ: q2 ei⁹ p̱fe
ctã tenet ſilitudinẽ. Nã nulla rõne
negari põt cũ mẽs rõnal' ſeipſam co-
gitãdo ĩtelligit: imaginẽ ipſi⁹ naſci
in ſua cogitatiõe: imo ipſam cogita-
tionẽ ſui eſſe imaginẽ: ad ſuam ſilitu
dinẽ tãq̃ ex ei⁹ impſſione formatã.
Quãcũq̃ enĩ rẽ mens ſeu p̱ corporis
imaginationẽ ſeu p̱ rõnẽ cupit vera-
cit' cogitare: ei⁹ vtiq̃ ſilitudinẽ q̄ntũ
valet in ipſa ſua cogitatiõe conat' ex-
primere: q̃ q̄nto veri⁹ facit: tãto rẽ
ipſam veri⁹ cogitat: ⁊ h̄ quidẽ cũ co
gitat aliq̃d aliud q̃ ipſa nõ ẽ: ⁊ ma-
xime cũ aliq̃d cogitat corp⁹ clari⁹ p̱-
ſpicit'. Cũ eĩ cogito notũ mihi homi
nẽ abſentẽ: format' acies cogitatiõis
mee ĩ talẽ imaginẽ ei⁹ q̄lẽ illã p̱ viſũ
oculoꝝ ĩ mẽoriã attraxi: q̄ imago in
cogitatiõe vbũ eſt eiuſdẽ hoĩs quẽ
cogitãdo dico. Habet igit' mens ra-
tionalis cũ ſe cogitãdo intelligit ſe-
cũ imaginẽ ſuã ex ſe natã: id eſt co-
gitationẽ ſui ad ſuã ſilitudinẽ quaſi
ſua impſſiõe formatã: q̃uis ipſa ſe a
ſua imagine nõ niſi rõne ſola ſeparare
poſſit: q̄ imago ei⁹ verbũ eius eſt.

## Q vno verbo dicat ſe et q̃ fecit: Ca. XXXII.

Oc itaq̃ mõ q̄s neget ſũmã
b ſapientiã cũ ſe dicẽdo ĩtelli-
gat gignere ꝯſubſtãtialẽ ſibi
ſilitudinẽ ſuã: id eſt vbũ ſuũ. Q̃ŏ
vbũ licet de re tã ſinglariter eminẽ-
ti p̱p̱rie aliq̃d ſatȝ ꝯueniẽter dici nõ
poſſit: ñ tñ ĩcõueniẽt' ſic ſilitudo: ita
⁊ imago ⁊ figura ⁊ character ei⁹ dici
põt. Verbũ aũt q̄ creaturã dicit: ne-
q̄q̃ ſiliter eſt vbũ creature: q2 nõ
eſt ei⁹ ſilitudo: ſ; p̱ncipalis eſſentia:
ꝯſeq̄t' igit' vt ipſam creaturã non di-
cat vbo creature. Cui⁹ g̃ vbo eam
dicit: ſi nõ dicit eã vbo ei⁹? Nã q̃
dic̃: vbo dic̃: ⁊ verbũ alicui⁹ eſt ver
bũ: id eſt ſilitudo. Sed ſi nihil aliud
dicit: q̃ ſe aut creaturã: nihil dicere
põt: niſi aut ſuo aut eius vbo. Si g̃
nihil dicit vbo creature: q̄cquid di-
cit verbo ſuo dicit. Uno igit' eodẽq̃
verbo dicit ſeipſm ⁊ quecũq̃ fecit.

## Q ſuo verbo videri poſ-ſit dicere creaturam: Caplm. XXXIII.

Ed quõ tã differẽtes res ſcʒ
ſ creans ⁊ creata eſſentia dici
poſſit vno verbo: p̱ſertim cũ
vbũ ipſm ſit dicẽti coeternũ: creatu-
ra aũt nõ ſit illi coet'na? Forſitan q2
ipſa eſt ſũma ſapientia ⁊ ſũma rõ in
qua ſũt oĩa q̄ facta ſũt: queẽadmodũ
opus q̃ ſit ſcõm aliquã artẽ: nõ ſo-
lũ q̄ñ ſit: vex ⁊ anteq̃ fiat ⁊ poſtq̃
diſſoluit': ſemper eſt in ipſa arte non
aliud q̃ q̃ eſt ars ipſa. Idcirco cum
ipſe ſũmus ſpũs dicit ſeipſm: dicit om
nia q̄ facta ſũt. Nã ⁊ anteq̃ fierent
⁊ cũ iã facta ſũt ⁊ cũ corrũpunt' ſeu
aliq̄ mõ variant': ſẽp ĩ ipſo ſũt: nõ q̃
ſũt in ſeipſis: ſ; q̃ eſt idẽipſe. Etenĩ
in ſeipſis ſũt eſſentia mutabilis ſcõm
mutabilẽ rõnẽ creata: in ipſo vero
ſũt ipſa prima eẽntia ⁊ prima exiſtẽ-
di veritas: cui p̱ut magis vtcũq̃ il-
la ſimilia ſunt: ita verius ⁊ p̱ſtãtius
exiſtũt. Hoc itaq̃ mõ nõ irrõabilit'
aſſeri põt: q2 cũ ſeipſm dicit ſũm⁹ ille
ſpũs: dicit etiã quicq̃d factũ eſt vno
eodẽq̃ verbo. Uex cũ ꝯſtet q2 ver-
bũ eius ꝯſubſtãtiale eſt illi ⁊ p̱fecte
ſimile: neceſſario ꝯſequit' vt oĩa que
ſunt in illo eadẽ ⁊ eodem mõ ſint in
verbo eius. Quicq̃d igit' factũ eſt
ſiue viuat ſiue nõ viuat aut quocũ-
q̃ ſit in ſe: in illo eſt ipſa vita ⁊ veri-
tas. Qm̃ aũt idẽ eſt ſummo ſpiritui
ſcire q̃ ĩtelligere: ſiue dicere: neceſſe
eſt q̃ eodem modo ſciat oĩa q̄ ſcit:
quo ea dicit aut intelligit.

## Q q̄cq̄d factuʒ eſt in ei⁹ verbo ⁊ ſciẽtia: ſit vita ⁊ ve-ritas: Caplm. XXXIIII.

 

Queadmodũ igiꝛ oĩa ſint in verbo ei⁹ vita ⁊ veritas: ita ſũt in ſciẽtia ei⁹. Quia ex re manifeſtiſſime cõprehẽdi põt quõ dicat idẽ ſpũs vel quõ ſciat ea q̃ facta ſũt: ab hũana ſciẽtia cõprehẽdi nõ poſſe. Nã nulli dubiũ creatas ſubſtãtias multo aliter eſſe in ſeipſis q̃ in nr̃a ſciẽtia. In ſeipſis nãq̃ ſunt ꝑ ipam ſuam eſſentiã: in noſtra vero ſciẽtia nõ ſunt eaꝝ eſſentie: ſ eaꝝ ſimilitudines. Reſtat igiꝛ vt tãto verius ſint in ſeipſis q̃ i noſtra ſciẽtia: quãto veri⁹ ſunt alicubi ꝑ ſuã eſſentiã q̃ ꝑ ſuã ſimilitudinẽ.

## Quod incõprehenſibili modo dicat vel ſciat res a ſe factas: Ca. XXXV.

Cum h̃ ⁊ h̃ ꝯſtet q2 oĩs creata ſbſtãtia tanto veri⁹ eſt in verbo: et in intelligentia creatoris q̃ in ſeipſa: quãto verius exiſtit creatrix q̃ creata eẽntia: quõ cõꝑhẽdat hũana mẽs: cui⁹mõi ſit illõ dicere ⁊ illa ſciẽtia que ſic lõge ſuperior ⁊ verior eſt creatis ſubſtãtijs: ſi noſtra ſciẽtia tam longe fuerit ab illis: quãtum earum ſimilitudo diſtat ab earum eſſentia?

## Quod quicquid ipſe eſt ad creaturã: hoc ſit ⁊ vbũ ei⁹: nec tamẽ ambo ſimul pluraliter: Caplm̃. XXXVI

Verũ cum manifeſte rõnes ſuperiores doceãt ſummũ ſpiritũ ꝑ verbum ſuũ feciſſe omnia: nunq̃d nõ ⁊ ipm verbũ fecit eadẽ oĩa? Qm̃ eñi illi eſt ꝯſubſtãtiale cui⁹ eſt verbũ: neceſſe eſt vt ſit ſũma eſſentia. Sũma aũt eſſentia nõ eſt niſi vna: que ſola creatrix ⁊ ſolũ principiũ eſt oĩu que facta ſũt. Ipa nãq̃ ſola fecit nõ per aliud q̃ ꝑ ſe oĩa ex nihilo. Quare quecũq̃ ſũm⁹ ſpiritus facit: eadẽ ⁊ verbũ ei⁹ facit ſimiliter. Quicq̃d igiꝛ ſũm⁹ ſpiritus eſt ad creaturã: hoc ⁊ verbũ eius eſt et ſiliter. Nec tñ ambo ſiꝛ pluraliꝛ q2 nõ ſũt plures creatrices ſũme eſſentie. Sicut igiꝛ ille creator eſt rex et principiũ: ſic ⁊ verbũ ei⁹: nec tamen ſunt duo: ſed vn⁹ creator ⁊ vnũ principium.

## Quod dici non poſſit quid duo ſint: quãuis neceſſe ſit eſſe duos: Ca. XXXVII.

Studioſe itaq̃ attendẽdũ eſt q̃ddã qꝺ valde inſolitũ alijs reb⁹ in ſũmo ſpiritu ⁊ verbo eius videtur euenire. Nam certum eſt vnicuiq̃ ſingillatim ⁊ vtriſq̃ ſimul ineſſe quicq̃d ſunt in eſſentia: et quicq̃d ſunt ad creaturã: vt ⁊ ſingillatim ꝑfectũ ſit ambob⁹: ⁊ tamen pluralitatẽ nõ admittat in duobus: Licet eñi ſingillatim ⁊ ille ꝑfecte ſit ſumma veritas ⁊ creator: ⁊ verbum eius ſit ſumma veritas ⁊ creator: nõ tamẽ ambo ſimul ſunt due veritates aut duo creatores. Sed cum hec ita ſint: miro tñ mõ apertiſſimũ ẽ: quia nec ille cuius eſt verbũ põt eſſe verbũ ſuũ: nec verbũ põt eſſe cuius eſt verbũ: vt in eo qꝺ ſignificat vl' quid ſint ſubſtantialiter vel quid ſint ad creaturã: ſemꝑ indiuiduã teneãt vnitatẽ. In eo vero q2 ille nõ eſt ex iſto: hic aũt eſt ex illo: ieffabilẽ admittãt pluralitatẽ: Ineffabilẽ certe. Cum eñ neceſſitas cogat vt ſint duo: nullo tamẽ mõ exꝑmi poteſt quid duo ſint. Nã ⁊ ſi forte duo pares aut aliquid aliud ſimiliꝛ ad inuicẽ poſſint dici: in his ipſis tñ relatiuis ſi queratur quid ſit illud de quo dicunꝛ: nõ poteſt dici pluraliter: quẽadmodũ dicunꝛ due pares linee: aut duo homines ſimiles. Quippe nõ ſũt duo pares ſpũs: nec duo pares creatores: nec duo aliq̃d qꝺ ſignificet eoꝝ aut eẽntiã aut habitudinẽ ad creaturã: ſed nec duo aliq̃d qꝺ deſignet propriam habitudinem alterius ad alterum: quia nec duo verba nec due imagines. Verbum nanq̃ hoc ipm

q̄ꝺ ꝟbū eſt aut imago ad alteꝝ ē: qꝛ nō niſi alicui⁹ ꝟbū eſt aut imago: ⁊ ſic ꝓpria ſūt h̄ alteri⁹ vt nequaq̄ alteri coaptent̄. Nā ille cui⁹ eſt ꝟbuꝫ aut imago: nec imago nec verbū eſt.

## Q̄ idē ꝟbū ſit a ſūmo ſpiritu naſcēdo: C. XXXVIII

Cōſtat igit̄ ꝗ exprimi nō poteſt: q̄d duo ſint: ſumm⁹ ſpiritus ⁊ ꝟbū ei⁹: q̄uis q̄buſdam ſingloꝝ ꝓprietatib⁹ cogantur eſſe duo. Etem ꝓpriū eſt eſſe vni⁹ ex altero ⁊ ꝓpriū eſt alteri⁹ alteꝝ eē ex illo. Q̄ꝺ ipm nullo vtiq̄ ꝟbo videtur familiarius poſſe ꝓferri q̄ ſi dicat̄ ꝓpriū eſſe vni⁹ naſci ex altero: ⁊ ꝓpriū alteri⁹ naſci alteꝝ ex ip̄o. Certū nāq̄ iā ꝯſtat ꝗ verbū ſūmi ſpūs nō ſic eſt ex eo queadmodū ea q̄ ab illo facta ſūt: ſ; queadmodū creator de creatore: ſūmū ꝺ ſūmo. Et vt plena breuitate oīmoda abſoluat̄ ſimilitudo: penit⁹ idē ip̄m ē de eodē ip̄o ⁊ ita vt nullaten⁹ ſit niſi ex eo. Cum igit̄ pateat ꝟbū ſummi ſpūs ſic eſſe ex ip̄o ſolo vt ꝑfectā ei⁹ quaſi ꝓles parēt̄ teneat ſilitudinē: nec ſic eē ex eoipſo vt fiat ab eo: ꝑfecto nullo mō ꝯuenēti⁹ cogitari poteſt ex illo eſſe q̄ naſcēdo. Nempe ſi innūerabiles res indubitāter dicunt̄ naſci ex his ex quib⁹ habēt vt ſint: cū nullā coꝝ ex quib⁹ naſci dicunt̄ teneāt ſimilitudinē: ſicut proles parētiſ. Dicim⁹ eñ capillos naſci de capite: ⁊ poma ex arbore: licꝫ nec illi capitis nec iſta arboris filia ſint. Si inq̄ multa huiōi non abſurde dicunt̄ naſci: tāto congruētius dici pōt ꝟbū ſummi ſpūs ex illo exiſtere naſcēdo: q̄to ꝑfecti⁹ quaſi ꝓles parētis trahit ei⁹ ſilitudinē ex illo exiſtēdo.

## Q̄ veriſſime ille ſit parēs ille vō ꝓles: Ca. XXXIX.

Q̄od ſi ꝯuenētiſſime dr̄ naſci ⁊ tā ſile eſt illi de quo naſſcit̄: cur eſtimet̄ ſile quaſi ꝓles parēti: ⁊ ñ poti⁹ aſſerat̄: qꝛ tāto verior eſt ille parēs ⁊ iſtud ꝓles: q̄nto mag' ille ⁊ ille ad hui⁹ natiuitat̄ ꝑfectionē ſolus ſufficit: ⁊ q̄ꝺ naſcit̄ eius ſimilitudinē exprimit. Nam q̄ in reb⁹ alijs q̄s parētis ꝓliſq̄ certū ē habitudinē habere: nulla ſic gignit vt oīno nulli⁹ indigens ſola ꝑ ſe ad gignēdā ꝓlem ſufficiat: nulla ſic gignit̄ vt nulla admixta diſſimilitudine oīmodā ſilitudinē parēt̄ exhibeat. Si ḡ verbū ſūmi ſpūs ſic eſt omnino ex ipſius ſola eſſentia: ⁊ ſic ſingularit̄ ē illi ſile vt nulla ꝓles ſic ſit oīno ex ſola parēt̄ eēntia: aut ſic ſimilis parēti: ꝑfecto nullis reb⁹ tam ꝯuenienter videt̄ aptari habitudo parētis ⁊ ꝓlis q̄ ſummo ſpiritui ⁊ verbo eius. Quapropt̄ illi⁹ eſt veriſſimū ꝓpriū eſſe parentem: iſtius vero veriſſimū eſſe ꝓlem.

## Q̄ ille veriſſime gignat ille veriſſime gignat̄: C. XL

Et hoc cōſtare nō poterit niſi pariter ille veriſſime gignat et iſtud veriſſime gignatur. Sicut igit̄ illud eſt perſpicuū: ita h̄ eſſe certiſſimū neceſſe ē: quare ſummi ſpūs eſt veriſſime gignere ⁊ verbi ei⁹ veriſſime gigni. Vellē iā quidem ⁊ forte poſſem illū eſſe veriſſime patrem: hoc vero veriſſime eſſe filiū cōcludere. Sed nec hoc negligendū exiſtimo: an patr̄ ⁊ filij: ⁊ an matris ⁊ filie magis illis apta ſit appellatio: cū in eis nulla ſit ſexus diſcretio. Nā ſi iccirco ꝯuenienter eſt ille pater ⁊ ꝓles eius fili⁹: qꝛ vterq̄ eſt ſpūs: cur nō pari ratiōe alteri cōuenit eſſe matrē: alteri filiā qꝛ vterq̄ eſt ꝟitas ⁊ ſapiētia? An qꝛ ī his naturis q̄ ſexus hñt differentiā: melioris ſexus eſt patrē eſſe vł filiū: minoris vero matrē vel filiā. Eſt h̄ q̄dē naturaliter in plurib⁹: in quibuſdam ꝟo eſt ecōtrario: vt in q̄buſdā auiū generib⁹ in quib⁹ femininus ſexus ſemp maior ⁊ validior eſt: maſculin⁹ vero minor ⁊ infirmior. Aut

certe idcirco magis conuenit ſummo ſpi/ritui dici patrē q̄ matrē: quia prima et principalis cā plis ſemp eſt in patre: Nā ſi materna cāū quōlibet modo ſemp paternā p̄cedit: nimis ē icōgruum vt illi parēti adapteť nomē matris cui ad gignēdā plem nulla alia cā aut ſociať aut p̄cedit. Ueriſſimū eſt igiť ſummū ſpiritū patrē eē prolis ſue. Quod ſi fili9 eſt: ſemp ſimilior eſt pri q̄ filia. Nihil aūt ſimili9 eſt alteri q̄ ſummo patri ples ſua: veriſſimū eſt hāc plē nō eſſe filiā ſ filiū.

## Quod alteri9 veriſſime ſit eē genitorē ⁊ patrē: alteri9 genitū et filiū: Ca. XLI.

Sicut igiť ppriū ē illi9 veriſſime gignere: iſti9 vo gigni: ſic ppriū eſt illi9 eē vſſimū genitorē: iſti9 vo vſſimū eē genitū. Et ſic alter eſt veriſſim9 parēs: alter veriſſima ples: ſic alter eſt veriſſim9 pater: alť veriſſim9 fili9. Inuēt9 tot et tātis ſingloꝝ ppietatib9 quibus mira quedā tam ineffabilis q̄ inevitabilis in ſumma vnitate pbať eſſe pluralitas: valde mihi videť delectabile retractare ſepius tā impenetrabile ſecretū. Ecce em cū ſit ipoſſibile ſic eundē eſſe qui gignit ⁊ eū q gigniť atq3 eūdē eē parētē ⁊ plē: vt necē ſit aliū eē genitorē: aliū genitū: ⁊ aliū eē patrē: aliū filiū: ſic tñ necē eſt idē eſſe illū q gignit ⁊ illū q gigniť nec nō parētē ⁊ plē: vt ipoſſibile ſit aliū eſſe genitorē q̄ qd eſt genit9: aliud eſſe patrē q̄ qd eſt fili9.

## Retractatio cōmunionis amborum ⁊ proprietatum ſingloꝝ: Ca. XLII.

Cum ita ſit: alius ille ⁊ alius ille: vt oīno pateat q3 duo ſint: ſic tñ vnū ⁊ idipm ē id qd eſt ille ⁊ ille: vt penitus lateat qd duo ſint. Nā ſic eſt ali9 pať: ali9 fili9 vt cū ambos dixerī videā me duos dixiſſe: ⁊ ſic ē idipm qd eſt et pať ⁊ filius vt nō intelligā qd duos dixerī. Quis nā q3 ſingulus pater ſit pfecte ſumm9 ſpūs: ⁊ ſingul9 filius ſit pfecte ſumm9 ſpūs: ſic tñ vnus idēq3 eſt ſummus ſpiritus pater ⁊ ſpiritus filius vt pater ⁊ filius non ſint duo ſpiritus: ſ vn9 ſpūs: vt ſīc ſingula ppria ſingloꝝ nō recipiunt pluralitatē: quia nō ſť duoꝝ: ita id qd cōmune eſt amboꝝ indiuiduā teneat vnitatē q̄uis totū ſit ſingloꝝ. Nā ſic nō ſūt duo patres aut duo filij: ſed vn9 pater et vn9 fili9: quoniam ſingla ſūt ſingulorum ppria: ita nō ſunt duo ſ vn9 ſpūs: q̄uis ⁊ ſinguli patris ⁊ ſinguli filij ſit pfectū eē ſpiritū: Sic ſe oppoſiti relatiōib9: vt alter nūq̄ ſuſcipiat ppriū alteri9: ſic ſūt concordes natura vt alť ſēp teneat eēntiā alteri9.

## Quod alter alterius ſit eſſentia: Ca. XLIII.

Sic em diuerſi ſūt p hoc q3 alter ē pať ⁊ alter fili9: vt nūq̄ dicatur aut pater filius: aut fili9 pater: ⁊ ſic idē ſūt p ſubſtātiam vt ſemp ſit ī patre eēntia filij ⁊ in filio eēntia patrī: Eſt em non diuerſa ſ eadē: nō plures ſ vna vtriuſq3 eſſentia. Uñ etiā ſi alť alteri9 dicatur eēntia nō erratur a vitate: ſ ſumma vnitas ſimplicitaſq3 cōmēdať cōis nature. Nō em quēadmodū intelligiť ſapiētia hoīs p quā hō ſapiēs ē q nō pōt eē p ſe ſapiens: ita intelligi pōt ſi dicať pať eēntia filij: ⁊ fili9 eſſentia patrī vt eo mō ſit fili9 exiſtēs p patrē ⁊ pať p filiū: q̄ſi nō poſſit alter exiſtēs eē niſi p alterū: ſic hō non pōt eē ſapiēs niſi p ſapiētiā. Sic nāq3 ſumma ſapiētia ſemp ſapit p ſe: ita ſumma eēntia ſemp eſt p ſe. Eſt aūt pfecte ſumma eēntia pať: ⁊ pfecte ſumma eēntia fili9: pariť ē pfect9 pater p ſe eſt: ⁊ pariť pfectus fili9 p ſe eſt: ſicut vterq3 ſapit p ſe. Nō em idcirco minus pfecta ē eēntia vł ſapiētia fili9: quia eſt eēntia nata de patrī eēntia: ⁊ ſapientia de ſapiā: ſ tūc min9 pfecta

ēētia vel ſapiētia eſſet ſi nō eſſet ꝑ
ſe aut nō ſaꝑet ꝑ ſe. Nequaꝗ̄ eñ re/
pugnat vt filiꝰ ꝑ ſe ſbſiſtat: ⁊ ꝺ patre
habeat eſſe. Sic eñ pr̄ habet eētiā
et ſapientiā ⁊ vitam in ſemetipo: vt
nō ꝑ alienā ſ ꝑ ſuā eētiā ſit: ꝑ ſuā
ſapiētiā ſapiat: ꝑ ſuā vitā viuat: ita
gignēdo dat vitā filio eētiā hr̄e et
ſapientiā: ⁊ vitā in ſemetipo vt non
ꝑ extraneā ſed ꝑ ſuā eſſentiā ſapien/
tiā ⁊ vitā ſubſiſtat ſapiat ⁊ viuat:
alioqn nō erit idē eſſe pr̄is ⁊ filij nec
erit par pr̄i filiꝰ. Quod ꝗ̄ falſū ſit liq̇/
diſſime ſupiꝰ ꝑuiſū ē: qre non repu/
gnat filiū ⁊ ſbſiſtere ꝑ ſe ⁊ eē de pr̄e:
qꝛ h̄ ipꝫ: id ē ꝑ ſe ipm poſſe ſbſiſtere
nēce ē illū ꝺ pr̄e hr̄e. Nā ſi ꝗs ſapiēs
ſuā me hr̄e ſapiētiā: cuiꝰ prꝰ expers
eſſem: doceret: vtiꝗ̄ hec ipſa ſapiē/
tia eius facere nō incōgrue diceret:
ſed ꝗ̄uis mea ſapiētia ab illius ſapi
entia haberet eſſe ⁊ ſapere: tñ cū iam
nō eſſet niſi ſua ſapiētia eſſet: nec ſa
peret niſi ſeipa. Multo igr̄ magꝭ eter
ni patris coeternꝰ filiꝰ qui ſic habet
a patre eſſe: vt nō ſint due eſſentie: ꝑ
ſe ſubſiſtit: ſapit ⁊ viuit. Nō igr̄ ſic
intelligi pōt: ꝙ pater filij aut filius
patris ſit eētia: quaſi alter nō poſſit
ſubſiſtere ꝑ ſe ſ ꝑ alterū: ſed ad deſi/
gnādā quā habēt cōmunionē ſum/
me ſimplicis ſūmeꝗ̄ vnius eētie: ſic
congrue dici ⁊ intelligi pōt ꝙ ſic eſt
alter idipꝫ qꝺ alter: vt alter habeat
eētiā alterius. Hac itaꝗ̄ rōne qm̄
vtriꝗ̄ nō aliud eſt habere eētiā ꝗ̄
eētiā eſſe: Et ſic habet alter alteriꝰ
eētiā: ita eſt alter alteriꝰ eſſentia: id
eſt idē eſſe eſt alteri qꝺ alteri.

## Q apti⁹ dici poſſit filiꝰ eētia pr̄is ꝗ̄ pr̄ eſſentia filij: ⁊ qꝺ ſilr̄ ſit filiꝰ pr̄is vtuſ et ſapiētia ⁊ ſilia: C. XLIIII

q Uod licet ſcd̄m ꝓſpectā ra/
tionē verꝰ ſit: valde tñ ma/
gis ꝯgruit filiū dici eētiam
pr̄is ꝗ̄ patrem eētiā filij. Qm̄ nā/
ꝗ̄ pr̄ a nullo habet eētiā niſi a ſeipo
nō ſatꝭ apte dr̄ hr̄e eētiā alicuiꝰ niſi
ſuā: qꝛ vero filiꝰ eſſentiā ſuā habet a
patre: ⁊ eandem habet pater: aptiſ/
ſime dici pōt hr̄e eētiā pr̄is. Qua/
re qm̄ neuter aliē habet eētiam ꝗ̄
exiſtēdo: ſic ſatis aptiꝰ intelligit̄ hr̄e
filius pr̄is eētiam ꝗ̄ pr̄ filij: ita cō/
uenientius dici pōt filius pr̄is eētia
ꝗ̄ pr̄ filij. Nam hec vna ſi ſiat pla/
tio: ſatis acuta breuitate cōmēdat fi
liū nō ſolū eandē eſſentiā hr̄e cū pa
tre: ſ hāc ipam habere de patre: vt h̄
ſic: filiꝰ eſt eētia pr̄is: qꝺ eſt: filiꝰ eſt
nō differēs eētia ꝺ pr̄is eētia: imo
de pr̄e eētia. Silr̄ et ꝗ eſt filiꝰ patrꝭ
eētia: vtus ⁊ ſapientia ſiue veritas
⁊ iuſticia: ⁊ quicquid ſummi ſpūs cō/
uenit eſſentie.

## Quō quedam ex his que ſic ꝓferūt aliter quoꝗ̄ poſ/ ſint intelligi: Ca. XLV.

v Ident tñ quedā ex his q ſic
ꝓferri ⁊ intelligi poſſunt: ali
am ꝗꝫ nō incongruā ſub hac
ipa ꝓnūciatiōe intelligētiā ſuſcipe.
Liquet eñ filiū eſſe verꝰ vbū: id eſt
ꝑfectā intelligētiā ſiue ꝑfectā toti⁹
paterne ſubſtātie cognitionē ⁊ ſcien
tiā ⁊ ſapiētiā: id eſt q ipſā pr̄is in/
telligit eētiā ⁊ cognoſcit ⁊ ſcit ⁊ ſa
pit. Si igr̄ h̄ ſenſu dicat̄ filius patrꝭ
intelligētia ⁊ ſapiētia ⁊ ſciētia ⁊ co/
gnitio ſiue noticia: qm̄ itelligit ſapit
ſcit ⁊ nouit patrē: nequaꝗ̄ a verita/
te diſcedit̄. Ueritas quoꝗ̄ pr̄is ap/
tiſſime dici pōt filius: nō ſolū eo ſen/
ſu: qꝛ eſt eadē filij vitas q eſt ⁊ pr̄is
ſicut iā ꝓſpectū eſt: ſ etiā h̄ ſenſu vt
in eo intelligat̄ nō imꝑfecta quedaꝫ
imitatio ſ integra veritas paterne ſb
ſtātie: qꝛ nō eſt aliud ꝗ̄ qꝺ eſt pater.
At ſi ipa ſubſtātia patrꝭ eſt intelligē
tia ⁊ ſciētia ⁊ ſapiētia ⁊ veritas: ꝯſe/
quēter colligit̄: qꝛ ſicut filiꝰ eſt intel
ligētia ⁊ ſciētia ⁊ ſapiētia ⁊ veritas
paterne ſubſtātie: ita eſt intelligētia
intelligētie: ſciētia ſciētie: ſapiētia ſa
piētie ⁊ veritas veritatis.

**Quod filius ſit intelligẽtia intelligentie et veritas veritatis: et ſimiliter de ſimilibus**

**Capitulum. XLVI.**

D E meõria vero quid ſentiẽdũ eſt: an eſtimãdus eſt filius intelligẽtia mẽorie ſiue memoria patris aut mẽoria mẽorie. Equidẽ cũ ſumma ſapiẽtia ſui mẽor eſſe negari nõ poſſit: nihil cõpetẽtius quam in mẽoria pater: ſicut in verbo filius intelligitur: quoniam de mẽoria naſci verbum videtur: quod clarius in nr̃a mẽte percipitur. Cum namque mẽs hũana nõ ſemper ſe cogitat ſicut ſui ſemper meminit: liquet cũ ſe cogitat quod verbũ eius naſcitur de memoria. Unde apparet quia ſi ſemper ſe cogitaret: ſemper verbũ eius de memoria naſceretur. Rem etenim cogitare cuius memoriã habemus: hoc eſt mẽte eam dicere: verbũ vero rei eſt ipſa cogitatio ad eius ſilitudinẽ ex mẽoria formata. Hinc itaque liquido animaduerti põt de ſumma ſapiẽtia que ſic ſemper ſe dicit ſicut ſemper ſui memor eſt: quia de eterna memoria coeternum verbum naſcitur. Sicut igitur verbũ congrue intelligitur proles: ita mẽoria parẽtis nomen aptiſſime ſuſcipit. Si ergo proles que omnino de ſolo ſũmo ſpiritu nata eſt: proles eſt memorie eius nihil conueniẽtius quam quia memoria eius eſt idẽ ipſe: quippe nõ in eo quod ſui mẽor eſt: ſic eſt in ſui memoria velut alia res in alia: quẽadmodũ ea que ſic ſunt in hũane mẽtis mẽoria vt nõ ſint ipa in nr̃a mẽoria: ſed ſic eſt mẽor ſui vt ipſe mẽoria ſua ſit. Conſequitur itaque vt quomõ filius ẽ intelligẽtia ſiue ſapiẽtia patris: ita ſit et paterne memorie. At quicquid filius ſapit aut intelligit eius ſilr̃ et meminit.

**Quod in mẽoria intelligatur pater ſicut in intelligentia filius: et quomõ filius ſit intelligẽtia vel ſapiẽtia memorie et memoria patris et mẽorie:**

**Capitulum. XLVII.**

E St igitur filius mẽoria patris et memoria memorie: id ẽ memoria memor patris qui eſt mẽoria: ſicut ẽ ſapiẽtia patris: et ſapiẽtia ſapiẽtie: id eſt ſapiẽtia ſapiẽs patrẽ ſapientiã: et filius quidẽ mẽoria nata de memoria ſicut ſapiẽtia nata de ſapiẽtia: pater vero de nullo nata memoria videtur ſapiẽtia. Sed ecce dum huius patris filijque proprietates communionẽque delectabiliter intueor: nihil delectabilius in illis contẽplandũ inuenio quam mutui amoris affectũ: quoniam enim abſurde negetur ſummus ſpiritus ſe amare: ſicut ſui memor eſt et ſe intelligit cũ mẽs rõnalis et ſe et illũ amare poſſe conuincatur: ex eo quia ſui et illius memor eſſe et ſe et illũ intelligere poteſt: cioſa namque et penitus inutilis ẽ memoria et intelligẽtia cuiuſlibet rei niſi prout ratio exigit: res ipſa ametur aut reprobetur. Amat ergo ſeipſum ſummus ſpiritus ſicut ſui meminit et ſe intelligit.

**Quod ſummus ſpũs ſe amet: et quod idem amor pariter procedat a patre et filio:**

**Capitulum. XLVIII.**

P Alam certe eſt rationẽ habẽti cũ nõ iccirco ſui memorem eſſe aut ſe intelligere quia ſe amat: ſed ideo ſe amare quia ſui meminit et ſe intelligit: nec eum ſe poſſe amare ſi ſui nõ ſit memor aut ſe non intelligit. Nulla enim res amatur ſine eius memoria et intelligentia: et multa tenentur memoria et intelliguntur que nõ amantur. Patet igitur amorẽ ſummi ſpiritus ex eo procedere: quia ſui memor eſt: et ſe intelligit. Quod ſi in memoria ſũmi ſpũs intelligitur pater: in intelligẽtia filius: manifeſtũ eſt: quia a pr̃e pariter et a filio ſũmi ſpũs amor procedit.

**Quod vterque pari amore diligat ſe et alterum:**

**Capitulum. XLIX.**

Ed ſi ſe amat ſūmꝰ ſpūs: pro/cul dubio ſe amat pater: amat ſe filius: ⁊ alter alterꝫ: qꝛ ſingulus pater ſummꝰ ē ſpūs: ⁊ ſingulus filiꝰ summꝰ ſpūs: ⁊ ambo ſimul vnꝰ ſpūs. Et qꝛ vtꝫ parit̄ ſui ⁊ alteriꝰ meminit ⁊ ſe ⁊ alterꝫ intelligit: et qm̄ oīno idipſum eſt qꝺ amat vł amatur in patre ⁊ qꝺ in filio: neceſſe eſt vt pari amore vterqꝫ diligat ſe et alterum.

## Q tātꝰ ē ipe amor q̄ntus eſt ipſe ſpūs: Ca. L.

Q antꝰ ergo eſt amor ſummi ſpūs ſit cōmunis patri ⁊ filio: ſʒ ſi ſe tantū diligit q̄ntuʒ ſui meminit ⁊ ſe intelligit: tm̄ aūt ſui meōr eſt ⁊ intelligit ſe: q̄nta eſt eius eēntia: qꝺ aliter eſſe nō pōt: pfecto tātus eſt amor eiꝰ quātꝰ ipe eſt.

## Q idē amor ſit idipm̄ qꝺ eſt ſūmꝰ ſpūs: ⁊ tm̄ ipe cū patre ⁊ filio vnꝰ ſpūs: Ca. LI.

Ex qd pōt eē par ſūmo ſpiritui niſi ſūmꝰ ſpūs? Iſte itaqꝫ amor eſt ſūmꝰ ſpūs. Deniqꝫ ſi nulla vnq̄ꝫ creatura: id eſt ſi nihil vnq̄ꝫ aliud eēt q̄ꝫ ſūmꝰ ſpūs: pater et filiꝰ nihilominꝰ ſeipos et inuicē pater ⁊ filius diligerēt. Cōſequit̄ itaqꝫ hūc amorē nō eſſe aliud q̄ꝫ qꝺ eſt pater ⁊ filiꝰ qꝺ eſt ſūma eēntia. At qm̄ ſūme eēntie plures eē nō poſſūt: qd magis neceſſariū q̄ꝫ patrē ⁊ filium ⁊ vtriuſqꝫ amorē vnā eſſe ſūmā eſſentiā? Eſt igit̄ idē amor ſūma ſapiētia: ſūma veritas: ſūmū bonū: ⁊ q̇cq̇d de ſummi ſpūs ſbā dici pōt.

## Q totꝰ pcedat a patre: totus a filio et tamē nō ſit niſi vnus amor: Ca. LII.

Attendēdū eſt diligenter vtrū ſint duo amores: vnꝰ a patre pcedēs: alter a filio: an vnus nō totꝰ ab vno pcedēs ſʒ ptim a patre: parti a filio: an nec plēs nec vnꝰ partim pcedēs a ſingulis: ſʒ vnꝰ totꝰ a ſingulis ⁊ idē totꝰ a duobꝰ ſimul. Sʒ hmōi dubitatiōis certitudo hīc indubitāter cognoſcit̄: qꝛ nō ex eo pcedit in q̄ plēs ſūt pat̄ ⁊ filiꝰ: ſʒ ex eo in quo vnū ſūt. Nā nō ex relatiōibus ſuis q̄ plures ſūt: alia' eſt em̄ relatio patris: alia filij: ſʒ ex ipa ſua eſſentia que pluralitatē nō admittit: emittūt pat̄ ⁊ filiꝰ tm̄ pariter bonū. Sicut ḡ ſingulus pater eſt ſummꝰ ſpūs: ⁊ ſingulus filiꝰ eſt ſūmꝰ ſpūs: ⁊ ſimul pat̄ et filiꝰ nō duo ſʒ vnꝰ ſpūs: ita a ſingulo pr̄e manat totꝰ amor ſūmi ſpiritꝰ: ⁊ a ſingulo filio totus: ⁊ ſimul a patre ⁊ filio nō duo toti: ſʒ vnus idē qꝫ totus.

## Q non ſit eorum filius amor: Caplm̄. LIII.

Q uid ḡ cū h̄ amor pīter habeat eē a pr̄e ⁊ filio: ⁊ ſic ſimilis ſit ambobꝰ vt nllatenꝰ diſſimilis ſit illis: ſʒ oīno idem ſit qꝺ illi: Nūq̇d filiꝰ eoꝝ aut ples eſtimādꝰ eſt? Sʒ ſic v̄bū mox vt ꝯſiderat̄ ſe ple eſſe eiꝰ a quo eſt euidētiſſime probat ppterea ꝙ̄ ferēdo parētis imaginē: ſic amor aptē ſe plē negat: qꝛ dum a pr̄e ⁊ filio pcedere intelligit̄: nō ſtatim tā pſpicuā exhibet ſe cōtēplāti eius ex quo eſt ſilitudinē: q̄ꝫuis ipm̄ ꝯſiderata rō doceat oīno idipm̄ eſſe qꝺ eſt pr̄ ⁊ filius. Deniqꝫ ſi ples eorū eſt: aut alter eoꝝ erit pat̄ eiꝰ: alter mater: aut vterqꝫ pater ſiue mat̄ eſt: que oīa v̄itati repugnare videntur. Qm̄ nāqꝫ nullatenꝰ aliter a patre pcedit q̄ꝫ a filio: nulla veritas patitur vt diſſimili vocabulo ad illū pat̄ ⁊ filius referant̄. Nō eſt igit̄ alter pater eiꝰ: alter mater. At aūt duo aliq̄ ſint que ſingula pfectā ⁊ nllā ꝯſideratione differentē habeāt pariter ad aliq̇d vnū patris aut matris habitudinē: nulla natura aliq̄ monſtrari cōcedit exēplo. Ergo nō eſt vterqꝫ ſcilicet pater ⁊ filiꝰ pat̄ aut mater amoris a ſe manātis. Nequaq̄ꝫ itaqꝫ videt̄ veritati ꝯuenire vt idem amor

eorum filius ſit aut ꝓles.

## Quod ſolus pater ſit genitor et ingenit⁹: ſol⁹ fili⁹ genituſ: ſolus amor nec genit⁹ nec ingenit⁹: Ca.LIIII.

o Ed videt̃ tñ amor idem: nec oı̄no ſcḋm cõmunis locutionis modũ dici poſſe īgenit⁹: nec ita ꝓprie ſicẽ v̈bũ genit⁹. Solemus eñ ſepe dicere aliqd gigni ex ea re de q̃ exiſtit: vt cũ dicim⁹ ſplẽdorẽ aut calorẽ gigni ab igne: ſeu aliquẽ effectũ ex cã ſua. Scḋm hãc igit̃ rationẽ amor a ſũmo ſpũ exiẽſ: nõ omnino aſſeri põt īgenit⁹: ita v̈o ꝓprie ſicut v̈bũ dici genit⁹ nõ põt: qꝛ v̈bũ v̈iſſimũ eẽ ꝓlẽ ⁊ v̈iſſimũ filiũ: amorẽ v̈o nullaten⁹ filiũ aut ꝓlẽ eẽ manifeſtũ ẽ. Põt itaq; ſũmo d̃bet dici ſol⁹ ille cui⁹ v̈bũ eſt genitor ⁊ īgenit⁹: qꝛ ſolus ẽ pr̃ ⁊ parẽs ⁊ nullo mõ ab alio eſt. Solũ aũt v̈bũ genitũ: qꝛ ſolum fili⁹ ⁊ ꝓles ẽ. Sol⁹ v̈o amor vtriuſq; nec genit⁹ nec īgenit⁹: qꝛ nec fili⁹ nec īgenit⁹ ẽ: nec oīno nõ eſt ab alio.

## Quod amor idẽ ſit increatus et creator ſicẽ pater et filius et tñ ipe cũ illis nõ tres ſed vn⁹ increatus ⁊ vn⁹ creator et qḋ idẽ poſſit dici ſpiritus patris et filij: Ca.LV.

q Uomõ aũt idẽ amor ſingul⁹ eſt ſũma eẽntia ſicẽ pat̃ ⁊ filius: ⁊ tñ ſil' pat̃ ⁊ fili⁹ ⁊ vtriuſq; amor non plures: ſ; vna ſũma eſſentia: q̃ ſola a nullo facta nõ p aliud: q̃ p ſe oīa fecit: neceſſe eſt vt quemadmodũ ſingulus pater ⁊ ſingulus fili⁹ eſt increat⁹ ⁊ creator: ita ⁊ amor ſingul⁹ ſit increat⁹ ⁊ creator: ⁊ tamẽ oẽs tres ſil' ⁊ nõ plures ſ; vn⁹ increatus ⁊ vn⁹ creator. Patrẽ itaq; nullus facit ſiue creat aut gignit: filium vero pater ſol⁹ gignit: ſ; nõ facit: pater aũt pariter ⁊ fili⁹ nõ faciũt neq; gignunt: ſ; q̃dãmõ ſi ſic dici põt ſpirant ſuũ amorẽ: q̃uis eñ nõ noſtro more ſpiret ſũme incõmutabilis eſſentia: tamẽ ipſum amorẽ a ſe ineffabilit̃ ꝓcedentẽ nõ diſcedendo ab illa ſ; exiſtẽdo ex illa: forſan nõ alio mõ videt̃ poſſe dici apti⁹ ex ſe emittere q̃ ſpirãdo. Qḋ ſi dici põt: ſicut v̈bũ ſũme eẽntie fili⁹ ẽ eius: ita eiuſdẽ amor ſatꝫ ꝯueniẽter appellari poteſt ſpũs ei⁹: vt cũ eẽntialiter ipe ſit ſpũs tanq̃ pater ⁊ fili⁹: illi nõ putẽtur alicui⁹ ſpũs: qꝛ nec pater ab vllo alio eſt: nec fili⁹ a patre q̃ſi ſpirante naſcit̃: iſte aũt eſtimet̃ ſpũs vtriuſq;: qꝛ ab vtroq; ſuo q̃dã ienarrabili mõ ſpirãte mirabiliter ꝓcedit. Qui etiã ex eo qꝛ eſt cõmunio patris ⁊ filij: nõ abſq; rõe q̃ſi ꝓpriũ aſſumere poſſe videt̃ aliqḋ nomẽ qḋ patri filioq; cõmune ſit ſi ꝓprij nois exigit indigẽtia. Qḋ quidem ſi fiat ſcꝫ vt ipſe amor noīe ſpũs quod ſubſtantiã pariter patris ⁊ filij ſignificat: q̃ſi ꝓprio deſignet̃. Ad hoc quoq; non inutiliter valebit: vt p hoc idipſum eſſe qḋ eſt pat̃ ⁊ filius: q̃uis ab illis eſſe ſuũ habeat intuimet̃.

## Quod ſicut fili⁹ eſt eẽntia vel ſapiẽtia patris: eo ſenſu q̃ habeat eandẽ eẽntiã vel ſapiẽtiã quã pat̃: ſic idẽ ſpũs ſit patris ⁊ filij eẽntia ⁊ ſapientia: ⁊ ſimilia: Ca.LVI.

p Oteſt qꝫ queadmodũ fili⁹ eſt ſubſtãtia ⁊ ſapientia ⁊ v̈tus patris: eo ſenſu: qꝛ habet eandem eẽntiã ⁊ ſapiẽtiã ⁊ virtutẽ quã pat̃: ita vtriuſq; ſpũs intelligi eſſentia vel ſapiẽtia vl' virt⁹ patris ⁊ filij qꝛ habet oīno eandẽ quã habẽt illi.

## Quod pater ⁊ filius ⁊ eorum ſpũs pariter ſint in ſe inuicem: Capl'm. LVII.

i Ecundũ eſt intueri in prẽ et filio ⁊ vtriuſq; ſpũ quõ ſint in ſeinuicem tãta equalitate vt null⁹ aliũ excedat. Preter h' eñ

quia vnuſquiſq; eoꝝ ſic eſt pfecte ſum/ma eẽntia: vt tñ oẽs tres ſil' non ſint niſi eẽnta vna ſũma: q̃ nec ſine ſe vel extra ſe nec maior vel minor ſeipſa eſſe pôt. Per ſingulos tñ idipſũ nõ minus valet pbari. Eſt etenim tot⁹ p̃r in filio ꝛ cõmuni ſpũ: ꝛ filius in pa/tre ꝛ eodẽ ſpiritu: ꝛ idẽ ſpũs in p̃re et filio: qꝛ mẽoria ſũme eſſentie tota eſt in ei⁹ intelligẽtia ꝛ amore: et intel/ligẽtia ĩ mẽoria ꝛ in amore: ꝛ amor in mẽoria ꝛ intelligẽtia. Totã quip/pe ſuã memoriã ſumm⁹ intelligit ſpi/ritus ꝛ amat: ꝛ toti⁹ intelligẽtie me/minit ꝛ totã amat: ꝛ totius amoris meminit ꝛ totũ intelligit. Intelligi/tur aũt in memoria pater: in intelli/gẽtia filius: in amore vtriuſq; ſpũs. Tãta igit' pater ꝛ fili⁹ ꝛ vtriuſq; ſpi/ritus equalitate ſeſe complectunt' ꝛ ſunt in ſe inuicẽ: vt eoꝝ nullus aliũ excedere aut ſine eo eſſe pbet'.

## Quod nullus eoꝝ alio indi/geat ad memorandũ vel in/telligendũ vel amandũ: qꝛ ſingulus quiſq; eſt memo/ria et intelligẽtia ꝛ amor: et quicquid neceſſe eſt ineſſe ſũme eſſentie: Ca. LVIII.

Sed in his nullaten⁹ negligen/ter memorie cõmendãdũ qđ ĩtuẽti mihi occurrit exiſtimo. Sic enim neceſſe eſt vt pater intelliga/tur memoria: filius intelligẽtia: ſpũs amor: vt nec pater indigeat filio aut cõmuni ſpiritu: nec filius patre vel eodẽ ſpiritu: ſine idẽ ſpũs p̃re ꝛ filio: quaſi pater p ſe meminiſſe ſolũ poſ/ſit: intelligere aũt nõ niſi p filium: et amare nõ niſi p ſuũ filijq; ſpiritũ: et fili⁹ p ſe intelligere tñ queat: p patrẽ aũt mẽor ſit: ꝛ p ſpiritũ ſuũ amet: et idẽ ſpũs p ſe nõ aliud q̃z amare vale/at: ſ; p̃r illi ſit memor ꝛ fili⁹ illi ĩtelli/gat. Nã cũ ĩ his trib⁹ vnuſquiſq; ſingu/lus ſit ſũma eſſentia ꝛ ſumma ſapiẽ/tia ſic pfecta vt ipſa p ſe memor ſit ꝛ intelligat ꝛ amet: neceſſe eſt vt null⁹ eoꝝ triũ alio indigeat aut ad memo/randũ aut ad intelligendum aut ad amãdũ. Singul⁹ enim q̃ſq; eẽntialit' eſt ꝛ mẽoria ꝛ intelligẽtia ꝛ amor: ꝛ quicq̃d ſũme eſt neceſſe inee eẽntie.

## Quod tamen nõ ſint tres ſed vnus ſeu pater ſeu fili⁹ ſeu vtriuſq; ſpiritus: Capitulum. LIX.

Quandã hic video queſtionẽ occurrere. Nã ſi pater ita eſt intelligentia ꝛ amor ſicut eſt mẽoria: ꝛ fili⁹ ſic eſt mẽoria ꝛ amor quõ eſt intelligẽtia: ꝛ vtriuſq; ſpiri/tus nõ minus eſt mẽoria ꝛ intelligẽ/tia q̃z amor: quõ non eſt pater filius et alicuius ſpũs: ꝛ quare nõ eſt fili⁹ pater ꝛ alicui⁹ ſpũs: ꝛ cur nõ eſt idẽ ſpũs alicui⁹ pater ꝛ alicuius fili⁹: ſic quippe intelligebat' q mẽoria eſſet p̃r: filius ĩtelligẽtia: vtriuſq; ſpũs amor? Veꝝ hec q̃ſtio nõ difficile ſol/uit' ſi ea que iã rõne inuẽta ſũt cõſide/rent'. Idcirco enim nõ eſt pater filius aut alterius ſpũs: licet ſit intelligen/tia ꝛ amor: quia non eſt intelligen/tia genita: aut amor ab aliq̃ pcedẽs: ſed quicq̃d eſt gignẽs eſt tm̃ ꝛ a quo pcedit alius: Fili⁹ quoq; ideo nõ eſt pater aut alicuius ſpũs q̃uis ſeipſo memor ſit ꝛ amet: qꝛ nõ eſt memoria gignẽs aut amor ab alio ad ſilitudi/nẽ ſui ſpũs pcedẽs: ſ; quicq̃d exiſtit tantũ gignit' ꝛ eſt a q̃ ſpũs pcedit. Spiritũ q̃z nõ cogit eſſe patrẽ aut fi/liũ ſ; qꝛ cõtẽt⁹ ẽ mẽoria aut intelligẽ/tia: cũ nõ ſit mẽoria gignẽs aut ĩtelli/gẽtia genita: ſ; ſolũ q̃cq̃d ẽ pcedat. Quid igit' phibet cõcludi: quia vn⁹ tm̃ ẽ ĩ ſũma eẽntia p̃r: vn⁹ fili⁹: vn⁹ ſpũs: ꝛ ſi tres p̃res aut filij aut ſpũs?

## Quod ex his multi filij na/ſci videant': Ca. LX.

Sed ne forte repugnet huic aſ/ſertioni qđ intueor: nã dubi/um eſſe nõ debet: qꝛ pater et

# Monologion



filius ⁊ eoꝝ ſpūs vnuſq̄ſq; ſeipſum et alios ambos dicit ſicut ſe ⁊ alios intelligit. Quare ſi ita eſt: quō nō ſūt in ſumma eēntia tot verba quot ſunt dicētes ⁊ q̄t ſunt qui dicunt? Si enī plures hoīes vnū aliq̄d cogitatione dicāt: tot eius videnꝰ eſſe verba quot ſunt cogitantes qꝛ in ſingulorū cogitatiōibus verbū eius eſt. Itē ſi vnꝰ homo cogitat aliq̄ plura: tot v̄ba ſūt in mēte cogitātis: quot ſunt res cogitate. Sed in hoīs cogitatiōe cū cogitat aliq̄d qđ extra eius mentē eſt: nō naſcit verbū cogitate rei ex ipſa re: qꝛ ipſa abſens eſt a cogitatiōis intuitu: ſ; ex rei aliq̄ ſilitudine vl' imagine que eſt ī cogitātis mēoria: aut forte q̄ tūc cū cogitat ꝑ corporeum ſenſū ex re p̄ſēti ī mētē attrahit. In ſūma vero eēntia ſic ſibi ſemꝑ ſūt p̄ſentes pater ⁊ filius ⁊ eoꝝ ſpūs: Eſt enī ſicut iā ꝑſpectū eſt vnuſq̄ſq; nō minus in alijs q̄ in ſeipō: vt cū inuicem ſe dicūt: ſic videat idem ipſe qui dicit gignere verbū ſuū queadmodū cū a ſeipſo dicit. Quō ergo nihil gignit filiꝰ aut eius patriſq; ſpiritus ſi vnuſq̄ſq; eoꝝ v̄bū gignit ſuū cū a ſeipſo dr vel ab alio? Quot aūt v̄ba ꝓbari poſſunt de ſūma naſci ſubſtātia: tot eā neceſſe eſt ſ̄m ſupiorē cōſiderationē filios gignere ⁊ tot emittere ſpūs. Hac itaq; rōne videnꝰ in illa eſſe: nō ſolū multi patres ⁊ filij ⁊ ꝓcedētes: ſed ⁊ alie neceſſitudines: aut certe pater ⁊ filius ⁊ eoꝝ ſpūs: de q̄bꝰ iā certiſſimū eſt qꝛ vere exiſtūt: nō ſūt tres dicētes: q̄uis ſingulꝰ q̄ſq; ſit dicēs: nec ſūt plra q̄ dicūꝰ vnuſq̄ſq; ſeip̄m ⁊ alios duos dic. Sicut enī ſūme ſapiētie ineſt ſcire ⁊ īteligere: ita vtriq; eterne incōmutabiliſq; ſciētie ⁊ intelligētie naturale eſt id ſemꝑ p̄ſens intueri qđ ſcit ⁊ intelligit. Nihil aūt aliud eſt ſūmo ſpiritui huius dicere q̄ quaſi cogitādo intueri: ſicut noſtre mētis locutio nihil aliđ eſt q̄ cogitātis inſpectio. Certiſſimū autē eſt iā ꝯſiderate rōes reddiderūt q̄c

quid ſumme nature ineſt eēntialiter: id ꝑfecte ꝯuenire patri ⁊ filio et eoꝝ ſpiritui ſingillatim: ⁊ tū idip̄m ſi ſimul dicaꝰ de tribꝰ nō admittere pluralitatē. Cū ergo ꝯſtet qꝛ ſic ꝑtinet ad eius eēntiā: ſciētia ⁊ intelligētia: ſic eius ſcire ⁊ intelligere nō eſt aliđ q̄ dicere: id eſt ſemꝑ p̄ſens intueri qđ ſcit ⁊ intelligit: neceſſe eſt vt queād modū ſingulus pr̄ ⁊ ſingulꝰ filius ⁊ ſingulus eoꝝ ſpūs eſt ſciēs ⁊ intelligēs: ⁊ tū hi tres ſimul nō ſūt plures ſciētes aut intelligētes: ſ; vnus ſciēs ⁊ vnꝰ intelligēs: ita ſingulꝰ q̄ſq; ſit dicēs: nec tū ſunt tres dicētes ſūt: ſ; vnus dicēs. Hinc illud quoq; liquide cognoſci pōt: qꝛ cū hi tres dicunꝰ vl' a ſeip̄is vel ab inuicē: nō ſūt plura que dicunꝰ. Quid nā q̄ ibi dicit niſi eoꝝ eſſentia? Si ergo illa vna ſola eſt: vnum ſolū eſt qđ dicit: ergo vnū ſolū eſt in illis qđ dicit ⁊ vnū qđ dicit. Una q̄ppe ſapiētia eſt q̄ in illis dicit ⁊ vna ſubſtātia q̄ dicit: cōſequiꝰ nō ibi eſſe plura verba ſ; vnū. Licet igit vnuſq̄ſq; ſeip̄m ⁊ oēs inuicē ſe dicāt: impoſſibile tū eſt in ſumma eēntia eſſe v̄bū aliud p̄ter illud de q̄ iam ꝯſtat: qđ ſic naſcit ex eo cuiꝰ ē v̄bū vt etiā vera eius dici poſſit imago ⁊ vere filius eius ſit. In quo mirū quiddam et inexplicabile video. Ecce enī cum manifeſtū ſit vnūquēq; ſcz patrē ⁊ filiū ⁊ p̄ris filijq; ſpiritū pariter ſe et ambos alios dicere ⁊ vnū ſolū ibi eē verbū: nullatenus tū ip̄m v̄bū videt poſſe dici verbū oīm triū ſ; tm̄ vniꝰ eoꝝ. Conſtat enī ip̄m eſſe imaginem et filiū eiꝰ cuiꝰ ē verbū: ⁊ patet q̄ nec imago nec filiꝰ ſuimet nec a ſe ꝓcedētis ſpūs ꝯgrue dici pōt. Nā nec ex ſeip̄o nec ex ꝓcedente a ſe naſcit: nec ſeip̄z aut ꝓcedētē a ſe exiſtēdo imitatur. Seip̄m q̄ppe nō imitat: nec a ſe trahit exiſtēdi ſilitudinē: qꝛ imitatio et ſilitudo nō eſt ī vno ſolo ſ; in pluribus. Illum vero non imitatur nec ad eius ſimilitudinem exiſtit: quia iſte nō habet ab illo eē ſ; ille ab iſto.

## Quō nō ſit ibi niſi vnus vnius: Capl̄m. LXI.

r Eſtat igit̄ h̄ ſolū v̄bū illiꝰ ſoliꝰ ee ꝺ q̄ naſcēdo habet ee: ⁊ ad cuiꝰ oīmodā ſilitudinem exiſtit. Anꝰ ḡ pat̄ nō plēs pr̄es: vnꝰ filiꝰ non plures filij: vnꝰ ꝓcedēs ſpiritꝰ nō plēs ꝓcedētes ſpiritus ſūt in ſūma eēntia. Qui cū ita tres ſint vt nūq̄ꝫ pater ſit filiꝰ aut ꝓcedēs ſpūs: nec filiꝰ aliqñ ſit pat̄ aut ſpūs ꝓcedēs: nec vnq̄ꝫ ſpūs patr̄ aut filij ſit pat̄ aut filiꝰ: ⁊ ſingulꝰ q̄ſq̄ꝫ ſi ſit ꝑfectus vt nullo indigeat: id tū qꝺ ſunt ſic ē vnū: vt ſic̄ de ſingl̄is pluralr̄ dici nō pōt: ita nec ꝺ tribꝰ ſil̄: ⁊ cū parit̄ vnuſq̄ſq̄ꝫ ſeip̄ꝫ ⁊ oēs ī iucē ſe dicāt: nō tū ſt̄ ibi plīa v̄ba ſ; vnū: ⁊ ip̄ꝫ nō ſingloꝝ aut oīm ſil̄ ſ; vniꝰ tantū.

## Q: hoc licet inexplicabile ſit: tū credēdū ſit: C. LXII

v Idet̄ mihi huiꝰ tā ſblimis rei ſecretū trāſcedere oēm ītellectꝰ aciē hūani: ⁊ idcirco conatū explicādi q̄lr̄ h̄ ſit: ꝯtinēdū puto. Sufficere nāq̄ꝫ ꝺbere exiſtimo rē incōp̄chēſibilē īdagāti ſi ad h̄ ratiocinādo ꝑuenerit vt eā certiſſime eē cogſcat: etiā ſi penetrare neq̄at ītellectu quō ita ſit: nec ideirco mīnꝰ his ad habēdā fidei certitudinē q̄ ꝓbationibꝰ neceſſarijs nll̄a alia repugnāte rōe aſſerūt̄ ſi ſue natural̄ altitudinis incōp̄chēſibilitate explicare nō patiāt̄. Quid aūt tā incōp̄chēſibile: tā īeffabile q̄ꝫ id qꝺ ſupra oīa ē? Quaꝓpt̄ ſi ea q̄ ꝺ ſūma eēntia hactenꝰ diſputata ſt̄: neceſſarijs rōnibꝰ ſt̄ aſſerta: q̄uis ſic ītellectu penetrari nō poſſint vt ⁊ v̄bis valeāt explicari: nll̄atenꝰ tū certitudīs eoꝝ nutat ſoliditas. Nā ſi ſupior ꝯſideratio rōnabilr̄ cōp̄chēdit incōp̄chēſibile eē quō eadē ſūma ſapientia ſciat ea q̄ fec: ꝺ q̄bꝰ tā mlta nos ſcire neceſſe eſt: Quis explicet quō ſciat aut dicat ſeip̄ſā: ꝺ q̄ aut nihil aut vix aliq̄d ab hōīe ſciri poſſibile ē? Ergo ſi ī eo qꝺ ſeip̄ā ꝫ: dic̄: generat pat̄: et generat̄ filiꝰ: Generatiōꝫ eiꝰ q̄s enarrabit? Eſa. 53. Sꝫ rurſū ſi ita ſe rō īeffabilitat̄ illiꝰ hꝫ: īmo q: ſic eſt: quō ſtabit q̄cq̄d ꝺ illa ſba ſcd̄m patr̄ ⁊ filij ⁊ ꝓcedēt̄ habitudinē diſputatū ē? Nā ſi v̄ba illꝺ rōe explicitū ē: q̄lr̄ ē illa ineffabil̄? Aut ſi illa īeffabilis ē: quō eſt ita ſic̄ diſputatū ē? Aut q̄dātenꝰ de illa potuit explicari: ⁊ iō nihil ꝓhibet eſſe veꝝ qꝺ diſputatū eſt: Sꝫ q: penitꝰ nō potuit cōp̄hēdi: ideirco ē īeffabil̄. Sꝫ ad illud q̄d rñderi pot̄it: qꝺ iā ſupra ī hac ipſa diſputatiōe ꝯſtitit: q: ſic eſt ſūma eēntia ſupra ⁊ ex̄ oēm aliā naturā vt ſi qñ de illa ꝺr aliq̄d v̄bis q̄ cōia ſt̄ alijs natur̄: ſenſus nll̄atenꝰ ſit cōis. Quem eñi ſenſū ī oībꝰ his verbis q̄ cogitaui intellexi niſi cōem ⁊ vſitatū? Si ḡ vſitatꝰ ſenſꝰ v̄boꝝ alienꝰ ē ab illā: q̄cq̄d rōcinatꝰ ſū: nō ꝑtinet ad illā. Quō igit̄ veꝝ inuētū eſt eſſe aliq̄d de ſūma eēntia: ſi qꝺ eſt inuētū lōge diuſū eſt ab illa? Quid ḡ? An quō inuētū eſt aliq̄d de incōp̄henſibili re ⁊ q̄dāmodo nihil ꝑſpectū ē ꝺ ea? Sepe nāq̄ꝫ mlta dicimꝰ q̄ ꝓp̄e ſicut ſūt nō exp̄mimꝰ: ſ; ꝑ aliud ſignificamus id qꝺ ꝓp̄ie aut volumꝰ aut nō poſſumꝰ dep̄mere: vt cū ꝑ enigmata loq̄mur: Et ſepe videmꝰ aliq̄d nō ꝓp̄ie queādmodū res ip̄a ē: ſ; ꝑ aliquā ſilitudinē aut imaginē: vt cum vultū alicuiꝰ ꝯſideramꝰ in ſpeclo: ſic quippe vnā eādēq̄ꝫ rē dicimꝰ ⁊ nō dicimus: videmꝰ ⁊ nō videmꝰ: dicimus ⁊ videmꝰ: ꝑ aliud nō dicimꝰ et nō videmꝰ ꝑ ſuā ꝓp̄ietatem.

## Quō de ineffabili re veꝝ diſputatū ſit: Ca. LXIII.

b Ac itaq̄ꝫ rōne nihil ꝓhibet ⁊ veꝝ eē qꝺ diſputatū ē hactenus de ſūma natura: ⁊ ip̄am tū nihilominꝰ ineffabilē perſiſtere: ſi nequaq̄ꝫ illa putet̄ ꝑ eſſentie ſue proprietatē exp̄ſſa: ſed vtcunq̄ꝫ ꝑ aliud deſignata. Nam quecunq̄ꝫ nomina

de illa natura dici poſſe videnť: nõ tñ mihi eã oñdũt p ppꝛietatẽ ꝙ per aliquã innuũt ſilitudinẽ. Etenĩ cum eorũ dẽ vocũ ſignificatiões cogito: familiari⁹ ɔcipio mẽte qđ in rebus factis cõſpicio ꝙ id quod oẽm humanũ intellectũ trãſcẽdere intelligo: nã valde min⁹ aliqd: imo longe aliud in mẽte mea ſua ſignificatione ɔſtituũt ꝙ ſit illud ad quod intelligendũ p hãc tenuẽ ſignificationem mẽs ipa mea conať pficere. Nã nec nomẽ ſapientie mihi ſufficit oñdere illđ p qđ oĩa facta ſunt de nihilo et ſeruãť a nihilo: nec nomẽ eẽntie mihi valet exꝓmere illud qđ p ſinglãrẽ altitudinẽ lõge eſt ſupꝛa oĩa: ꝛ p naturalẽ ppꝛietatẽ valde eſt extra oĩa. Sic ğ illa natura ꝛ ĩeffabilis ẽ: qꝛ p verba ſicuti eſt nullaten⁹ valet intimari: ꝛ falſum nõ eſt ſi qđ de illa rõne docente p aliud velut in enigmate põt eſtimari.

## Q p rõnalẽ mentẽ maxime accedať ad cognoſcendũ ſũmã eẽntiã: C. LXIIII

c Um igiť pateat ꝙ nihil de hac natura poſſit pcipi p ſuã ppꝛietatẽ ß p aliud: certũ eſt qꝛ p illud magis ad ei⁹ cognitionẽ accediť qđ illi magꝫ p ſilitudinẽ ꝓpinqt. Quicqđ em inť creata ɔſtat illi eẽ ſimili⁹: id neceſſe eſt eſſe natura pſtãti⁹ Quapropť id ꝛ p maiorẽ ſilitudinẽ pl⁹ iuuat mentẽ indagantẽ ſũme vitati ppinqre ꝛ p excellẽtiorẽ creatã eẽntiã plus docet qđ de creante mẽs ipſa debeat exiſtimare. Proculdubio itaqꝫ tanto alti⁹ creatrix eſſentia cognoſciť: qnto p ppinquiorẽ ſibi creaturã indagať. Nam ꝙ oĩs eẽntia inqntũ eſt: intantũ ſit ſilis ſũme eẽntie: rõ iã ſupꝛa ɔſiderata dubitare nõ ɔmittit. Patet itaqꝫ qꝛ ſicut ſola ẽ mẽs rõnalꝭ inť oẽs creaturas q ad ei⁹ inueſtigationẽ aſſurgere valeat: ita nihilomin⁹ eadẽ ſola eſt p quã maxĩe ipamet ad eiuſdẽ inuẽtionẽ pficere qat. Nã iã cognitũ eſt qꝛ hꝫ illi maxĩe p naturalẽ eſſentie ppinquat ſilitudinẽ. Quid igiť apti⁹ ꝙ qꝛ mẽs rõalis qnto ſtudioſius ad ſe diſcẽdũ itẽdit: tãto efficacius ad illius cognitionẽ aſcendit: ꝛ qnãto ſeipſam intueri negligit: tãto ab eius ſpeculatiõe deſcendit.

## Q mẽs ipſa ſpeculũ ei⁹ et imago eius ſit: C. LXV.

a Ptiſſime igiť ipa ſibimet eẽ velut ſpeculũ dici põt: in q ſpeculeť: vt ita dicã: imaginẽ ei⁹ quã facie ad faciẽ videre nequit. Nã ſi mẽs ipa ſola ex oĩbus q facta ſunt ſui mẽoꝛ ꝛ intelligẽs ꝛ amans eſſe põt: nõ video cur negeť eſſe i illa vera imago illi⁹ eẽntie q p ſui memoriã ꝛ intelligẽtiã ꝛ amorẽ in trinitate ĩeffabili ɔſiſtit. At certe inde veri⁹ eſſe illi⁹ ſe pbat imaginẽ: quia illi⁹ põt eſſe mẽoꝛ: illã intelligere et amare. In q enĩ maioꝛ eſt ꝛ illi ſimilioꝛ: ĩ eo verioꝛ illius eſſe imago cognoſciť. Oĩno aũt cogitari nõ põt rõnali creature naturalr eſſe datum aliqđ tã pcipuũ tã ꝙ ſile ſũme ſapientie ꝙ hoc qꝛ põt reminiſci ꝛ intelligere ꝛ amare id qđ optimũ et maximũ eſt oĩm. Nihil igiť aliud eſt inditum alicui creature qđ ſic pferat imaginẽ creatoꝛis. Conſequi itaqꝫ videť: ꝙ rõnalis creatura nihil tm debet ſtudere ꝙ hãc imaginẽ ſibi p naturalẽ potẽtiã impſſam: p voluntariũ effectũ exprimere: Etenĩ pter hoc ꝙ creanti ſe debet hꝫ ipm qđ eſt. Hinc qꝫ qꝛ nil tã pcipuum poſſe ꝙ reminiſci ꝛ intelligere ꝛ amare ſummũ bonũ cognoſciť: nimiꝝ nihil tã pcipue debere velle ɔuinciť. Quis enĩ neget q cũqꝫ meliora ſũt in poteſtate: ea magis eſſe debere in voluntate? Deniqꝫ rõali nature nõ eſt aliud eſſe rationalẽ ꝙ poſſe diſcernere iuſtũ a nõ iuſto: vex a nõ vo: bonũ a nõ bono: mai⁹ bonũ a min⁹ bono: hoc aũt poſſe oĩno inutile eſt illi

et ſupꝛuscuŭ niſi qđ diſcernit amet
vel reprobet ſecundum vere diſcre/
tionis iudicium.

## Qȝ ratiōalis creatura ad amandŭ illam facta ſit: Caplm. LXVI.

h Hinc itaqȝ ſatꝭ patent videt
omne rōnale ad h̄ exiſtere: vt
ſic rōe diſcretiōis aliqđ mai⁹
vł min⁹ bonŭ ſiue nō bonŭ iudicat:
ita magis aut minus id amet aut re/
ſpuat. Nihil igiť aptius q̄ȝ rōnalem
creaturā ad h̄ eē factā vt ſummā eſ/
ſentiā amet ſup oīa bona ſic ipſa eſt
ſūmŭ bonŭ: imo vt nihil amet niſi il
lā aut ꝓpter illā: qꝛ illa ē bona ꝑ ſe
⁊ nihil aliđ ē bonŭ niſi ꝑ illā. Ama/
re aūt eā neq̄t niſi ei⁹ reminiſci ⁊ eā
ſtuduerit intelligere. Claꝝ ḡ ē rōna
lē creaturā totŭ ſuū velle ⁊ poſſe ad
memoꝛādŭ ⁊ intelligendŭ ⁊ aman/
dŭ ſūmŭ bonŭ impēdere debere: ad
qđ ipm eē ſuŭ ſe coḡſcit habere.

## Qȝ qīa ſemꝑ illā amans aliquādo vere ⁊ btē viuat: Caplm. LXVII.

v Vbiŭ aūt nō eſt aīam huma
nā eē rōnalē creaturā: Ergo
neceſſe eſt eā eſſe factā ad h̄
vt amet ſūmā eſſentiā. Neceſſe eſt
igiť eā eē factā aut ad h̄ vt ſine fine
amet: aut ad h̄ vt aliqñ vł ſpōte vel
violēter hūc amoꝛē amittat. Sȝ ne/
fas eſt eſtimare ſūmā ſapientiā ad h̄
eā feciſſe vt aliqñ tm̄ bonŭ aut ꝯtē/
nat aut volēs tenere aliq̄ violētia ꝑ/
dat. Reſtat igiť eā eē ad h̄ factā vt
ſine fine amet ſūmā eſſentiā: Et hoc
facere nō pōt niſi ſemper viuat. Sic
igiť eſt facta vt ſemꝑ viuat ſi ſemper
velit facere ad qđ facta eſt.

## Qȝ illa ſe amāti ſeipſam retribuat: Ca. LXVIII.

v Einde incōueniēs eſt nimis
ſūme bono ſūmeqȝ ſapiēti: ⁊
oīpotēti creatoꝛi vt qđ fecit
eſſe ad ſe amādŭ: id faciat non eſſe
q̄ȝdiu vere amauerit: ⁊ qđ ſpōte de/
dit nō amāti vt ſemꝑ amaret: id au/
ferat vł auferri ꝑmittat amāti: vt ex
neceſſitate nō amet: p̄ſertim cŭ dubi
tari nullaten⁹ debeat qꝛ ipe oēm na/
turā ſe vere amātem amet. Quare
manifeſtū ē hūane aīe nunq̄ȝ aufer/
ri ſuā vitā ſi ſemꝑ ſtudeat amare ſū
mā vitā. Qualr̄ ḡ viuet? Quid enī
magnū ē lōga vita: niſi ſit a moleſti/
arŭ incurſione vere ſecura? Quiſq̄s
enī dŭ viuit: aut timēdo aut patien
do moleſtijs ſubiacet: aut falſa ſecu/
ritate falliť: q̄d niſi miſere viuit? Si
quis aūt ab his libere viuit: btē vi/
uit. Sȝ abſurdiſſimū eſt vt aliq̄ na/
tura ſemꝑ amando illū q̄ eſt ſumme
bon⁹ ⁊ oīpotēs: ſemꝑ miſere viuat:
liq̄t igiť hūanā aīam hmōi eſſe vt ſi
ſeruet id ad qđ eſt: aliqñ vere ſecu/
ra ab ipa moꝛte ⁊ omī alia moleſtia
btē viuat. Deniqȝ nullaten⁹ veꝝ vi/
deri pōt vt iuſtiſſim⁹ ⁊ potētiſſim⁹
nihil retribuat amāti ſe ꝑſeuerāter:
cui nō amāti cōtulit eēntiā vt amās
eſſe poſſet. Si enim nihil retribuat
amāti: nō diſcernit iuſtiſſimus inter
amantē ⁊ ꝯtēnentē id qđ ſūme ama
ri debet: nec amat amantē ſe: aut nō
ꝓdeſt ab illo amari: q̄ oīa ab illo diſ
ſonāt: retribuit igiť oī ſe amare ꝑſe/
uerāti. Quid aūt retribuit ſi nihilo
dedit rōnalem eēntiā vt amans eēt?
Quid dabit amāti ſi amare nō ceſ/
ſet? Si tā grāde ē qđ amoꝛi famula
tur: q̄ȝ grāde ē qđ amoꝛi recōpēſat.
Et ſi tale eſt amorꝭ fulcimētū: q̄le eſt
amoꝛis emolumētū? Nam ſi rōnalis
creatura q̄ ſibi inutilis eſt ſine h̄ amo/
re ſic eminet in oīb⁹ creaturis: vtiqȝ
nihil pōt eſſe p̄miŭ hui⁹ amoꝛis niſi
qđ ſupeminet in oīb⁹ naturis. Etenī
ipm idē bonŭ qđ ſic ſe amari exigit:
nō min⁹ ſe ab amāte deſiderari co/
giť. Nā q̄s ſic amet iuſticiā: verita/
tē: beatitudinē: icoꝛruptibilitatē: vt
his frui nō appetat? Quid ḡ ſūma
bonitas retribuet amāti ⁊ deſiderān
ti ſe niſi ſeipā? Nā quicq̄d aliđ tri

buat: nō tribuit q2 nec compenſatur amori nec ꝯſolat amantē nec ſaciat deſiderantē. At ſi ſe vult amari ⁊ deſiderari vt aliud tribuat: nec ſe vult amari ⁊ deſiderari ꝑpter ſe: ſ; ꝑpter aliud: ⁊ ſic nō vult ſe amari ſ; aliud: qđ cogitari nefas eſt. Nihil ḡ veri⁹ ē ꝙ oīs aīa rōnalis ſi queadmodū debet ſtudeat amando deſiderare ſūmā btitudinē: aliqñ illā ad fruendū ꝑcipiat: vt qđ nūc videt q̄ſi p ſpeculū ⁊ in enigmate: tūc videat facie ad faciem. 1.Cor.13

## Q oīs hūana aīa ſit inmortal. Capi. LXIX.

Vtrū aūt ea ſine fine fruatur dubitare ſtultiſſimū eſt: qm̄ illa fruens nec timore torq̄ri poterit: nec fallaci ſecuritate decipi: nec ei⁹ indigētiā iā expta illā poterit nō amare: nec illa deſeret amantē ſe: nec aliq̄d erit potēti⁹ qđ eas ſeparet inuitas. Quare q̄cū ꝙ aīa ſūmā btitudine ſemel frui cepit: eēne btā erit. Hinc vtiq; ꝯſequēter colligitur ꝙ illa q̄ ſūmi boni amorē cōtemnit: eternā miſeriā incurrit. Nā ſi dicitᵣ ꝙ ꝑ tali cōtēptu ſic iuſti⁹ puniatur vt ipm̄ eſſe vl vitā ꝑdat: q2 ſe non vtitᵣ ad id ad qđ eſt facta: nullaten⁹ hoc admittit rō: vt poſt tātā culpam ꝓ pena recipiat eē qđ erat ante oēm culpā. Quippe anteq̄ eſſet nec culpā habere nec penā ſentire poterat. Si ḡ aīa ꝯtēnens id ad qđ facta eſt ſic moritur vt nihil ſentiat: aut omnino nihil ſit: ſiliter ſe habebit ⁊ in maxima culpa ſine omni culpa: nec diſcernet ſumme ſapiens iuſticiam inter id qđ nullū bonū pōt: ⁊ nullū malū vult: ⁊ id qđ maximū bonum pōt: ⁊ maximū malū vult: At h̄ ſatꝭ patet q̄ incōueniēs ſit.

## Q aut ſemꝑ miſerā aut aliqñ btā vere ſit: Ca. LXX.

Nihil igitᵣ videri pōt ꝯſequētius ⁊ nihil credi debet certi⁹ q̄ hoīs aīam ſic eſſe factā: vt ſi ꝯtēnat amare ſūmā eēntiā: eēnā patiatᵣ miſeriam: vt ſic amās eterno gaudebit p̄mio: ita ꝯtēnēs eterna pena doleat: Et ſic illa ſentiat inmutabilem ſufficientiā: ita iſta ſentiat inconſolabilē indigentiam. Sed nec amantē animā neceſſe eſt eterne beatam eſſe: nec cōtēnentē miſeram ſi ſit mortalis. Siue igitur amet ſiue contēnat: id ad qđ amandū creata eſt: neceſſe eſt eam immortalem eſſe. Si aūt aliq̄ ſūt aīe rōnales q̄ nec amantes nec contēnentes iudicande ſint: ſicut eſſe videntur anime infantum: quid de his ſentiendum eſt? Sunt mortales ſiue imortales? Sed procuidubio omnes hūane anime eiuſdem nature ſunt: Quare qm̄ cōſtat quaſdam eſſe imortales: neceſſe eſt omnē animā eſſe imortalē. Verū cū omne qđ viuit aut nunq̄ aut aliqñ ſit vere ſecurū ab omni moleſtia: nihilomin⁹ eſt neceſſe omnē humanā animā aut ſemꝑ miſerā eſſe: aut aliquādo vere beatam.

## Q nulla anima iniuſte priuetᵣ ſūmo bono et ꝙ omnino ad ipſum ſit: Capitm̄ LXXI.

Que vero anime incunctanter iudicāde ſunt ſic amātes illud ad qđ amandum facte ſunt vt illo quādoq; frui: que aūt ſic contemnētes vt illo ſemper indigere mereantur: aut qualiter quo ve merito ille que nec amātes nec contemnētes dici poſſe videntᵣ: ad beatitudinē eternā miſeriā ve diſtribuantur: aliquem mortalium diſputādo poſſe comprehendere: procuidubio vel difficillimū vel impoſſibile exiſtimo: qđ tam a ſumme iuſto ſumme q̄ bono creatore rerū nulla eo bono ad qđ facta eſt iniuſte priuetᵣ certiſſime eſt tenendū: ⁊ ad idem ipſum bonū eſt omni homini toto corde: tota anima: tota mēte amando ⁊ deſiderando nitendum.

**Q ſumma eēntia ſit ſperanda: Ca. LXXII.**

Sed in hac intentione hūana aīa nullaten⁹ ſe poterit exercere ſi deſperet quo intēdit ſe poſſe puēire. Quapropꝯ q̄ntū illi ē vtile ſtudiū ad nitēdū: tātū neceſſaria eſt ſpes ꝑtingēdi. Amare autē et ſperare nō pōt qđ nō credit. Expedit itaqꝫ eidē hūane aīe ſūmā eſſentiā ⁊ ea ſine quib⁹ illa amari nō pōt credere: vt illa credēdo tēdat ī illā: Qđ idē apte breui⁹qꝫ ſignari poſſe puto ſi ꝑ eo qđ eſt credēdo tēdere in ſummā eēntiā: dicaꝶ credere in ſummā eēntiā. Nā ſi quis dicat ſe credere in illā: ſatis videꝶ oſidere ⁊ per fidē quā ꝓfiteꝶ ad ſummā ſe tēdere eſſentiā: ⁊ illa ſe credere que ad hāc pertinēt intentionē: nā nō videꝶ credere in illā ſiue qui credit qđ attendendū in illā nō ꝑtinet: ſiue qui ꝑ hꝰ qđ credit nō ad illā tēdit.

**Q credendū ſit in illam Caplm. LXXIII.**

Et fortaſſe indifferenter dici pōt credere in illā ⁊ ad illā: ſicꝫ ꝑ eodē accipi pōt credēdo tēdere in illā ⁊ ad illā: niſi qꝛ quiſqs tēdendo ad illam puenerit: non extra illā remāebit: ſꝫ intra illā ꝑmanebit: Qđ expꝛſſius ⁊ familiari⁹ ſignificaꝶ ſi diciꝶ tendēdū eē in illā q̄ꝫ ſi dr̄ ad illā. Hac itaqꝫ rōe puto ꝯgruēti⁹ poſſe dici credēdū eē ī illā q̄ꝫ ad illā.

**Q in patrē ⁊ filiū ⁊ eorū ſpiritū pariter ⁊ in ſinglos et ſimul in tres credendum ſit: Caplm. LXXIIII.**

Credendū igiꝶ eſt ꝑiter ī patrē ⁊ filiū ⁊ eoꝝ ſpiritū ⁊ in ſinglos ⁊ ſil' ī tres: qꝛ ⁊ ſingulus paꝶ ⁊ ſingulus fili⁹ ⁊ ſingl's eoꝝ ſpūs eſt ſūma eēntia: ⁊ ſil' paꝶ ⁊ fili⁹ cū ſuo ſpū ſūt vna eadēqꝫ ſūma eſſētia: ī quā ſolā oīs hō debet credere: qꝛ eſt ſol⁹ finis quem in oī cogitatu actuqꝫ ſuo ꝑ amorē debet intēdere. Vn̄ manifeſtū eſt qꝛ ſicꝫ ī illā tēdere niſi credat illā nll's pōt: ita illā credere niſi tēdat ī illā nulli ꝓdeſt.

**Que ſit viua que mortua fides: Ca. LXXV.**

Quapropꝯ q̄ntacūqꝫ certitudīe credaꝶ tāta res: īutil' erit fides ⁊ q̄ſi mortuū aliq̄d niſi dilectiōe valeat ⁊ viuat. Etenī nullaten⁹ fidē illā quā cōpetēs comitatur dilectio ſi ſe oportunitas offerat operādi ocioſā eē: ſꝫ magꝫ ſe q̄dam opeꝝ exercere freq̄ntia: qđ ſine dilectiōe facere nō poſſit: vl' hoc ſolo ꝓbari pōt: qꝛ qđ ſūmā iuſticiā diligit nihil iuſtū ꝯtēnere: nihil valet iniuſtū admittere. Ergo qm̄ qđ aliquid opaꝶ ineſſe ſibi vitā: ſine q̄ opari nō valere oſidit: nō abſurde diciꝶ operoſa fides viuere: qꝛ habet vitā dilectiōis ſine q̄ non opareꝶ: ⁊ ocioſa fides nō viuere: qꝛ caret vita dilectionis cū q̄ nō ociareꝶ. Quare ſi cec⁹ diciꝶ nō tm̄ q̄ ꝑdidit viſū: ſꝫ q̄ cū debet hr̄e nō habet: cur nō ſilr̄ pt dici fides ſine dilectiōe mortua: nō qꝛ vitā ſuā id eſt dilectionē ꝑdiderit ſꝫ qꝛ nō habet quā ſemꝑ habere dbet. Queadmodū igiꝶ illa fides q̄ ꝑ dilectionem opaꝶ viua eē cognoſciꝶ: ita illa q̄ ꝑ ꝯtēptū ociaꝶ mortua eē ꝯuinciꝶ. Satꝭ itaqꝫ ꝯuenienꝯ dici pōt viua fides credere ī id in q̄ credi debet: mortua vō fides credere tm̄ id qđ credi dꝫ.

**Q tres ſumma eſſentia quodāmodo dici poſſit: Caplm. LXXVI.**

Ecce patet oī hoī expedire vt credat ī quādā ineffabilē trinā vnitatē ⁊ vnā trinitatē. Vnā q̄dē ⁊ vnitatē ꝓpꝯ vnā eēntiam: trinā vō ⁊ trinitatē ꝓpter tres: neſcio q̄d: licet enī poſſim dicere trinitatē ꝓpter patrē ⁊ filiū ⁊ vtriuſqꝫ ſpiritū q̄ ſūt tres: nō tn̄ poſſū ꝓferre vno noīe ꝓpꝯ q̄d tres: velut ſi dicerē ꝓpꝯ tres ꝑſonas: ſicut ſi dicerem

vnitatē ꝓpᷣ vnā ſubſtātiā. Nō eñi putāde ſc̄ tres pſone: q2 oēs plures pſone ſic ſubſiſtūt ſeparatim abinuicē: vt tot neceſſe ſit eſſe ſbſtātias q̄t ſunt pſone: qḋ in plib⁹ hoib⁹ q̇ quot pſone tot indiuidue ſūt ſubſtātie: cognoſcit̄. Quare in ſūma eēntia ſicut nō ſc̄ plres ſbſtātie: ita nec plres pſone. Si q̇s itaq3 inde velit alicui loq̄ q̇d tres dicet eſſe patrē ⁊ filiū ⁊ vtriuſq3 ſpiritū: niſi forte indigētia noīs ꝓprie ꝯuenientis coact⁹ elegerit aliqḋ de illis noīb⁹ q̄ plraliter in ſūma eēntia dici nō poſſint: ad deſignādū id qḋ cōgruo noīe dici nō pōt: vt ſi dicat illā admirabilē trinitatem eſſe vnā eēntiā vl̄ naturā ⁊ tres pſonas ſiue ſbſtātias. Nā h̄ duo noīa apti⁹ eligūt̄ ad deſignādā pluralitatem ī ſūma eēntia: q2 pſona non ḋr niſi de īdiuidua rōali natura: ⁊ ſbſtātia pͥncipalr̄ dicit̄ de indiuiduis q̄ maxime in plralitate ſbſiſtūt. Indiuidua nāq3 maxīe ſubſtant: id eſt ſubiacēt accidētib⁹: ⁊ iō magl ꝓprie nomē ſubſtātie ſuſcipiūt. Vn̄ iā ſupra manifeſtū eſt ſūmā eēntiā q̄ nllis ſbiacet accidētib⁹: ꝓpē nō poſſe dici ſbſtātiā niſi ſbſtātia ponat̄ ꝓ eēntia. Pōt ḡ hac neceſſitatis rōne irrephēſibilit̄ illa ſumma ⁊ vna trinitas ſiue trina vnitas dici vna eēntia ⁊ tres pſone ſiue tres ſubſtātie. Videt̄ ḡ imo incōctanē aſſerit̄. Quia xp̄o nihil ē id qḋ dicit̄ de⁹: ⁊ huic ſoli ſūme eēntie ꝓprie nomē dei aſſignat̄. Quippe oīs q̄ deū eſſe dic̄: ſiue vnū ſiue plureſ: nō intelligit niſi aliq̄ſ ſubſtantiā quā eēſet ſupra oēs naturā q̄ de⁹ nō eſt ab hoīb⁹ ⁊ venerādā ꝓpter eius eminētē dignitatē: ⁊ exorādā ſibi ꝓpter quālibet īminentē neceſſitatē.

## Q2 ipſa dominet̄ omnib⁹ et regat omnia ⁊ ſit ſol⁹ deus: Capłm. LXXVII.

q Vid aūt tā ꝓ ſua dignitate venerādū ⁊ ꝓ q̄libet re depcandū: q̄ ſumme bon⁹ ⁊ ſūme potēs ſpūs qui dn̄at̄ oībus ⁊ regit oīa? Sic eñi ꝯſtat q2 oīa p ſūme bonā ſūmeq3 ſapientē oīpotētiā ei⁹ facta ſūt ⁊ vigēt: ita nimis īcōueniens eſt ſi eſtimet̄ q rcb⁹ a ſe factis ipſe nō dn̄et̄: ſiue q facte ab illo: ab alio minus potēte minuſve bono vel ſapiēte aut nlla penit⁹ rōne: ſ ſola caſuū inordinata volubilitate regant̄: cum ille ſolus ſit p quem cuilibet et ſine q̄ nlli bene eſt: ⁊ ex q̄ ⁊ p quē et ī q̄ ſūt oīa. Cū igit̄ ſol⁹ ſit ipſe nō ſolū bon⁹ creator ſ ⁊ potētiſſim⁹ dn̄s et ſapiētiſſim⁹ rector oīū: liquidiſſimū eſt hūc ſolū eſſe quē oīs alia natura ſcōm totū ſuū poſſe debet diligēdo venerari ⁊ venerādo diligere: de q̄ ſolo pſpera ſūt ſperāda: ad quē ſolū ab aduerſis fugiēdū: cui ſoli p quauis re ſupplicandū. Vere igit̄ h̄ eſt nō ſolū de⁹: ſ ſolus deus ineffabiliter trin⁹ ⁊ vnus.

## Beati Anſelmi liber qui Monologion preſcribitur explicit.

## Eiudē beati Anſelmi abbatis Beccenſis in librum quē preſcripſit proſologion: Prologus.

p Oſtquā opuſculū. q̄dam velut exēplum meditādi de ratione fidei: cogētib⁹ me pcib⁹ quorundam fratrū in pſona alicui⁹ tacite ſecū ratiocinādo q̄ neſciat inueſtigātis edidi: ꝯſiderās illud eſſe multoꝝ ꝯcatenatiōe ꝯtextū argumētoꝝ: cepi mecū q̄rere ſi forte poſſet īueniri vnū argumētū qḋ nullo alio ad ſe ꝓbādū q̄ ſe ſolo indigeret: ⁊ ſolū ad aſtruendū: q2 de⁹ vere eſt: ⁊ q2 eſt ſūmū bonū nullo alio indigēs: ⁊ q̄ oīa indigēt vt ſint ⁊ vt bn̄ ſint ⁊ queq3 credim⁹ de diuina ſubſtātia: ſufficeret. Ad qḋ cū ſepe ſtudioſeq3 cogitationē ꝯuerterē: atq3 aliq̄ñ mihi videret̄ iā capi poſſe: qḋ

querebā: aliqñ mētis aciē oīno fuge-
ret: tandē deſperās volui ceſſare ve-
lut ab inquiſitiōe rei quā īueniri eſ-
ſet īpoſſibile. Sed cū illā cogitatio-
nem ne mentē meā fruſtra occupan-
do ab alijs in quibꝰ ꝓficere poſſem
impediret: penitꝰ a me vellē exclude-
re: tūc magis ac magis nolēti ꝛ diffi-
dēti ſe cepit cū īportunitate quadā
ingerere. Quadam igitᷣ die cū vehe-
mēter eius īportunitati reſiſtēdo fa-
tigarer: ī ipo cogitationū ꝯflictu ſic
ſe obtulit qḋ deſperauerā: vt ſtudio-
ſe cogitationē āplecterer quā ſollici-
tus repellebā. Eſtimans igitᷣ qḋ me
gaudebā īueniſſe ſi ſcriptū eſſet ali-
cui legēti placiturū: de hoc ipſo ꝛ qui-
buſdā alijs ſub pſona conātis erige-
re mentē ſuā ad ꝯtēplandū deum ꝛ
querētis intelligere qḋ credit: ſubdi-
tū ſcripſi opuſculū. Et quia nec iſtud
nec illud cuiꝰ ſupra memini dignū li-
bri noīe aut cui auctoris ꝑponeretᷣ no-
mē iudicabā: nec tñ eadē ſine aliq̄ ti-
tulo q̄ aliquē in cuiꝰ manus venirēt
q̄dāmō ad ſe legēdū inuitarēt dimit-
tenda putabā: vnicuiqꝫ ſuū dedi ti-
tulū: vt priꝰ exēplū meditādi de rōe
fidei: ꝛ ſequēs fides querēs intelle-
ctū diceretᷣ. Sꝫ cū iā a pluribus cū
his titulis vtrūqꝫ tranſcriptū eſſet:
coegerunt me plures: ꝛ maxīe reue-
rendus archiepūs lugdunenſis: hugo
noīe: fungēs ī gallia legatiōe aplica
ꝑcepit auctoritate vt nomen meū ill'
preſcriberē. Quod vt aptius fieret: illḋ
quidē monologion: id eſt ſoliloqui-
um: iſtud vero ꝓſlogion: id eſt al-
loquium noīaui.

## Explicit prologus.

## Capitulorum libri ꝓſlogion beati Anſelmi annotatio.


Ca. j De excitatiōe mentis ad ꝯtēplādū deum.
ij Quod vere ſit deus.
iij Quod nō poſſit cogitari nō eē deū.
iiij Quō inſipiēs dixit in corde ſuo qḋ cogitari nō pōt.
v Quod deꝰ ſit quicqd meliꝰ eſt eē q̄ non eſſe: ꝛ ſolus exiſtēs p ſe oīa alia facit de nihilo.
vj Quō ſit ſenſibilis cū non ſit corpus.
vij Quō ſit omnipotēs cū multa nō poſſit.
viij Quō ſit mīſericors ꝛ īpaſſibil'.
ix Quō totꝰ iuſtus ꝛ ſūme iuſtus parcat malis ꝛ qḋ iuſte misereatᷣ malis.
x Quō iuſte puniat: ꝛ iuſte parcat malis.
xj Quō vniuerſe vie dñi miſericordia ꝛ veritas: ꝛ tñ iuſtꝰ dñs in oībus vijs ſuis.
xij Quod deꝰ ſit ipa vita qua viuit: ꝛ ſic de ſimilibꝰ.
xiij Quō ſolus ſit incircūſcriptꝰ et eternus: cū alij ſpūs ſint incircūſcripti ꝛ eterni.
xiiij Quō ꝛ cur videatᷣ ꝛ nō videatᷣ deꝰ a querentibꝰ eū.
xv Quod maior ſit q̄ꝫ cogitari poſſit.
xvj Quod hec ſit lux inacceſſibilis q̄ inhabitat.
xvij Quod ī deo ſit harmonia: odor: ſapor: lenitas: pulchritudo ſuo ineffabili mō.
xviij Quod in deo nec ī eternitate eiꝰ que ipſe eſt: nulle ſint ptes.
xix Quod nō ſit ī loco aut tēpore ſꝫ oīa ſint in illo.
xx Quod ſit an̄ ꝛ vltra oīa etiā eterna.
xxj An hoc ſit ſeculū ſeculi ſiue ſecula ſeculorum.
xxij Quod ſolus ſit qḋ eſt ꝛ qui eſt.
xxiij Quod hoc bonū ſit pariter pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus: ꝛ hoc ſit vnū neceſſarium qḋ eſt oē ꝛ totū ꝛ ſolū bonum.
xxiiij Coniectatio quale ꝛ q̄ntum ſit hoc bonū.
xxv Que ꝛ quāta bona ſint fruētibus eo.
xxvj An hoc ſit gaudiū plenū qḋ ꝓmittit deus.

Beati Anſelmi abbatis
Beccẽſiſ: poſt archiepĩ can
tuarienſis: liber qui inſcri/
bitur ꝓſologion incipit.

## De excitatiõe mentis ad ꝯtemplandũ deũ: Ca. I.

**Ia nunc**
homũcio: fuge paulu/
lũ occupatiões tuas:
abſconde te modicũ a
tumultuoſis cogitatio
nib⁹ tuis. Abijce nũc
onerosas curas: ⁊ poſtpone laborio
ſas diſtẽſiones tuas: Uaca aliquan
tulũ deo: ⁊ requieſce aliquãtulũ in
eo: Intra in cubiculũ mẽtis tue: exclu
de oĩa preter deũ: ⁊ q̃ te iuuẽt ad q̃/
rendũ eũ: ⁊ clauſo oſtio quere eum.
Dic nunc totũ cor meũ: dic nũc deo:
Quero vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe re
quiro. Eia nũc ergo tu dñe de⁹ me⁹
doce cor meũ vbi ⁊ quomõ te q̃rat:
vbi ⁊ quomõ te inueniat. Dñe ſi nõ
es hic: vbi te querã abſentem? Si er/
go vbiq; es: cur te nõ video p̄ſentẽ?
Sed certe habitas lucẽ inacceſſibi/
lẽ. Et vbi ẽ dñe lux inacceſſibil᷑: aut
quomõ accedam ad lucẽ inacceſſibi/
lem: aut quis me ducet aut inducet
in illã vt videam te in illa? Dein de
quib⁹ ſignis: qua facie te querã? Nũ/
quã te vidi dñe de⁹ me⁹: nõ noui fa/
ciẽ tuã. Quid faciet altiſſĩe dñe: q̃d
faciet iſte tu⁹ longinqu⁹ exul? Quid
faciet ſeru⁹ tuus anxius amore tui: ⁊
lõge ꝓiectus a facie tua? Anhelat
videre te: ⁊ nimiſ abeſt illi facieſ tua.
Accedere ad te deſiderat: ⁊ inacceſ/
ſibilis eſt habitatio tua. Inuenire te
cupit: ⁊ neſcit locũ tuũ. Querere te
affectat ⁊ ignorat vultũ tuum. Dñe
deus meus es tu: et dominus deus
meus es: ⁊ nunq̃ te vidi. Tu me fe/
ciſti et refeciſti: et omnia mea bona
tu mihi contuliſti ⁊ nondũ noui te.
Deniq; ad te videndũ factus ſum ⁊
nõdũ feci ꝓpter qd̾ factus ſum. O
miſera ſors hoĩs cũ hoc ꝑdidit ad
qd̾ factus eſt. O dur⁹ ⁊ dirus caſus
ille: Heu q̃d ꝑdidit: ⁊ quid inuenit:
quid abſceſſit: et q̃d remãſit? Per/
didit beatitudinẽ ad quã factus eſt:
et inuenit miſeriã ꝓpter quã factus
nõ eſt. Abſceſſit ſine q̃ nihil felix eſt
⁊ remãſit qd̾ per ſe nõ niſi miſerum
eſt. Mãducabat tũc homo panẽ an
gelorũ quẽ nũc eſurit: mãducat nũc
panem dolorum: quem tunc neſcie/
bat. Heu public⁹ luctus hominum
vniuerſalis planctus filiorum ade.
Ille ructabat ſaturitate: nos ſuſpira
mus eſurie. Ille abundabat: nos mẽ
dicam⁹. Ille qd̾ feliciť tenebat: mi/
ſere deſeruit: nos infeliciter egemus:
et miſerabiliter deſideramus: ⁊ heu
vacui remanem⁹. Cur nõ nobis cu/
ſtodiuit cũ facile poſſet quo tã gra/
uiter caremus? Quare ſic nobis ob/
ſerauit lucem ⁊ obduxit nos tene/
bris? At quid abſtulit nobis vitã:
⁊ inflixit mortẽ? Erũnoſi: vnde ſu/
mus expulſi? quo ſum⁹ impulſi? vn/
de precipitati? quo obruti? A patria
in exilium: a viſione dei in cecitatem
noſtrã: a iocunditate ĩmortalitatis
in amaritudinẽ ⁊ horrorẽ mortis.
Miſera mutatio: de quanto bono in
quãtũ malũ. Graue damnũ: grauis
dolor: graue totum. Sed heu me mi
ſerum vnũ de alijs miſeris filijs eue
elongatis a deo: quid incepi? quid
effeci? quo tendebam? quo deueni?
ad quid aſpirabam? in quibus ſuſpi
ro? Queſiui bona: ⁊ ecce turbatio.
Tendebam in deum: ⁊ offendi me
ipm. Requiẽ querebam in ſecreto
meo: ⁊ tribulationẽ ⁊ dolorẽ ĩueni ĩ
intimis meis. Uolebã ridere a gau/
dio mentis mee: ⁊ cogor rugire a ge/
mitu cordis mei. Sperabať leticia ⁊
ecce vnde denſent ſuſpiria. Et o tu
dñe vſq; quo? Uſq; quo dñe obliui/
ſceris nos: vſq; quo auertis faciẽ tu/
am a nobis? Quando reſpicies ⁊ ex
audies nos? quando illuminabis

oculos nr̃os ⁊ oſtendes nobis faciē
tuā? Qñ reſtitues te nobis? Reſpi/
ce dñe: exaudi: illumina nos: oſtende
nobis teipm̃: Reſtitue te nob̃ vt be/
ne ſit nobis: ſine q̃ tā male eſt nob̃:
Miſerare labores ⁊ conat⁹ nr̃os ad
te q̃ nihil valem⁹ ſine te. Inuita nos:
adiuua nos. Obſecro dñe ne deſperē
ſuſpirādo: ſ; reſpirem ſperādo. Ob/
ſecro dñe amaricatū eſt cor meū ſua
deſolatiōe: indulcora illud tua ɔſo/
latiōe. Obſecro dñe eſuriēs incepi q̃/
rere te: ne deſinā ieiun⁹ de te: fame/
lic⁹ acceſſi: ne recedā impaſt⁹. Pau/
per veni ad diuitem: miſer ad miſeri/
cordē: ne redeā vacuus ⁊ ɔtēpt⁹. Et
ſi anteq̃ʒ comedā ſuſpiro: da vel poſt
ſuſpiria qđ comedā. Dñe incuruat⁹
nō poſſū niſi deorſum aſpicere: erige
me vt poſſim ſurſū intēdere. Iniq̃ta
Ps. 37. tes mee ſup greſſe ſūt caput meū: ob
uoluūt me; ⁊ ſic onus graue grauāt
me. Euolue me: exonera me: ne vrge/
at puteus ſup me os ſuū: Liceat
mihi ſuſpicere lucē tuā vl' d̄ lōge vl'
de pfūdo. Doce me q̃rere te: ⁊ oſten
de te querēti: q2 nec q̃rere te poſſum
niſi tu doceas me: nec inuenire niſi te
oñdas. Querā te d̄ſiderādo: d̄ſide/
rē q̃rēdo: īueniā amādo: amē īueni
endo. Fateor dñe ⁊ grãs ago q2 crea
ſti ī me hāc imaginē tuā vt tui mēor
ſim: te cogitē: te amē; Sʒ ſic eſt aboli
ta attritiōe vitioꝝ: ſic ē offuſcata fu/
mo petōꝝ vt nō poſſit facere ad qđ
facta eſt niſi tu renoues ⁊ reformes
eā. Nō tēpto dñe penetrare altitu/
dinē tuā: q2 nullaten⁹ cōparo illi in
tellectū meū: ſ; deſidero aliquaten⁹
intelligere veritatē tuā quā credit ⁊
amat cor meū. Neq; eñ q̃ro intelli/
gere vt credā: ſ; credo vt intelligā:
Nā ⁊ h̄ credo: q2 niſi credidero non
intelligā.

## Q2 vere ſit deus: Ca. II.

e Ergo dñe qui das fidei intel/
lectū: da mihi vt q̃ntū ſcis ex
pedire intelligā: q2 es ſicē cre
dim⁹ ⁊ h̄ es qđ credim⁹. Et quidem
credim⁹ te eſſe aliq̃d q̃ nihil mai⁹ co
gitari poſſit: An ḡ non eſt aliq̃ talis
natura: q2 dixit inſipiēs in co: de ſuo Ps. 13.
nō eſt de⁹? Sʒ certe idē ipe inſipiēs
cū audit h̄ ipm̃ qđ dico: aliq̃d q̃ ma/
ius nihil cogitari pōt: ītelligit quod
audit: ⁊ qđ intelligit in intellectu ei⁹
eſt etiam ſi non intelligat illud eſſe.
Aliud eſt eñ rē eſſe ī intellectu: ali/
ud intelligere rē eſſe. Nā cū pictor
p̄cogitat q̄ factur⁹ eſt: habet quidē
in intellectu: ſ; nōdū eē intelligit qđ
nōdū fecit. Cū ṽo iā pinxit ⁊ habet
ī intellellectu: ⁊ īntelligit eē qđ iā fec̄.
Cōuincit̄ ḡ ⁊ iā inſipiēs: eſſe vel in
intellectu aliq̃d q̃ nihil mai⁹ cogitari
pōt: q2 h̄ cū audit intelligit: ⁊ q̃cq̃d
intelligit̄: ī intellectu eſt. Et certe id
q̃ maius cogitari neq̃t: nō pōt eſſe in
intellectu ſolo. Si eñ vl' in ſolo ītel
lectu eſt: pōt cogitari eſſe ⁊ in re qđ
mai⁹ eſt. Si ḡ id q̃ mai⁹ cogitari nō
pōt ē ī ſolo intellectu: idipm̃ q̃ mai⁹
cogitari nō pōt: eſt q̃ maius cogitari
pōt. Sʒ certe h̄ eſſe nō pōt. Exiſtit ḡ
p̄culdubio aliquid q̃ mai⁹ cogitari
nō valet ⁊ in intellectu ⁊ in re.

## Q2 non poſſit cogitari nō eſſe: Caplm̃. III.

q Quod vtiq; ſic vere eſt vt nec
cogitari poſſit nō eſſe. Nam
poteſt cogitari eſſe aliq̃d: qđ
nō poſſit cogitari nō eſſe: qđ maius
eſt q̃ʒ quod non eſſe cogitari poteſt.
Quare ſi id qđ maius nequit cogi/
tari: pōt cogitari nō eſſe: idipm̃ quo
maius cogitari neq̃t: nō eſt id q̃ ma/
ius cogitari neq̃t: qđ ɔuenire nō p̄t.
Sic ḡ vere eſt aliq̃d quo maius cogi
tari nō pōt vt nec cogitari poſſit nō
eſſe: Et h̄ es tu dñe de⁹ noſter. Sic ḡ
vere es dñe de⁹ meus: vt nec cogita/
ri poſſis nō eſſe. Et merito. Si enim
aliq̃ mēs poſſet cogitare aliq̃d meli/
us te: aſcēderet creatura ſup creato/
rē: ⁊ iudicaret de creatore: qđ valde
eſt abſurdū. Et quidē q̃cquid eſt ali
ud p̄ter te ſolū: pōt cogitari nō eſſe.

 

Solus igit' veriſſime es oīm ⁊ iō maxime oīm habes eſſe: q: quicq̄d aliđ eſt: nō ſic ē vere: ⁊ iccirco min⁹ habet
Pſ.52. eſſe. Cur itaq̄ dixit inſipiēs in corde ſuo: nō eſt de⁹: cū tam in pmptu ſit rōnali mēti te maxīe oīm eſſe? Cur: niſi q: ſtultus ⁊ inſipiēs.

## Quō inſipiēs dixit ī corde ſuo qđ cogitari nō pōt: Capitm. IIII.

Ex quō dixit in corde quod cogitare nō potuit: aut quō cogitare nō potuit qđ dixit ī corde: cū idē ſit: dicere in corde ⁊ cogitare? Qđ ſi vere: īmo q: vere: ⁊ cogitauit q: dixit in corde: ⁊ nō dixit ī corde: q: cogitare ñ potuit. Nō vno tantū mō dr aliqđ in corde vel cogitat'. Aliter eñ cogitat' res: cum vox eā ſignificās cogitat': aliť cū id ipm qđ res eſt intelligit'. Illo itaq̄ mō pōt cogitari deus nō eſſe: iſto vero minime. Null⁹ quippe intelligēs id qđ de⁹ eſt: pōt cogitare qđ deus nō eſt: licet hec verba dicat in corde: aut ſine vlla aut cū aliqua extranea ſignificatiōe. Deus eñ eſt id q̄ mai⁹ cogitari nō pōt. Qđ qui bñ intelligit: vtiq̄ intelligit idipm ſic eſſe vt nec cogitatiōe queat nō eſſe. Qui ḡ intelligit ſic eſſe deū: nequit eū non eē cogitare. Grās tibi bone dñe: gratias tibi: q: qđ pri⁹ credidi te donāte: iā ſic intelligo te illuminante: vt ſi te eſſe nolim credere: non poſſim non intelligere.

## Q deus ſit quicquid melius eſt eſſe q̄ȝ non eſſe: et ſolus exiſtēs per ſe: omnia alia facit de nihilo: Ca. V.

Quid igit' es dñe deus q̄ nihil mai⁹ valet cogitari? Sed qđ es: niſi id qđ ſūmū oīm ſolū exiſtēs p ſeipm: oīa alia fecit de nihilo? Quicqđ eñ h̄ nō eſt: min⁹ ē q̄ȝ cogitari poſſit: Sȝ hoc de te cogitari nō pōt: Qđ ḡ bonū deeſt ſūmo bono per qđ ē oē bonū? Tu es itaq̄ iuſt⁹: verax: beat⁹: ⁊ quicqđ melius eſt eſſe q̄ȝ nō eſſe: Meli⁹ nāq̄ ē eſſe iuſtum q̄ȝ non iuſtum: beatū q̄ȝ non beatum.

## Quō ſit ſenſibilis cū non ſit corpus: Ca. VI.

Ex cū meli⁹ ſit eſſe ſenſibilē: oīpotentē: miſcordē: īpaſſibilem: q̄ȝ nō eē: quō es ſenſibilis ſi nō es corp⁹? aut oīpotēs ſi oīa nō potes: aut miſericors ſil' ⁊ impaſſibilis? Nā ſi ſola corporea ſunt enſibilia: q̄m ſenſus circa corp⁹ et in corpore ſūt: quō es ſenſibilis cum nō ſis corp⁹: ſȝ ſūm⁹ ſpūs q̄ corpore melior eſt? Sed ſi ſentire non eſt niſi cognoſcere: aut nō niſi ad cognoſcēdū ē: Qui eñ ſentit cognoſcit ſcđm ſenſuū pprietatē: vt p viſū colores: p guſtū ſapores: non incōuenienter dicit' aliq̄ mō ſentire quicqđ aliq̄ mō cognoſcit. Ergo dñe q̄uis nō ſis corp⁹: vere tñ eo mō ſūme ſenſibil' es quo ſūme oīa cognoſcis: nō quo animal corporeo ſenſu cognoſcit.

## Quō ſit oīpotens cū multa nō poſſit: Ca. VII.

Sed ⁊ oīpotens quō es ſi oīa nō potes? Aut ſi non potes corrūpi: nec mētiri: nec facere verū eſſe falſū: aut qđ factū eſt nō eē factū: ⁊ plura ſimilia: quō potes oīa? An hoc poſſe nō eſt potētia ſȝ impotentia? Nā qui hoc pōt qđ ſibi nō expedit: ⁊ qđ nō debet: pōt: q̄ q̄nto magis pōt: tāto magis aduerſitas ⁊ peruerſitas pñt ī illū: ⁊ ipſe min⁹ ꝯ illas. Qui ḡ ſic pōt: nō potētia pōt ſȝ impotētia. Non eñ iō dr poſſe: q: ipſe poſſit: ſed q: ſua īpotentia facit aliū ī ſe poſſe: ſiue aliq̄ alio genere loquēdi: ſic multa īpropͤe dicunt': vt cū ponim⁹ eſſe p nō eſſe: ⁊ facere p eo qđ eſt nō facere: aut p nihil facere. Nā ſepe dicim⁹ ei qui rē aliquā eſſe negat: ſic eſt quemadmodū dicis eſſe: cū magis pprie videat' dici: ſic non

est quemadmodū dicis nō esse. Itē di
cim⁹: iste sedet sicut ille facit: aut iste
quiescit sicut ille facit: cum sedere sit
quiddā nō facere: ꝛ quiescere sit ni/
hil facere. Sic itaq₃ cū qs dicit͛ hā/
bere potētiā faciēdi aut patiendi qđ
sibi nō expedit aut qđ nō debet: im/
potētia intelligit͛ ꝑ potētiā: q꞉ quo
plus habet hāc potentiā: eo aduersi/
tas ꝛ ꝑuersitas in illū sunt potētio/
res: ꝛ ille ꝯtra eas impotētior. Ergo
dn̄e de⁹: inde veri⁹ es oīpotēs: q꞉ ni/
hil potes ꝑ impotētiā: ꝛ nihil potest
contra te.

## Quō sit misericors ꝛ im/passibilis: Ca. VIII.

ſ Ed ꝛ misericors simul ꝛ im/
passibil' quō es? Nā si es im/
passibilis: nō cōpateris: si nō
cōpateris: nō est tibi miserum cor ex
cōpassiōe miseri qđ ē esse misericor/
dē. At si nō es misericors: vnde mi se
ris est tāta ꝯsolatio? Quō ḡ es ꝛ nō
es misericors dn̄e: nisi q꞉ es miseri/
cors scđm nos: ꝛ nō es scđm te. Es
quippe scđm sensū nostrū: ꝛ non es
scđm tuū. Etēm cū tu respicis nos mi/
seros: nos sentim⁹ misericordie effe/
ctū: tu nō sentis affectū ꝛ misericors
es. Igit͛ q꞉ miseros saluas ꝛ pecca/
torib⁹ tuis parcis ꝛ misericors nō es:
q꞉ nlla miserie cōpassiōe afficeris.

## Quō tot⁹ iustus ꝛ summe iust⁹ parcat malis: ꝛ qđ iu/ste misereat͛ malis: Ca. IX.

v Erū malis quō parcis si es to/
tus iust⁹ ꝛ sūme iust⁹? Quō
ēm tot⁹ ꝛ sūme iust⁹ facit ali/
quid nō iustū? Aut q̄ iusticia ē me/
rēti mortē eternā: dare vitā sempit͛/
nā? Vn̄ ḡ bone de⁹: bone bonis ꝛ ma/
lis: vn̄ tibi saluare malos: si h̄ nō est
iustū ꝛ tu nō facis aliq̄d nō iustum?
An q꞉ bonitas tua est incōprehēsi/
bilis: latet h̄ in luce inaccessibili quā
inhabitas? Uere in altissimo ꝛ secre
tissimo bonitat' tue latet fons vnde
manat fluui⁹ mīcordie tue. Nā cū
totus ꝛ sūme iust⁹ sis: tn̄ iccirco etiā
mal' benign⁹ es: q꞉ tot⁹ sūme bonus
es. Min⁹ nāq₃ bon⁹ eēs si nlli malo
esses benign⁹. Melior ēm est q̄ ꝛ bo/
nis ꝛ malis bonus est: q₃ qui bonis
tantū est bon⁹. Et melior est: q̄ mal'
et puniēdo ꝛ pcēdo est bon⁹: q₃ qui
puniēdo tm̄. Ideo ḡ misericors es:
q꞉ tot⁹ ꝛ sūme bon⁹ es. Et cū forsi/
tan videat͛ cur bonis bona: ꝛ malis
mala retribuas: illud certe penitus
est mirādū cur tu tot⁹ ꝛ sūme iustus
ꝛ nullo egēs: malis ꝛ reis tuis bona
rētribuas? O altitudo bonitatis tue
de⁹: ꝛ videt͛ vn̄ sis mīicors: ꝛ nō ꝑ
uidet͛: cernitur vn̄ flumen manat: et
nō ꝑspicit͛ fons vn̄ nascat͛. Nā ꝛ de
plenitudīe bonitat' est: q꞉ petōrib⁹
tuis pi⁹ es: ꝛ in altitudīe bonitatis
tue latet q̄ rōe h̄ es. Etēm licꝫ bonis
bona: ꝛ malis mala ex bonitate re/
tribuas: rō tn̄ iusticie h̄ postulare vi/
det͛. Cū vero malis bona tribuis: et
scit͛ q꞉ sūme bon⁹ h̄ facere voluit: et
mirū est cur sūme iust⁹ h̄ velle potu/
it. O mīicordia dei: d̄ q̄ opulēta dul
cedine ꝛ dulci opulētia nob ꝑfluis?
O īmensitas bonitatis dei: q̄ affectu
amāda es petōrib⁹? Iustos ēm sal/
uas iusticia comitāte: istos vero libe
ras iusticia dānante. Illos meritis
adiuuātib⁹: istos merit' repugnāti/
bus. Illos bona q̄ dedisti cognoscēdo:
istos mala q̄ odisti ignoscēdo. O im
mēsa bonitas q̄ sic oēm intellectū ex/
cedis: veniat sup me mīicordia illa:
q̄ de tāta opulētia tui ꝓcedit. Influ
at ī me q̄ ꝓfluit d̄ te. Parce ꝑ clemē
tiam: ne vlciscar' ꝑ iusticiā. Nā etsi
difficile sit intelligere quō mīicor/
dia tua nō absit a tua iusticia: neces/
sarium tamen est credere: quia neq̄/
q₃ aduersat͛ iusticie qđ exundat ex
bonitate q̄ nulla est sine iusticia: imo
vere ꝯcordat iusticie. Nēpe si miseri
cors es: q꞉ es sūme bon⁹: ꝛ sūme bō/
nus nō es nisi q꞉ es sūme iust⁹: vere
iccirco es mīicors: q꞉ sūme iustus
es. Adiuua me iuste ꝛ sūme ꝛ mise/

ricors deꝰ: cuiꝰ lucē q̄ro: adiuua me vt intelligā qđ dico. Uere ḡ ideo miſericors es q2 iuſtꝰ. Ergo ne miſericordia tua naſcit̄ ex iuſticia tua? Ergo ne parcis malis ex iuſticia? Si ſic ē dn̄e: ſi ſic eſt: doce me quō eſt. An q2 iuſtū eſt te ſic eſſe bonū vt neq̄as intelligi melior: ⁊ ſic potēter opari vt nō poſſis cogitari potentius? Quid enī hoc iuſtiꝰ? Hoc vtiq3 nō fieret ſi eſſes bonꝰ tātū retribuēdo ⁊ nō pcendo: ⁊ ſi faceres de bonis tantum bonos: ⁊ nō etiā de mal'. Hoc itaq3 mō iuſtū eſt vt pcas mal': ⁊ vt facias bonos de malis. Deniq3 qđ nō iuſte fit nō debet fieri: ⁊ qđ nō debet fieri iniuſte fit. Si ḡ nō iuſte mal' miſereris: nō debes miſeri. Et ſi nō debes miſeri: iniuſte miſeris. Qđ ſi nefas eſt dicere: fas eſt credere te iuſte miſereri mal'.

## Quō iuſte puniat ⁊ iuſte parcat malis: Ca. X.

Sed ⁊ iuſtū eſt vt malos punias: quid nāq3 iuſtius q̄ vt boni bona: ⁊ mali mala recipiāt? Quō ḡ ⁊ iuſtū ē vt malos punias: ⁊ iuſtū ē vt malis parcas? An alio modo iuſte punis maloſ: ⁊ alio mō iuſte pcis mal'? Cū enī punis malos: iuſtū eſt q2 illoꝝ meritis ꝯuenit: cū vo pcis malis: iuſtū eſt: nō q2 illoꝝ meritis: ſ3 q2 bonitati tue ꝯdecēs eſt. Nā pcēdo mal' ita iuſtꝰ es ſcđm te ⁊ nō ſcđm nos: ſicut miſericors es ſcđm nos ⁊ nō ſcđm te: qm̄ ſaluādo nos q̄s iuſte pderes: ſic̄ miſericors es nō q2 tu ſentias affectū: ſ3 q2 nos ſentiꝰ effectū: ita iuſtꝰ es: nō q2 nobis reddas debitū: ſ3 q2 facis qđ decet te ſūme bonū. Sic itaq3 ſine repugnantia: iuſte punis ⁊ iuſte parcis.

## Quō vniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas: ⁊ tñ iuſtꝰ dn̄s ī oībꝰ vijs ſuis: Ca. XI

Sed nū qđ etiā nō eſt iuſtum ſcđm te dn̄e: vt malos punias? Iuſtū q̄ppe eſt te ſic eē iuſtum vt iuſtior neq̄as cogitari. Qđ nequaq̄ eſſes ſi tantū bonis bona: et nō malis mala redderes. Iuſtior enim eſt qui ⁊ bonis ⁊ malis q̄ qui bonis tantū merita retribuit. Iuſtū igit̄ eſt ſcđm te: iuſte ⁊ benigne deus et cū punis ⁊ cū parcis. Uere igitur
vniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veri- Ps. 24.
tas: ⁊ tamē iuſtus dn̄s in oībus vijs Ps. 144.
ſuis. Et vtiq3 ſine repugnātia: quia quos vis punire: nō eſt iuſtū ſaluari: ⁊ quibꝰ vis pcere nō eſt iuſtū dānari. Nā id ſolū iuſtū eſt qđ vis: et nō iuſtū qđ nō vis. Sic ergo naſcit̄ de iuſticia tua miſericordia tua: q̄a iuſtū eſt te ſic eſſe bonū vt ⁊ parcendo ſis bonus: ⁊ hoc forſitan eſt: cur ſūme iuſtꝰ potes velle bona malis. Sed ſi vtrū q3 capi poteſt: cur malos potes velle ſaluare: illud certe nulla ratiōe cōprehēdi poteſt: cur de ſimilibus malis: hos magis ſalues q̄ illos per ſummā bonitatē: ⁊ illos magis dānes q̄ iſtos per ſummā iuſticiam. Sic ergo vere es ſenſibilis: omnipotēs: miſericors ⁊ impaſſibil': quēadmodū viuēs: ſapiens: bonus: beatus: eternus: ⁊ quicq̄d melius eſt eē q̄ nō eſſe.

## Qđ deus ſit ipſa vita qua viuit: et ſic de ſimilibus: Capl'm. XII.

Sed certe quicquid es: nō per aliud es q̄ per teipm̄. Tu es igitur ipſa vita qua viuis: ⁊ ſapientia qua ſapis: ⁊ bonitas ipſa qua bonis ⁊ malis bonus es: ⁊ ita đ ſimilibus.

## Quō ſolus ſit incircūſcriptus et eternus cū alij ſpiritus ſint icircūſcripti ⁊ eterni: Capl'm. XIII

Sed oē qđ claudit̄ aliq̄tenꝰ loco aut tp̄e: minꝰ eſt q̄ qđ nulla lex loci aut tēporis coercet. Qm̄ ergo maiꝰ te nihil ē: nullis locus aut tēpus te cohibet: ſ3 vbiq3 ⁊ ſemp es: qđ quia de te ſolo dici

pōt: tu ſolus incircūſcript⁹ es ⁊ eternus. Quō igit᷑ dicunt᷑ ⁊ alij ſpiritus incircūſcripti ⁊ eterni? Et quidē ſol⁹ es eternus: q᷑ ſol⁹ oīm ſicut nō deſinis: ſic ⁊ nō incipis eē. Sʒ ſol⁹ quō es incircūſcript⁹? An creat⁹ ſpūs ad te collat⁹ ē circūſcript⁹: ad corpus vo incircūſcript⁹? Nēpe oīno circūſcriptū eſt: qd cū alicubi totū eſt: nō pōt ſimul eſſe alibi: qd de ſolis corporeis cernit᷑. Incircūſcriptū vo qd ſimul eſt vbiq; totū: qd de te ſolo intelligit᷑. Circūſcriptū aūt ſimul ⁊ incircūſcriptū ē: qd cū alicubi ſit totū: pōt ſil' eſſe totū alibi: nō tn̄ vbiq;: qd de creatis ſpiritib⁹ cognoſcit᷑. Si eni nō eſſet aīa tota in ſingulis mēbris ſui corpis: nō ſentiret tota in ſingulis. Tu ḡ dn̄e ſingulariter es incircūſcript⁹ ⁊ etern⁹: ⁊ tn̄ ⁊ alij ſpūs ſunt incircūſcripti ⁊ eterni.

## Quō ⁊ cur videat᷑ ⁊ nō videat᷑ deus a quērētib⁹ eū: Capl'm. XIIII.

An inueniſti aīa mea qd querebas? Querebas deū: ⁊ inueniſti eū eſſe qddā ſūmū oīm quo nihil meli⁹ cogitari pōt: ⁊ h̄ eſſe vitā ipam: lucē: ſapiētiā: bonitatē: eternā beatitudinē: ⁊ beatā eternitatem: ⁊ h̄ eſſe vbiq; ⁊ ſemp. Nā ſi nō inueniſti deū tuū: quō eſt ille h̄ qd inueniſti: ⁊ qd illū tā certa veritate ⁊ vera certitudine itellexiſti? Si vo inueniſti: qd eſt qd nō ſentis qd inueniſti? Cur nō te ſentit dn̄e deus aīa mea ſi iuenit te? An nō inuenit quē inuenit eſſe lucē ⁊ veritatem? Quō nāq; intellexit hoc: niſi vidēdo lucē ⁊ veritatē? Aut potuit oīno aliquid intelligere de te: niſi p lucē tuā ⁊ veritatē tuā? Si ḡ vidit lucē ⁊ veritatē: vidit te: Si nō vidit te: non vidit lucē nec veritatē. An ⁊ veritas ⁊ lux eſt qd vidit: ⁊ tn̄ nōdū te vidit: quia vidit te aliqtenus: ⁊ nō vidit te ſicuti es. Dn̄e deus meus formator ⁊ reformator meus: dic deſideranti aīe mee quid aliō es q̄ qd vidit: vt pure videat qd deſiderat. Intendit ſe vt plus videat: ⁊ nihil videt vltra hoc qd vidit niſi tenebras: imo non videt tenebras q̄ nulle ſūt in te: ſʒ videt ſe nō plus poſſe videre pter tenebras ſuas. Cur h̄ dn̄e: cur hoc? Tenebrat᷑ oculus ei⁹ ifirmitate ſua: aut reuerberat᷑ fulgore tuo? Sed certe ⁊ tenebrat᷑ i ſe: ⁊ reuerberat᷑ a te. Vtiq; ⁊ obſcurat᷑ ſua breuitate ⁊ obruit᷑ tua imēſitate. Vere ⁊ ꝯtrahit᷑ anguſtia ſua: ⁊ vincitur amplitudine tua. Quāta nāq; eſt lux illa de qua micat oē verū: qd rōnali menti lucet? Quā ampla eſt illa veritas in qua eſt oē qd verum eſt: ⁊ extra quā nō nī niſi nihil ⁊ falſū eſt? Quā imenſa eſt: que vno intuitu videt queq; facta ſūt: ⁊ a quo ⁊ p quē: ⁊ quō de nihilo facta ſūt: qd puritatis quid ſimplicitatis: quid certitudinis ⁊ ſplendoris ibi eſt? Certe plus q̄ a creatura valeat intelligi aut narrari.

## Q꞉ maior ſit q̄ cogitari poſſit: Capl'm. XV.

Ergo dn̄e nō ſolū es q̄ maius cogitari nequit: ſed es quiddā maius q̄ cogitari poſſit. Quō nāq; valet cogitari eſſe aliqd huiōi: ſi tu nō es hoc ipm? pōt cogitari aliqd maius te: qd fieri nequit.

## Q꞉ hec ſit lux inacceſſibilis quā ihabitat: Ca. XVI.

Vere dn̄e hec eſt lux inacceſſibilis in qua habitas. Vere eni nō eſt aliud qd hāc penetret vt ibi te peruideat. Vere iō hāc nō video: q᷑ nimia mihi eſt: ⁊ tamē quicqd video p illā video: ſicut ifirmus oculus qd videt: p lucē ſolis videt: quā i ipo ſole neqt aſpicere Nō pōt intellect⁹ me⁹ ad illā: Nimis fulget: nō capit illā: nec ſuffert oculus aīe mee diu intēdere in illā: Reuerberat᷑ fulgore: vincitur amplitudīe: obruit᷑ imēſitate: ꝯfundit᷑ capacitate. O ſūma ⁊ inacceſſibilis lux: o to-

ta ⁊ beata veritas: q̄ȝ longe es a me. qui tā ꝓpe tibi ſum. Q̄ȝ remota es a ꝯſpectu meo q̄ ſic p̄ſens ſū ꝯſpectui tuo. Ubiqȝ es tota preſens: ⁊ nō te video: In te moueor ⁊ ī te ſum ⁊ ad te nō poſſum accedere: Intra me et circa me es ⁊ nō te ſentio.

## Q̄ȝ in deo ſit harmonia: odor: ſapor: lenitas: pulcritudo: ſuo ineffabili modo: Capl'm. XVII.

a

Dhuc lates dn̄e aīam meam in luce ⁊ btitudine tua: ⁊ icirco verſat̄ illa adhuc ī tenebris ⁊ miſeria ſua. Circūſpicit em̄ ⁊ nō videt pulcritudinē tuā: Auſcultat: ⁊ nō audit harmoniā tuā: Olfacit: ⁊ nō ꝑcipit odorē tuū: Guſtat: et nō cog̃ſcit ſaporē tuū. Palpat ⁊ nō ſentit lenitatē tuā. Habes eñ h̄ dn̄e deus in te tuo ineffabili mō: q̄ ea dediſti reb⁹ a te creatꝭ ſuo ſenſibili mō: ſed obriguerūt: ꝫ obſtupuerūt: ꝫ obſtructi ſunt ſenſus aīe mee vetuſto langore peccati.

## Q̄ȝ in deo: nec in eternitate ei⁹ q̄ ipe ē: nulle ſint partes: Capl'm. XVIII:

e

Titeꝝ ecce turbatio: ecce iterū obuiat meror ⁊ luctus q̄renti gaudiū ⁊ leticiā. Sperabat iā aīa mea ſacietatē: ⁊ ecce iterū obruit̄ egeſtate. Affectabā iā comedere: ⁊ ecce magis eſurio. Conabar aſſurgere ad lucē dei: ⁊ recidi in tenebras meas: Imo nō mō cecidi in eas: ꝫ ſentio me inuolutū in eis. Ante cecidi q̄ȝ ꝯciperet me mat̄ mea: Certe in illis ꝯceptus ſum: ⁊ cū eaꝝ obuolutiōe nat⁹ ſū. Olim certe in illo oēs cecidim⁹: in q̄ oēs peccauim⁹: In illo oēs ꝑdidimus q̄ facile tenebat: ⁊ male ſibi ⁊ nob ꝑdidit: q̄ cū volum⁹ q̄rere: neſcim⁹: cū q̄rim⁹ non inuenim⁹: cū inuenim⁹ nō eſt q̄ q̄rimus. Adiuua me tu ꝑpter bonitatē

Ps̃. 26. tuā dn̄e: Queſiui vultū tuū: vultū tuū dn̄e req̄rā: ne auertas faciē tuā a me. Releua me de me ad te: Mūda: ſana: acue: illumina oculū mētis mee vt intueat̄ te. Recolligat vires ſuas aīa mea: ⁊ toto intellectu iterū intēdat ī te dn̄e. Quid es dn̄e q̄d es? q̄d te intelliget cor meū? Certe vita es: ſapientia es: veritas es: bonitas es: beatitudo es: eternitas es: ⁊ om̄e verū bonū es. Multa ſūt hec: nō pōt anguſtus intellect⁹ me⁹ tot vno ſuum intuitu videre vt oīb⁹ ſiml' delectetur. Quō ḡ dn̄e es oīa hec? An ſūt ꝑtes tui: aut poti⁹ vnū q̄ꝗ hoꝝ totū eſt q̄ es? Nā q̄cq̄d eſt ꝑtib⁹ iūctū: nō eſt oīno vnū ꝫ quodāmō plura: et diuerſū a ſeipo: ⁊ vl' actu vl' ītellectu diſſolui pōt: q̄ aliena ſūt a te q̄ nihil melius cogitari pōt. Nulle igit̄ partes in te ſūt dn̄e: nec es plura: ꝫ ſic es vnū quiddā ⁊ idē tibiipi: vt ī nllo tpe tibiipſi ſis diſſiīlis: imo tu es ipſa vnitas nullo intellectu diuiſibilis. Ergo vita ⁊ ſapiētia ⁊ reliq̄ nō ſunt ꝑtes tui: ꝫ oīa ſunt vnū: ⁊ vnū q̄ꝗ hoꝝ ē totū q̄ es: ⁊ q̄ ſūt reliq̄ oīa. Cū ḡ nec tu habes partes: nec tua eternitas q̄ tu es: nuſq̄ȝ ⁊ nunq̄ȝ eſt ꝑs tua aut eternitatis tue: ꝫ vbiqȝ totus es: ⁊ eternitas tua tota eſt ſemp.

## Q̄ȝ nō ſit in loco aut tpe: ꝫ oīa ſint in illo: Ca. XIX.

ſ

Ed ſi per eternitatē tuā fuiſti: ⁊ es: ⁊ eris: et fuiſſe nō eſt futuꝝ eſſe: ⁊ eſſe nō eſt fuiſſe vel futurum eſſe: quō eternitas tua tota eſt ſemp? An de eternitate tua nihil p̄terit vt iam nō ſit: nec aliq̄d futuꝝ ē: q̄ſi nō dum ſit? Nō ḡ fuiſti heri: aut eris cras: ſed heri ⁊ hodie et cras es: imo nec heri: nec hodie: nec cras es: ꝫ ſimplr̄ es ext̄ om̄e tps. Nā nihil aliō ē heri ⁊ hodie ⁊ cras: q̄ȝ in tpe: tu autē licꝫ nihil ſit ſine te: nō es tñ in loco aut tpe: ꝫ oīa ſūt in te: nihil eñ te ꝯtinet: ꝫ tu ꝯtines oīa.

## Q̄ȝ ſit ante ⁊ vltra oīa etiam eterna: Capl'm. XX.

t U ergo imples & cōplecteris oīa: tu es ante & vltra oīa. Et qdē an̄ oīa es: qꝛ anteq̄ oīa fierēt tu es. Ultra oīa vero quō es? Qualiter em̄ es vltra ea q̄ finem nō habebūt? An qꝛ illa ſine te nullatenꝰ eſſe poſſunt? Tu aūt nllo mō minꝰ es: etiā ſi illa redeāt in nihilū: Sic em̄ q̄dāmō es vltra illa. An etiam qꝛ illa cogitari poſſunt habere finē: tu vero nequaq̄? Nā ſic illa quidem habēt finē quodāmō: tu vero nullo mō. Et certe qꝺ nullo mō habet finē: vltra illud eſt qꝺ aliq̄ modo finiē. An h̄ quoqꝫ mō trāſis oīa etiā eterna: qꝛ tua & illoꝝ eternitas tota tibi p̄ſens eſt: cū illa nondū habeāt de ſua eꝛ̄nitate qꝺ ventuꝝ eſt: ſicut iā nō habēt qꝺ p̄teritū eſt? Sic quippe ſemꝑ es vltra illa: cū ſemper ibi ſis p̄ſens: ſeu cū illꝺ ſemꝑ ſit tibi p̄ſens ad qꝺ illa nōdū ꝑuenerūt.

## An hoc ſit ſeculū ſecl̄i ſiue ſecl̄a ſecl̄oꝝ: Ca. XXI.

a Nā ḡ h̄ eſt ſecl̄m ſecl̄i ſiue ſecula ſecl̄oꝝ? Sicut em̄ ſeculum tēpoꝝ ꝯtinet oīa temporalia: ſic tua eꝛ̄nitas ꝯtinet etiā ipſa ſecula tēpoꝝ. Qꝺ ſeculū quidē eſt ꝓpter indiuiſibilē vnitatē: ſecl̄a vero ꝓpter intermīnabilē imēſitatem. Et quāuis ita ſis magnꝰ dn̄e: vt omnia ſint te plena & ſint in te: ſic tamē es ſine omni ſpacio vt nec mediū nec dimidiū: nec vlla ꝑs ſit in te.

## Qꝫ ſolus ſit qꝺ eſt et qui eſt: Capl̄m. XXII.

t U ſolus ḡ dn̄e es qꝺ es: et tu es qui es. Nā qꝺ aliꝺ eſt in toto & aliud in partibꝰ: & in quo aliq̄d ē mutabile nō oīno ē qꝺ eſt: et qꝺ incepit a nō eſſe & pōt cogitari nō eſſe & niſi ꝑ aliud ſubſiſtat redit in nō eſſe: & qꝺ habet fuiſſe qꝺ iā nō eſt: & futurū eſſe qꝺ nōdū eſt id nō eſt ꝓprie & abſolute. Tu vero es qꝺ es: qꝛ q̄c q̄d aliq̄n aut aliq̄ mō es: h̄ totꝰ & ſemꝑ es. Et tu es q̄ ꝓprie et ſimpliciter es: qꝛ nec habes fuiſſe aut futuꝝ eſſe: ſ̄ tm̄ p̄ſens eſſe: nec potes cogitari aliq̄n non eſſe. Et vita es: & lux: & ſapiētia & beatitudo: & eternitas: & m̄ta hm̄oi bona: & tamē nō es niſi vnū & ſummum bonum: tu tibi oīno ſufficiēs: nllo indigēs: q̄ oīa indigēt vt ſint: & vt bn̄ ſint.

## Qꝫ hoc bonū ſit ꝑiter pater & filius & ſpūſſanctus: et hoc ſit vnū neceſſariū qꝺ ē omē & totū & ſolū bonū: Capl̄m. XXIII.

h Oc bonū es tu deꝰ pater: hoc eſt verbū tuū: id eſt filiꝰ tuꝰ. Etenī eē nō p̄t aliꝺ q̄ qꝺ es: aut aliq̄d maiꝰ vel minꝰ te eſſe i verbo quo teipm̄ dicis: qm̄ verbū tuuꝫ ſic ē veꝝ quō tu es verax. Et iccirco ē ipa v̄itas ſic̄ tu: nō alia q̄ tu: et ſic es tu ſimplex vt de te nō poſſit naſci aliud q̄ qꝺ tu es: hoc ipm̄ eſt amor vnꝰ & cōis tibi & filio tuo: id eſt ſanctuſſpūs: ab vtroqꝫ ꝓcedēs. Nā idē amor nō eſt impar tibi aut filio tuo: qꝛ tm̄ amas te & illum: & ille te & ſeipm̄: quātꝰ es tu & ille: nec eſt aliud a te & ab illo qꝺ diſpar nō eſt tibi & illi: nec de ſūma ſimplicitate pōt ꝓcedere aliud q̄ qꝺ eſt de q̄ ꝓcedit. Qꝺ aūt ē ſingulus quiſqꝫ: hoc ē tota trinitas ſimul pater & filius & ſpiritusſcūs: qm̄ ſingulꝰ q̄ſqꝫ nō eſt aliud q̄ ſumme ſimplex vnitas: & ſūme vna ſimplicitas: q̄ nec multiplicari: nec aliud et aliud eſſe pōt. Porro vnū eſt neceſſariū: porro h̄ eſt illud vnū neceſſariū i q̄ ē omē bonū: imo qꝺ ē omē & vnū & totū & ſolū bonū.

## Coniectatio quale & q̄ntū ſit hoc bonū: C. XXIIII.

e Xcita nunc aīa mea et erige totū intellectū tuū: et cogita quātū potes: quale et q̄ntū ſit illud bonū. Si em̄ ſingula bona delectabilia ſūt: cogita intēte q̄ delectabile ſit illꝺ bonū: qꝺ ꝯtinet iocū-

ditatē oīm bonoꝝ:et nō qualē in re/
bus creatis ſum⁹ experti: ſ; tanto diffe
rentē: quāto differt creator a creatu
ra. Si enī bona eſt vita creata:q̃ bo
na eſt vita creatrix? Si locū da eſt ſa
lus facta:q̃ locū da eſt ſalus q̄ facit
oēm ſalutē? Si amabilis eſt ſapiētia
in cognitiōe rerū cōditaꝝ:q̃ amabi/
lis eſt ſapiētia q̄ oīa ꝯdidit ex nihi/
lo? Deniq; ſi multe et magne delecta
tiones ſunt ī reb⁹ delectabilib⁹: q̄lis
et quāta delectatio eſt in illo qui fe/
cit ipſa delectabilia?

## Que ⁊ quanta bona ſint fruētibus eo. Ca. XXV.

Qui h̄ bono fruet̃: q̄d illi erit
et q̄d illi nō erit? Certe quic
q̄d volet erit:et qđ nolet nō
erit. Ibi q̄ppe erūt bona corporis et
Eſa. 64. aīe: q̄lia nec oculus vidit: nec auris
i. Coꝛ. 2 audiuit:nec coꝛ hoīs cogitauit. Cur
ergo ꝑ multa vagaris homūcio q̄rē
do bona aīe tue et coꝛpis tui? Ama
vnū bonum in quo ſūt oīa bona: et
ſufficit. Deſidera ſimplex bonū qđ
eſt omē bonū: et ſatis eſt. Quid enī
amas caro mea: q̄d deſideras anima
mea? Ibi eſt q̄cquid amat̃: quicq̄d
deſideratis. Si delectat pulchritu/
Mat. 13. do:fulgebūt iuſti ſicut ſol. Si velo/
citas aut foꝛtitudo aut libertas coꝛ/
poꝛis: cui nihil obſiſtere poſſit:erūt
i. Coꝛ. 15 ſimiles angelis dei:q2 ſeminat̃ coꝛp⁹
aīale:et ſurget coꝛp⁹ ſpūale:poteſta
te vtiq; nō natura. Si lōga et ſalu/
bris vita: ibi ſana eſt eternitas ⁊ eter/
Sap. 5. na ſanitas: q2 iuſti in ꝑpetuū viuent.
Pſ. 36. et ſalus iuſtoꝝ a dn̄o. Si ſatietas: ſa
Pſ. 16. tiabunt̃ cum apparuerit gloꝛia dei.
Pſ. 35. Si ebrietas: inebꝛiabunt̃ ab vberta
te dom⁹ dei. Si melodia: ibi angelo
rū choꝛi ꝯcinūt ſine fine deo. Si q̄li
Ibidem. bet nō īmūda: ſed mūda voluptas:
toꝛrente voluptatis ſue potabit eos
deus. Si ſapiētia: ipſa dei ſapientia
oſtendet eis ſeipſam. Si amicitia: di
ligent deū plus q̃ ſeipſos:et inuicem
tanq̃ ſeipſos:et deus illos plus q̃ il/
li ſeipſos: q2 illi illū et ſe et inuicem
per illū: et ille ſe et illos ꝑ ſeipſum. Si
cōcoꝛdia: omnib⁹ illis erit vna volū
tas: quia nulla illis erit niſi ſola dei
volūtas. Si poteſtas: omipotentes
erūt ſue volūtatis vt de⁹ ſue. Nam
ſicut poterit deus qđ volet ꝑ ſeipſum:
ita poterunt illi q̄d volēt ꝑ illū: q2
ſicut illi nō aliud volēt q̃ qđ ille: ita
ille volet quicq̄d illi volēt: et qđ il/
le volet nō poterit non eſſe. Si ho/
noꝛ et diuitie: de⁹ ſeruos ſuos bonos
et fideles ſupꝛa multa ꝯſtituet: imo Luc. 12.
filij dei et dij vocabūt̃ ⁊ erūt: et vbi
erit filius eius: ibi erūt et illi: heredes Roma. 8.
quidē dei: coheredes aūt chꝛiſti. Si
vera ſecuritas: certe ita certi erūt nū/
q̃ et nullaten⁹ iſta vel poti⁹ iſtud bo
nū ſibi defuturū: ſicut certi erunt ſe
nō ſua ſponte illud amiſſuros: nec
dilectoꝛē deū illud dilectoꝛibus ſuis
inuītis ablaturū: nec aliq̄d deo potē/
tius inuitos deū ⁊ illos ſeparaturū.
Gaudiū vero quale aut quātū eſt:
vbi tale aut tātū bonū eſt? Coꝛ hu/
manū: coꝛ indigēs: coꝛ expertū erum
nas: imo obꝛutū erūnis: quātū gau
deres ſi his oīb⁹ abūdares? Interro/
ga intima tua ſi capere poſſint gaudiū
ſuū d̄ tāta btītudine ſua? Sȝ certe ſi
quis ali⁹ quē oīno ſicut teipſum dilige/
res: eandē btītudinē haberet: dupli/
caret̃ gaudiū tuū: q2 nō min⁹ gau/
deres ꝓ eo q̃ ꝓ teipſo. Si xo duo
vel tres vel multo plures idipſum habe/
rēt: tātundē ꝓ ſingulis quātū ꝓ te/
ipſo gauderes: ſi ſinglos ſicut teipſum
amares. Ergo ī illa ꝑfecta charitate
īnūerabiliū angeloꝝ btōꝝ ⁊ hoīm:
vbi nullꝰ min⁹ diliget aliū q̃ ſeipſum:
nō aliter gaudebit q̄ſq; ꝓ ſingulis
alijs q̃ ꝓ ſeipſo. Si ḡ coꝛ hoīs d̄ tā/
to ſuo bono vix capiet gaudiū ſuū:
quō capax erit tot ⁊ tantoꝝ gaudi/
oꝝ? Et vtiq; q̄m quantū quiſq;
diligit aliquem: tanto de bono eius
gaudet: Sic in illa perfecta felicita/
te vnuſquiſq; plus amabit ſine com
paratione deum q̃ ſe et etiā omnes

alios ſecum:ita plus gaudebit abſqꝫ eſtimatiõe de felicitate dei q̄ꝫ de ſua ⁊ oīm alioꝝ ſecū. Sed ſi deū ſic diligēt ex toto corde: tota mēte: ⁊ tota aīa: vt tm̄ totū cor: tota mēſ: tota anima nō ſufficiat dignitati dilectiõis: ꝓfecto ſic gaudebūt toto corde: tota mēte: tota aīa: vt totū cor: tota mēſ: tota anima non ſufficiat plenitudini gaudij.

## An hoc ſit gaudium plenū quod promittit deus: Capl'm. XXVI.

d Eus meus: ⁊ dñs meus: ſpes mea ⁊ gaudiū cordiſ mei: dic aīe mee: ſi h̄ eſt gaudiū de q̄ nob̄ dicis p̱ filiū tuū: Petite ⁊ accipietis: vt gaudiū veſtrū ſit plenum?
Joh. 16. Inueni nāqꝫ gaudiū quoddā plenū ⁊ pl⁹ q̄ꝫ plenū. Pleno quippe corde: plena mēte: plena aīa: pleno toto hoīe gaudio illo: adhuc ſupra modū ſuperit gaudiū. Nō ḡ totū illō gaudiū intrabit ī gaudētes: ſ̄ toti gaudētes intrabūt in gaudiū. Dic domine: dic ſeruo tuo: int⁹ ī corde ſuo ſi h̄ eſt gaudiū in qd̄ intrabunt ſerui tui: qui intrabūt ī gaudiū dñi ſui? Sed
Eſa. 64. 1. Cor. 2 gaudiū illud certe q̄ gaudebūt electi tui: nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec ī cor hoīs aſcēdit. Nōdū ergo dixi aut cogitaui dñe quantum gaudebūt illi b̄ti tui? Utiqꝫ tantum gaudebūt q̄ntū amabūt: tātū amabūt quantū cognoſcēt. Quantū te cognoſcēt dñe tūc: ⁊ quantū te amabūt? Certe nec oculus vidit nec auris audiuit: nec ī cor hoīs aſcēdit ī hac vita: quātū te cognoſcēt: ⁊ amabūt in illa vita. Oro deus cognoſcā te: amē te: vt gaudeā de te. Et ſi nō poſſum in hac vita ad plenū: vel ꝓficiam indies vſqꝫ dū veniat illud ad plenū: ꝓficiat hic in me noticia tui: et ibi fiat plena: Creſcat amor tu⁹ h̄: vt ibi ſit plen⁹: vt h̄ gaudiū meū ſit ī ſpe magnū: ⁊ ibi ſit in re plenū. Dñe per filiū tuū iubes: imo ꝯſulis petere: ⁊ ꝓmittis accipe: vt gaudiū nr̄m ſit plenū: Peto dñe qd̄ ꝯſulis p̱ admirabilē ꝯſiliariū noſtꝝ: accipiā qd̄ ꝓmittis p̱ veritatē tuā vt gaudium meū plenū ſit. De⁹ verax: peto accipiā: vt gaudiū meū plenū ſit. Meditet interim mēs mea: loq̄t inde lingua mea: Amet illō cor meū: ſermocinet os meū: Eſuriat illō aīa mea: ſitiat ⁊ caro mea: deſideret tota ſubſtātia mea donec intrē in gaudium dñi mei q̄ es trinus ⁊ vnus de⁹ benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## Beati Anſelmi liber qui Proſologion pręſcribit explicit.

## Beati Anſelmi de ꝓceſſione ſpiritusſancti ꝯtra grecos: Epiſtola.

n Egatur a grecis qd̄ ſpūſſanctus de filio procedat: ſic nos latini ꝯfitemur: Nec recipiūt doctores noſtros latinos q̄s ī h̄ ſeq̄mur. Qui q̄m euāgelia nobiſcū venerant: ⁊ in alijs d̄ trino vno deo credūt h̄ſp̄m p̱ oīa qd̄ nos: q̄ d̄ eadē re certi ſum⁹: ſpero p̱ auxiliū eiuſdē ſpūſſctī: q̄ ſi malunt ſolide veritati acq̄eſcere: q̄ꝫ ꝑtinaci gl'ia ꝯtendere: p̱ h̄ qd̄ abſqꝫ ambiguitate ꝯfitet: ad hoc qd̄ nō recipiūt rōnabilr̄ duci poſſunt. Cūis igit mlt'i ſūt qui h̄ melius me poſſint efficere: tñ q̄m mihi a pluribꝰ iniūgit: q̄ꝝ petitiōi: tū ꝓ debito ꝟitatꝭ amore: tū ꝓ coꝝ charitate ⁊ religioſa volūtate n̄ audeo reſiſtere: Inuoco eū dē ſpiritūſctm̄: vt ad h̄ me dignet dirigere. Hac itaqꝫ ſpe ꝓ mee ſciētie hūilitate: ſciētioribꝰ altiora relinq̄ns: qd̄ poſtulāt aggrediar: ⁊ grecoꝝ fide atqꝫ his q̄ credūt ī dubitāt ⁊ ꝯfidēt: ꝓ certiſſimiſ argumētis ad reprobādū qd̄ n̄ credūt: vtar.

B c Redūt quidē vnū ⁊ ſolū ac pfectū eſſe deū: nec vllā eum habere partē: ſꝫ totū eſſe q̄cquid eſt. Hūc q̄ꝫ ꝯfitent̃ eē patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſctm̄: ita vt ſi ſolus dicatur pater aut filius aut ſpūſſanctus: ſiue duo ſimul pater ⁊ filius: aut pat̃ et ſpūſſctū̃s: aut filius ⁊ ſpūſſanctꝰ: ſiue tres ſimul pater filius ſpūſſanctus: idē totus pfectus deſignet̃ deus: q̄uis nō idē ſignificet nomē patris aut filij qꝺ nomē dei. Nō enim idē eſt eſſe deū qꝺ eſt eſſe patrē aut filiū: Nomē aūt ſpūſſancti ideo q̄a ſpūſſctū̃s alicuiꝰītelligit̃ ſpūs: p relatiuo noīe ponit̃. Naꝫ q̄uis pr̄ ſit ſpūs ⁊ ſctū̃s: ⁊ filꝰ ſit ſpūs ⁊ ſctū̃s: nec tñ pr̄ alicꝰ ſpūs: nec filꝰ alicuiꝰ ſpūs ſicē ſpūſſctū̃s alicuiꝰ ē ſpūs: Eſt eñ ſpūs dei ⁊ ſpūs prīs ⁊ filij. Quis eñ greci negēt de filio illū pcedere: nō tamē negāt eū eſſe ſpiritum filij. Credūt quoq̄ꝫ ⁊ cōfitent̃ deū ꝺ deo eſſe naſcēdo: ⁊ deū de deo eſſe pcedēdo: qꝛ filius deus eſt de patre deo naſcēdo: ⁊ ſpūſſctū̃ſ eſt de patre deo pcedēdo. Nec putāt aliū eſſe deū q̄ naſcit̃ q̄ꝫ ꝺ q̄ naſcit̃: ⁊ q̄ pcedit q̄ꝫ de q̄ pcedit; q̄uis ſcdm̄ noīa ſignificātia qꝛ eſt de quo aliq̄s naſcit̃: ⁊ eſt q̄ de aliquo naſcit̃: ⁊ eſt qui de aliq̄ pcedit: pluralitatē admittat: ſm̄ quā plures ⁊ alij ſunt abinuicē pater et filius ⁊ ſpūſſctū̃s. Nā cū dicit̃ deꝰ eſſe pater: ſignificat̃ eſſe de quo aliquis naſcit̃: ⁊ cū nomīat̃ filius: intelligit̃ eſſe qui de aliquo naſcit̃: ⁊ q̄ndo ſpūſſanctus noīatur: qꝛ nō abſolute ſpiritū: ſꝫ ſpm̄ dei intelligimus: monſtrat̃ eſſe qui de aliquo pcedit. Sed cū dicit̃ quia filius eſt de patre ⁊ ſpūſſctū̃s de patre: intelligit̃ qꝛ h̄ qꝺ eſt filꝰ aut ſpirituſſctū̃s: habent de patre. Sed alio mō intelligit̃ filꝰ eſſe ꝺ patre ⁊ aliter ſpūſſanctꝰ. Filius eñ ē de prē ſuo: id eſt de deo qui eſt pater eius: Spūſſctū̃s vero non eſt de deo patre ſuo: ſꝫ tm̄ ꝺ deo q̄ eſt pr̄: Ergo filꝰ ſm̄ qꝺ eſt de deo: dicit̃ filius eiuſ: ⁊ ille de quo eſt: pater eiꝰ: ſpūſſanctꝰ aūt nō ſm̄ qꝺ eſt de deo dicit̃ filius eiꝰ: nec ille de quo eſt pater eius. Certū eſt etiā: qꝛ deus non eſt pater aut filius aut ſpūſſctū̃s alicuius niſi dei: nec vlla res eſt deus: niſi idē pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. Et ſicut vnꝰ deus eſt: ſic vnꝰ tm̄ pr̄: vnus filius: vnus ſpūſſctus eſt. Vn̄ fit vt nō ſit in illa trinitate pater niſi eiuſdē filij: nec filius niſi eiuſdē patris: neq̄ꝫ ſpūſſctū̃s alicuiꝰ ſpūs niſi eiuſdē patris ⁊ filij. Hec itaq̄ꝫ ſola cauſa pluralitatis eſt ī deo: vt pater et filius ⁊ ſpūſſctū̃s dici nō poſſint ꝺ inuicē: ſꝫ alij ſicut abinuicē: qꝛ predictis duobus modis eſt deꝰ de deo: qꝺ totū poteſt dici relatio. Nā quō filius exiſtit de deo naſcēdo: ⁊ ſpūſſanctus pcedēdo: ipſa diuerſitate natiuitatis ⁊ pceſſiōis referunt̃ adinuicem: vt diuerſi ⁊ alij abinuicem. Et quā do ſubſtātia habet eē de ſubſtātia: due fiunt ibi relatiōes inſociabiles: ſi ſcdm̄ illas noīa ponant̃ ſubſtantie. Cū eñ homo eſt gignēdo de homine: dicit̃ hō de quo eſt hō pat̃: et homo q̄ eſt de hoīe: filꝰ. Impoſſibile igit̃ eſt patrē eſſe illū filiū cuiꝰ pater eſt ⁊ filiū eſſe illum patrē cuiꝰ filius eſt: q̄uis patrē eſſe filiū ⁊ filium eſſe patrē: nihil phibeat: cū vnꝰ homo pater eſt ⁊ filius: qm̄ ad aliū eſt pater: ad aliū filius. Nempe cū Iſaac ſit pater Iacob: et filius abrae: pater eſt filius: ⁊ filius eſt pater ſine repugnantia: quoniam ad aliū pater dicitur q̄ꝫ ad ſuū patrem: ⁊ filꝰ ad aliū q̄ꝫ ad ſuū filiū: patrem autē eſſe in eodē illius filium cuius pater eſt: aut filiū eſſe illiꝰ patrē cuiꝰ ē filius: nō eſt poſſibile. Ita ergo in deo cū deus ſit pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: nec ſit pater niſi eiuſdē filij: nec filius niſi eiuſdē patris: nec ſpiritus alicuius niſi eiuſdē patris ⁊ filij: pater nō eſt filius aut ſpūſſanctus: filꝰ nō eſt pater aut ſpūſſctū̃s: nec ſpirituſſctū̃s eſt pr̄ aut filꝰ. Quippe q̄ꝛ

filius eſt de patre ⁊ ſpūſſanctꝰ de pa/
tre: nec ille de quo eſt aliquis poteſt
eē ille q̄ de ſe eſt: nec ille qui de aliq̄
eſt: valet eſſe is de quo eſt: ſicut iam
dictū ē: idcirco nec pater eſt filiꝰ aut
ſpūſſanctꝰ: nec filius ſiue ſpūſſanctꝰ
eſt pater. Filius aūt vt interim aliā
cauſam dicā: qm̄ nōdū ꝯſtat q̄ ſpi/
ritusſctūs de illo ſit ⁊ ꝓcedat: ideo
nō eſt ſpūſſctūs: nec ſpūſſanctus eſt
filius: q2 filius naſcēdo habet eſſe d̄
patre: ſpūſſanctus xo nō naſcēdo ſ3
ꝓcedēdo: nec filius pōt eſſe ſuus ſpi
ritus: nec ſpūſſanctus valet eſſe ille
cuius ſpiritus eſt.

C b Is ꝑmiſſis: quō indiuiſibilis vnitas ⁊ inſociabilis plura/
litas in deo ſe adinuicē habe
ant inquiramus. Qm̄ aūt hec q̄ di/
cta ſunt pariter credimꝰ indubitan/
ter ⁊ ꝯfitemur: ⁊ nos qui dicimꝰ ſpi/
ritū ſanctum de filio ꝓcedere: ⁊ greci
qui nobiſcū de hac re nō ſentiūt: de/
bemus abſq3 vlla ambiguitate q̄ ex
his neceſſarie ꝯſequūť: vno ꝯſenſu
ſuſcipere. Sequiť eñ ſcdm̄ vnitatis
dei que nullas habet partes ꝓprie/
tatē: vt quicq̄d de vno deo qui totꝰ
eſt: quicq̄d eſt diciť de toto deo pa/
tre: dicať ⁊ de filio ⁊ de ſpūſancto:
q2 vnuſquiſq3 ſolus ⁊ totus ⁊ perfe
ctus deus eſt. Supra dicta vero re/
lationis oppoſitio q̄ ex eo naſciť: q̄a
ſupradictis duobus modis deus de
deo ē: ꝓhibet patrē ⁊ filiū ⁊ ſpiritū
ſanctū deinuicē dici: ⁊ ꝓpria ſingu/
lorum alijs attribui. Sic ergo huius
vnitatis ⁊ huiꝰ relatiōis ꝯſequētie
ſe ꝯtēperāt: vt nec pluralitas que ſe/
quiť relationē trāſeat ad ea in quibꝰ
ꝑdicte ſimplicitas ſonat vnitatē: nec
vnitas cohibeat pluralitatē vbi ea/
dem relatio ſignificať: quatenus nec
vnitas amittat aliquādo ſuā ꝯſequē
tiā: vbi nō obuiat aliqua relationis
oppoſitio: nec relatio ꝑdat qđ ſuū ē:
niſi vbi obſiſtit vnitas inſeparabilis.
Qđ ſi ꝑ exēpla ꝯſiderēmꝰ: clariꝰ erit.
Qualiter quidē vnitatis ſimplici/
tas a ſe excludat pluralitatē que eſt
in relatiuoꝝ nominū ſignificatione:
facile eſt cognoſcere: ꝯfitemur eñ q̄a
pater nō eſt filius aut ſpūſſanctus:
nec filius pater aut ſpūſſanctus: nec
ſpūſſanctus pater aut filius. Sequi
tur ꝗ alios abinuicē et plures eē pa/
trem ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū. At pat
eſt deus: filius eſt deus: ⁊ ſpūſſctūs
eſt deus. Quid itaq3 ꝯſequentius
ſi predictaꝝ ꝑſonaꝝ pluralitas ſuā
ſeruat ꝓprietatē: q̄3 patrē ⁊ filium ⁊
ſpiritūſanctū plures deos ⁊ alios ab
inuicē? Sed hoc nullatenꝰ admittit
inuiolabilis ſimplicitas diuinitatis
quā vnū ſolū deū eſſe credimꝰ. Sic
repellit vnitas eſſentie dei relatiuo/
rum ꝯſequentiā. Cōſiderandū quo
q3 eſt quō relationū pluralitas ob/
uiet vnitatis ꝯſequētie: ſi prius po/
ſuerimus aliqua ex his in quibꝰ nul/
la obſiſtit oppoſitio. Dicimus vnū
deū eſſe patrē: ⁊ eſſe filiū: ⁊ eſſe ſpi/
ritūſanctū: ⁊ vnū eundē deū eſſe ſi/
ue ſinguli ſiue bini ſiue tres ſimul di
canť. Si ergo deus eſt eternꝰ ꝓpter
vnitatē deitatꝭ: ex neceſſitate ſequiť
quia eternus eſt pater: eternus eſt fi/
lius: eternus eſt ſpūſſanctꝰ. Et qm̄
ſiue ſinguli ſiue plures ſimul ſūt vnꝰ
deus: nō eſt niſi vnꝰ eternꝰ. Similis
eſt cōſequentia ſi deus diciť creator
ſiue iuſtus ſiue aliquid alioꝝ in q̄bꝰ
nulla ꝑdicta intelligiť relatio. Vi/
deamus nūc quō hāc vnitatꝭ dei cō
ſequentiā reſtringat relatio: Dicimꝰ
eñ quia deus eſt pater. Qm̄ ergo
vnus eſt deus pater ⁊ filius ⁊ ſpūſ/
ſanctus: exigit vnitas dei vt filius ſit
pr̄ ⁊ ſpūſſctūs ſit pr̄: ſed obuiat re/
latio que ꝓhibet filiū aut ſpiritūſan
ctum eſſe patrē. Quippe nec natura
permittit: nec intellectꝰ capit exiſten
tem de aliquo eſſe de quo exiſtit: aut
de quo exiſtit eſſe exiſtentē de ſe. Ex/
iſtit aūt filius ⁊ ſpūſſanctus de pr̄e:
quare non poteſt filius aut ſpūſſan
ctus eſſe pater: q̄3 uis deus ſit pater:
et vnus idemq3 deus ſit pater ⁊ filiꝰ

et ſpiritusſanct⁹. Idipm̄ ꝗ cognōſcit
ſi dicit deus eſſe filius: vult eñ vni/
tatis dei cōſequentia vt pater ꝗ ſpi/
ritusſanctus ſit filius. Sed pater de
quo eſt filius: non poteſt eſſe qui de
ſe eſt: Spūs vero ſanctus qui exiſtit
de patre ꝑcedendo: non eſt ille q̄ eſt
de patre naſcendo. Itē cū dicit de⁹
eſt ſpūſſanctus: requirit vnitas p̄di/
cta patrē quoqꝫ ꝗ filiū eſſe ſpiritū/
ſanctū: ſ nec pater d̄ quo eſt ſpūſſan
ctus: poteſt ille eſſe qui de ſe eſt: nec
fili⁹ qui exiſtit de patre naſcendo: eſt
ille qui de eodē patre eſt ꝑcedēdo:
id eſt ſpūſſanctus. Cū autē appare/
bit quia ſpūſſanctus eſt de filio: tūc
quoqꝫ palā erit: qꝛ ꝓpter hoc neq̇t
eſſe filius ſpūſſanctus: ꝗ ſpūſſanct⁹
filius. Cōſideremus adhuc quō ſu/
pradicte oppoſitiōes obſiſtunt cōſe/
quentie predicte vnitatis: de⁹ eſt de
deo. Hoc ergo ſemel accepto quoniā
idē deus eſt pater ꝗ filius ꝗ ſpūſſan
ctus: ſequitur ſcd̄m hanc idētitatem
vt deus pater ſit deus de deo ꝗ deus
de quo eſt deus: ꝗ ſilr̄ filius deus
de deo ꝗ deus de quo eſt deus: ꝗ eo/
dem mō ſpūſſanctus. Verū querere
vtrū vnuſquiſqꝫ ſit deus de quo eſt
deus: nō eſt aliud q̄ cōſiderare vtꝝ
ſingulus quiſqꝫ ſit deus de deo. Nō
eñ poteſt deus de deo deus eſſe niſi
pater aut filius aut ſpūſſanct⁹: ꝗ niſi
de patre aut de filio aut d̄ ſpiritusſan
cto: Inſpiciamus vtrū vnuſquiſqꝫ
ſit deus de deo: ꝗ patebit vtrū ſit ſin
gulus quiſqꝫ deus de quo eſt deus.
Sed pater nō poteſt eſſe de deo pro/
pter predictā oppoſitionē. Cū enim
nō ſit de⁹ niſi aut pr̄ aut fili⁹ aut ſpi/
ritusſſctūs: aut duo ex his aut tres ſi/
mul: nō pōt eē de⁹ pr̄ de deo niſi aut
d̄ pr̄e ħ de ſeipō: aut d̄ filio aut d̄ ſpi
ritusſctō: aut d̄ duob⁹ aut d̄ trib⁹. De
ſeipō nō pōt eſſe: qꝛ exiſtens de aliq̄
et de quo exiſtit nō poteſt idem eſſe.
De filio nō eſt: quia filius eſt d̄ ipſo
et ideo nō pōt eſſe de filio. De ſpiri/
tuſancto nō eſt: quia de illo eſt ſpiri/
tusſanctus: nec valet ille eſſe qui de
ſe eſt. De duobus vel de trib⁹ ſimul
nequit eſſe pater: ꝓpter eandē oppo
ſitionis rationē. Filiū vero deū ne/
ceſſe eſt eſſe de patre deo: quia pater
nō eſt de illo. De filio vero hoc eſt d̄
ſeipſo eſſe nequit: quia nō eſt idē ex/
iſtens de aliquo ꝗ de q̄ exiſtit. Vtrū
autē ſit de ſpiritusſancto aut ſpiritus/
ſanctus de illo: poſt monſtrabit: Sꝫ
prius dicemus de ſpiritusſctō ſi ſcd̄m
conſequentiā p̄dictā ſit de patre ꝗ d̄
ſeipſo. De patre quidē neceſſe eſt eū
eſſe: quia nulla obuiat oppoſitio: nō
eñ eſt pater d̄ illo. De ſeipſo vero ī/
poſſibile eſt eum eſſe: quia nō poteſt
exiſtens de aliquo ꝗ de quo eſt idem
eſſe. In his omnib⁹ nihil obuiat cō/
ſequentie vnius idētitatis niſi ali/
q̄ua de ſupradictis oppoſitio. Qd̄
vero ī his cognoſcit: in omnib⁹ que
de deo dicuntur īmutabiliter cueni/
re neceſſe eſt.

n· Unc querendū eſt per ſupra
dictas irrefragabiles rōnes:
vtrum filius ſit de ſpiritusſan/
cto: aut ſpiritusſanctus d̄ filio. Dico
quia ſicut per ſupradictam rationē
aut pater eſt de filio: aut filius de pa
tre: aut d̄ ſpiritusſancto pater: aut ſpi
ritusſanctus de patre: ita eſt aut fili⁹
de ſpiritusſancto: aut ſpūſſanctus de
filio. Qd̄ qui negat: neget etiam ne/
ceſſe eſt vnū ſolū deū eſſe: aut filium
deum eſſe: aut ſpiritū ſanctū deū eē:
aut deū eſſe de deo: quia ex his ſeq̄/
tur qd̄ dico. Amplius: nō eſt filius
aut ſpūſſanctus de patre niſi de pa/
tris eſſentia q̄ vna eſt illi cum filio ꝗ
ſpūſctō. Cū ergo dicit: quia fili⁹ eſt
de deo patre: ſi idem deus eſt pater ꝗ
ſpūſſanct⁹: ſequit ſcd̄m vnitatē dei/
tatis vt ſit etiā de ſpūſancto. Eodē
mō quādo ꝯfitemur ſpiritū ſanctum
eſſe d̄ deo patre: ſi idē de⁹ eſt pr̄ ꝗ fi/
lius: ſequit ſcd̄m eandē deitatꝭ vni/
tatem vt ſit ꝗ de filio. Ex his igitur
aperte cognoſcitur: quia aut filius
eſt de ſpiritusſancto aut ſpūſſanctus.

de fillo: qm̄ vtrū q; nequit eſſe verū aut falſū. Neceſſe eſt ḡ ſpiritū ſanctū eſſe de filio ſi pōt monſtrari filiū non eſſe de illo. Nā ſi q̇s dicit non ſequi filiū eſſe de patre ⁊ ſpiritu ſctō quoniā vnus eſt deus pater ⁊ ſpūſſanct⁹: etiā ſi nō opponit̄ aliđ: aut ſpiritū ſctm̄ eſſe de pr̄e ⁊ filio: qm̄ vn⁹ ē de⁹ pater ⁊ fili⁹: q̄uis nō ſit fili⁹ de ſpiritu ſancto: conſideret q: cū eſt de⁹ de deo: aut eſt totus de toto: aut pars đ parte aut pars de toto: Sz de⁹ nullā habet ꝑtem. Impoſſibile igit̄ eſt vt ſi deus eſt de deo: vt tot⁹ ſit đ parte: aut vt pars de toto: aut vt pars de parte. Neceſſe eſt igit̄: vt ſi eſt deus de deo: tot⁹ ſit de toto. Cū ḡ fili⁹ dicitur eſſe de deo qui eſt pater ⁊ ſpiritusſanct⁹: aut alius totus erit pater: alius totus ſpūſſanct⁹: vt de toto patre ſit: ⁊ nō đ toto ſpūſctō: aut ſi idē totus deus eſt pater ⁊ ſpūſſanct⁹: ex neceſſitate cū eſt đ deo toto quia eſt vnus tot⁹ tam pater ꝙ ſpūſſanctus: eſt pariter de patre ⁊ ſpūſctō ſi non repugnat aliud. Eodē mō cū dicit̄ ſpūſſanctus eſſe de toto deo q̇ eſt pater ⁊ filius: aut alius tot⁹ erit pater: alius totus filius: vt ſit de toto patre ⁊ nō de toto filio ſpūſſanct⁹: aut cū eſt de patre ſpūſſanct⁹ nō poteſt nō eſſe de filio ſi nō eſt filius de ſpiritu ſctō. Nulla eñ alia rōne pōt negari ſpūſſanctus eſſe de filio. Dicet aliq̇s: ſi qm̄ vnus deus pater ⁊ ſpiritusſanctus eū filius eſt de patre: ſeq̇t eū eſſe de ſpūſctō: aut cū ſpūſſctūs eſt de patre: q: idē eſt deus pater et filius eſt etiā de filio cū pater gignit filiū: neceſſe eſt eū gignere quoq; ſpiritūſanctū: q: vnus idēq; de⁹ eſt filius ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ cū ſpūſſanctus ꝓcedit de patre ꝓpter eandē vnitatem deitati filij ⁊ ſpūſſancti: ꝓcedit et filius de patre ita ſicut ſpūſſctūs. Si vero vnitas deitati in filio ⁊ ſpiritu ſancto nō illā habet vim conſequētie vt vterq; ſiliter ſit genitus et ꝓcedēs: videt̄ ꝙ nō ex eo qđ vnus eſt deus pater ⁊ ſpūſſanctus: ſequit̄ filiū eſſe de ſpūſctō: aut ſpiritūſctm̄ eſſe de filio: qm̄ idē deus eſt pater ⁊ filius vt dicis. Ad qđ ego: Habent vtiq; a patre eſſe filius ⁊ ſpūſſanct⁹: ſed diuerſo mō: q: alter naſcēdo: alter ꝓcedēdo vt alij ſint abinuicē ꝑ hoc qđ dictū eſt. Et ideo cū naſcit̄ vnus: non pōt cū eo naſci ille qui ꝑ hoc eſt alius ab eo: q: nō ſiliter naſcit̄ ⁊ ꝓcedit. Et cū vnus ꝓcedit: nequit ille ſimul ꝓcedere qui ꝑ hoc eſt alius ab illo: q: nō ſiliter ꝓcedit ſed naſcit̄. Et iđ nō habet hic vnitas illa vim ꝯſequētie: q: pluralitas obuiat que ex natiuitate naſcit̄ ⁊ ꝓceſſiōe: Nā etſi ꝑ aliud nō eēnt plures fili⁹ ⁊ ſpiritusſanctus: ꝑ hoc ſolum eſſent diuerſi. Cū aūt dico ex eo q: pat̄ vn⁹ deus eſt cū filio aut cū ſpūſctō: ſeq̇ filiū eſſe de ſpiritu ſctō aut ſpiritum ſanctū eſſe de filio: nulla ibi pluralitas generat̄ que vnitatis obuiet cōſequētie: q: nō vtrūq; dico eſſe ſed alterum tātū. Omnimoda igit̄ ⁊ inexpugnabili neceſſitate concluditur: quia ſi vera ſunt que ſupra dixi: nos pariter cū grecis credere: aut filius ē đ ſpiritu ſancto: aut ſpiritusſanct⁹ eſt de filio. Q: autē filius nō ſit de ſpiritu ſācto: palā eſt ex catholica fide. Nō eñ eſt deus de deo niſi aut naſcendo vt filius: aut ꝓcedēdo vt ſpiritusſanct⁹: Filius aūt non naſcit̄ de ſpiritu ſancto: Si eñ naſcit̄ đ illo: eſt filius ſpūſſanct⁹: ⁊ ſpūſſanct⁹ pater eius: ⁊ alter alterius nec pater nec filius eſt. Nō ergo naſcit̄ de ſpūſancto filius: nec minus aptum eſt q: nō procedit de illo: Eſſet enim ſpiritus eiuſdem ſpiritusſancti: Qđ aperte negat̄: cū ſpūſſanctus dicit̄ ⁊ credit̄ ſpiritus filij. Nō eñ poteſt eſſe ſpiritus ſui ſpiritus: Quare non ꝓcedit filius de ſpiritu ſancto. Nullo ergo modo eſt de ſpiritu ſancto fili⁹. Sequitur itaq; inexpugnabili ratione ſpiritumſanctum eſſe de filio ſicut eſt de patre.

Forſitan negabunt greci ſpm̄ ſanctū eſſe deū de deo ſicut eſt filius deus de deo: q̄m̄ ꝓbamꝰ ꝑ hoc illū eſſe ⁊ ꝓcedere de filio: nec eſt poſitū in illo ſymbolo: in quo rephendimur ab illis addidiſſe proceſſionem eius de filio. Sed qui hoc putat: negat aut patrem eſſe deum de quo eſt ſpūſſanctus: aut ſpiritū ſanctū eſſe deū qui eſt de patre: aut hoc ipm qđ eſt ſpiritusſanctꝰ eſſe de patre. At patrē non eſſe deū aut ſpiritū ſanctū: nullus ſuſcipit chriſtianus. Uideamus igit̄ vtrū hoc ipſum qđ eſt eſſentialiter ſit ſpiritusſanctꝰ de patre: qđ quēdam epiſcopū grecis forſitan fauentē in Barenſi ciuitate ſenſi nolle ſentire. Nam ſi nō eſt ipſum de patre qđ eſt cum ſit vnus idemq̄ deus qui pater: inueniri nequit vnde ſit alius a patre. Non eñ niſi alius eſt: quia pater habet filiū ⁊ ſpūſſanctus non habet filiū. Per hoc eñ ꝓbari pōt: quia alij ſunt ab inuicē: nō tamē hec eſt cauſa vt diuerſe ſint ꝑſone. Quippe ſi duo ſint homines quoꝝ alter habeat filiū: alter nō: q̄uis ꝑ hoc oſtendi poſſint eē diuerſi: nō tamē ob hoc alij ſē ab inuicē: qꝛ quoq̄ mō ſe habeant: in habēdo vel nō habendo filiū: diuerſitatē tamē non amittūt: Ita ī patre ⁊ ſpūſancto: nō qꝛ alius filiū habet: alius non habet: idcirco ſunt diuerſi: ſed qm̄ diuerſi ſunt: idcirco nihil ꝓhibet eos in habēdo ⁊ nō habendo filiū eſſe diſſimiles. Similiter reſponderi poteſt ſi ideo alius dicit̄ qꝛ nō ab illo ꝓcedit ſpūſſanctꝰ ſicut ipſe ꝓcedit a patre: Quippe vt ſm illos loquar qui negant ſpiritū ſantum de filio ꝓcedere: ſicut nō eſt hec cauſa: quia ſpiritū ſanctū filius de ſe ꝓcedentē nō habet ſicut pat̄ vt aliꝰ ſit a patre: ſequeret̄ eñ vt ſi ſpūſſanctus ꝓcederet de filio: filius nō eſſet alius a patre: ita ꝑ hoc non eſt ſpiritꝰ ſanctus a patre alius: quia nō habet filiū: aut ſpiritū de ſe ꝓcedentē ſicut pater: Et quēadmodū filius nō ideo eſt alius a patre: quia patrem habet ⁊ pater non habet patrē. Si eñ pat̄ haberet patrē: aliꝰ tñ eſſet a patre: ita ſpūſſanctꝰ quia de aliquo ꝓcedit et pater a nullo: non ꝓpter hoc eſt alius a patre: quia ſi pater ab aliquo procederet: nō minus tamē eſſet alius a patre de quo ꝓcedit. Palā igit̄ eſt qꝛ nō ideo eſt ſpūſſanctꝰ alius a patre: quia nō habet filium: aut ſpiritū ſanctū de ſe ꝓcedentē ſicut pater: nec qꝛ de aliquo ꝓcedit ⁊ pater de nullo. Sed neq̄ ꝑ hoc intelligi pōt eſſe a patre alius: quia eſt ſpiritꝰ patris ſi de illo nō habet eſſe. Poteſt eñ intelligi aliquis alius ab aliquo prius q̄ ſit illiꝰ: q̄uis alicuius nequeat eſſe niſi ſit alius: vt cū dicit̄ homo dominus alicuiꝰ: aut homo alterius hominis. Prius eñ intelligit̄ aliꝰ ab illo cuiꝰ eſſe dicit̄ q̄ ſit eius dñs vel hō. Sic itaq̄ ſi ſpūſſanctus nō eſt de patre: nihil ꝓhibet eum intelligi prius aliū ab filio q̄ ſit illius. Quare nō facit illum aliū eſſe a patre hoc qđ ſpiritꝰ eiꝰ ē ſi ꝑ hoc non habet vt ſit aliꝰ ab illo ꝑ qđ eſt ſpūs illiꝰ: Sicut filiꝰ ꝑ hoc eſt alius a patre: ꝑ quod eſt filius eius: quod nō eſt aliud niſi q̄ de ipſo extitit naſcendo. Uidet̄ itaq̄ q̄ ſpūſſanctꝰ nō ſit ꝑ aliud a patre aliꝰ niſi qꝛ ab illo habet eſſe qđ eſt: q̄uis alio ſuo modo q̄ filius. Inueſtigemꝰ tamē hoc diligentiꝰ: vtꝛ̄ aut poſtq̄ fuit ſpūſſanctus hoc qđ eſt cōtigit illi alium eſſe a patre: aut in exiſtēdo habet vnde alius eſt. Cōtingit eñ ī aliquē eſſe qđ eſt prius q̄ ſit alius ⁊ cōtingit aliquē alium ī exiſtendo fieri: prius aūt quēq̄ eſſe alium q̄ ſit hoc qđ eſt: nō eſt poſſibile. Namq̄ primus homo priꝰ q̄ de illo eſſet homo aliquis: erat ipſe homo: ſed nō alius erat: cum vero extitit de illo aliquis: ⁊ ille de quo extitit poſtq̄ hic fuit factꝰ eſt alius: ⁊ qui de illo extitit ſimul habuit eſſe: ⁊ alius factus eſt. Aut ergo ſpūſſanctꝰ ſicut dixi poſtq̄ fuit factꝰ eſt a patre alius: aut habet ī exiſtēdo ꝓpter qđ alius dicit̄. Sed ſi poſtq̄ fuit cōtigit illi aliū eſſe a patre cū nō

ſit alia pſona niſi qm̄ ali⁹ ē ab illo: nō fuerūt ille ſp tres pſone: qz iſta nō ſp fuit ſi nō ſemp fuit ſpūſſanct⁹ alius a patre. Quod itaqz falſa ſunt hec: patet: qm̄ in exiſtēdo habet vnde alius eſt. Eſſe aūt nequit: niſi aut ex aliquo ſicut filius: aut ex nullo ſicut pater. Qd ſi ex nllo quēadmodū pr̄ exiſtit: aut ita exiſtit vnuſqſqz p ſe vt neuter ab altero quicqz habeat: ꝭ ſūt duo dij pater ⁊ ſpūſſanct⁹: aut qm̄ vn⁹ deus eſt ſi vterqz de nllo eſt penitus: nihil īueniri valet ī fide chriſtiana vnde ſint ab inuicē alij: ſed vn⁹ idēqz pater ⁊ ſpūſſanctus ⁊ vna pſona: q̄ vera fides abhorret. Nō eſt ergo verū ſpm̄ ſanctū a nullo eſſe. Si aūt eſt ab aliq nō eſt niſi ex deo qui eſt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſanct⁹. Sed a ſeipo nequit eē: qm̄ nulla pſona a ſeipſa pōt exiſtere niſi ſola patri. Quare ſi q̄s eū negat eſſe a filio: negare nequit illū a patre eſſe. Si quis aūt dicit: quia licz non habeat eſſe de patre: tamē p pceſſionem alius poteſt intelligi. Ad hoc q̄z reſpondendū arbitror ne poſſit aliquid in hac queſtiōe noſtre obijci aſſertioni: cui noſtra reſponſio non obuiet: nec miret̄ aliquis me tm̄ in hoc cōmorari: qm̄ non parue auctoritatis erat ille inter ſuos quem ſenſi non ſentire ſpiritūſanctū hoc qd̄ eſt habere ex patre: nec tūc habui oportunitatē reſpondendi.

F Si ergo ſanctūſpiritū dicere vult ex ſola pceſſione alium eſſe a patre: licz nō ſit ex illo: intelligit aut idipſuz eſſe pcedere de patre: ſolūmō qd̄ eſt mitti vel dari a patre: vt cū mittit vel dat eum pater: tūc tm̄ procedat a patre: aut hoc eſſe pcedere qd̄ eſt de patre eſſe ſi idē eſt pcedere qd̄ eſt dari vel mitti: pcedit parit̄ a filio: ſicut a patre ſpūſſanct⁹: qm̄ ab illo ſimilit̄ mittit̄ ⁊ dat̄. Itē ſi nō eſt aliud ſpūiſancto pcedere q̄z mitti vel dari: nō ē ali⁹ a pr̄e: nec pcedit a patre niſi cum dat̄ vel mittit̄ qd̄ nemo puto intelligit. Semper enī eſt alius a patre ſpūſſanctus etiam ante creaturā: non aūt dat̄ vel mittit̄ niſi creature: nec tamē dicendū eſt qd̄ accidat ei dari vel mitti. Nā cum ipſe ſit vbiqz ⁊ īmutabilis: accipiēti quidem accidit aliquid: qz circa illū fit qd̄ prius nō erat ⁊ abeſſe poteſt: circa ſpiritūſanctū xo nihil fit qd̄ non erat. Cum enī cecus in luce nō ſentit lucē: nō magis nec minus habet aliquid lux: etſi depulſa cecitate ſentiat cecus lucē: circa illū fit motus nō circa lucē. Patet itaqz nō eſſe ſpm̄ſanctū aliū a patre p ſic intellectā pceſſionē: vt non ſit aliud illi pcedere q̄z dari vel mitti. Eſt quoqz patens eum p pceſſionē habere eſſe de patre: ⁊ p hoc aliū eſſe a patre: ſicut filius non per aliud eſt a patre alius q̄z per hoc quia de illo exiſtit. Eſt igitur deus de deo ⁊ pcedit de deo: qz ⁊ ipſe eſt de⁹ ⁊ pater deus: de quo ē ⁊ pcedit. At ſi dicimus duas ſpūſſancti poſſe nominari pceſſiones: vnā qn̄ exiſtit de pr̄e: alterā qn̄ dat̄ vl̄ mittit̄: Nō puto hoc eſſe negandū ſi vnaqueqz in ſuo ſenſu accipit̄. De illa quippe pceſſione qua dat̄ vel mittit̄: non incōgrue dominū ſic dixiſſe intelligim⁹: Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocē eius audis ⁊ neſcis vnde veniat aut q̄vadat. Sic enī hoc potuiſſe dici videt̄: Neſcis vnde procedat aut quo recedat. Cum enī datur quaſi de occulto venit ⁊ pcedit: cum xo ſbtrahit̄ velut ad occultum vadit ⁊ recedit. De hac pceſſione poteſt dici: quia idem illi eſt pcedere qd̄ mitti. Siue igitur nō procedat niſi exiſtendo de patre: ſiue non niſi cum datur aut mittit̄ ad ſanctificandā creaturam: ſiue vtroqz modo pcedat: ſequit̄ vt procedat de filio. Si enim eſt d̄ patre: deus eſt de deo: vnde probat̄ vt dictū eſt eſſe q̄z de filio ⁊ pcedere ab illo. Nāqz pcedit de quo eſt ⁊ de illo exiſtit a q procedit. Si xo tunc tm̄ pcedit cū mittitur vel datur: pcedit a filio a quo datur ⁊ mittit̄. Qd ſi vtroqz modo pcedit: parit̄ vtroqz modo pcedere cognoſcat̄ a filio. Ecce videmus ſpi Joh. 3.

ritū ſanctū eſſe de deo ⁊ procedere de
deo: qđ nō eſt poſitum in p̄fato ſym-
bolo. Si ergo ideo negāt eum eſſe ⁊
ꝓcedere de filio: quia ibi tacetur: ne-
gent eſſe ſimiliter eum de deo ⁊ ꝓce-
dere: quia ibidem nō dicitur. Aut ſi
hoc diffiteri nequeūt: non timeant cō-
fiteri nobiſcū ſpiritū ſanctū eſſe ⁊ ꝓ-
cedere de filio: quoniā hec in eodem
ſymbolo nō inueniunt̄. Qđ ſi dicent:
ſatis ibi ſignificat̄: quia eſt ⁊ ꝓcedit
de deo: quia a patre ꝓcedit: q̄ pater
eſt deus: ⁊ nos ſimiliter dicimꝰ: quia
aperte monſtrat̄ procedere de filio:
cum dicit̄ ꝓcedere de deo: quia filiꝰ
eſt deus. Interrogo enī vtrum ideo
intelligendus ſit ſpūſſanctus eſſe de
patre: quia de deo eſt: aut idcirco eſſe
de deo: quia eſt de patre: licȝ enī inui-
cem alterū altero probet̄. Si enī eſt
de patre eſt de deo: ⁊ ſi eſt de deo eſt
de patre: qm̄ nulla ſupradicta obui-
at relatio: non tamen ſimiliter intelĺcē
ſunt alterū alterius cauſa. Nā ſi eſſe
ſpiritū ſanctū de patre eſt cauſa vt ſit
de deo: cum dicit̄ eſſe de patre: nō eſt
intelligendū qđ ſit de hoc quod pat̄
eſt deus: id eſt de diuina eſſentia: ſed
de hoc qđ deus pat̄ eſt: id eſt de hoc
vnde refert̄ ad filiū. Erit igit̄ diui-
na eſſentia in ſpūſancto: non de dei-
tate patris: ſed de relatione: qđ ſtul-
tiſſimū eſt dicere. Quis ⁊ ſi hoc ve-
lit aliquis accipere: nō minus ſequit̄
ſpiritū ſanctū de filio q̄ȝ de patre pro-
cedere. Nempe nulla relatio ē patris
ſine relatione filij: ſicut nihil eſt filij
relatio ſine patris relatione. Si ergo
alia nihil eſt ſine altera: nō poteſt ali-
quid de relatiōe patris eſſe ſine rela-
tione filij. Quare ſequit̄ ſpiritū ſan-
ctū eſſe de vtraq; ſi eſt đ vna. Itaq;
ſi eſt de patre ſcđm relationē: erit ſimul
⁊ de filio ſcđm eūdem ſenſum. Uerum
quia nemo tam inſipiens eſt qui hoc
opinet̄. Credendū ⁊ confitendū eſt
ideo de patre ſpiritū ſanctū eſſe: quia
eſt de deo. Non autē magis eſt pater
deus q̄ȝ filius: ſed vnus ſolus verus
deus pater ⁊ filiꝰ. Quapropter ſi ſpi-
ritusſanctꝰ ē de patre: quia eſt de deo
qui pater eſt: negari nequit eē quoq;
de filio cū ſit dē deo q̄ eſt filius.

Conſideremus etiā qđ dñs di-
cit in euangelio: Ait enī: Hec Joh. 17.
eſt vita eterna: vt cognoſcāt
te ſolū verū deum ⁊ quē miſiſti ieſuȝ
chriſtū. Aut ergo ita intelligēdꝰ eſt
iſte ſolus verus deus: vt cū nomina-
mus ſolum patrē nō ſignificet̄ ille ſo-
lus verus deus: neq; quādo nomīa-
mus ſolū filiū: ſed tūc ſolūmodo in-
telligat̄ iſte ſolus verus deus: quādo
ſimul dicimꝰ patrē ⁊ filiū. Aut ſolus
verus deus intelligit̄: cū noīamꝰ aut
ſolū patrē: aut ſolum filiū: aut ſi ſolo
patre nomīato: aut ſolo filio: nō intel-
ligit̄ ſolus verus deus ſine adiectiōe
noīs alterꝰ: nō eſt pr̄ ꝑfectus neq; fi-
liꝰ ꝑfectꝰ deus: ſ; eſt deus cōpoſitꝰ ex
patre ⁊ filio. Sed credimꝰ patrē eſſe
ꝑfectū ⁊ ſolū verū deū: ⁊ filiū ſimi-
liter ꝑfectū ⁊ ſolum verū deum. Cū
ergo nominamꝰ patrē ſolum: aut fi-
liū: nō aliud intelligimus excepta re-
latione qua referunt̄ adinuicem: q̄ȝ
ſolum verum deum ⁊ eundē quem in
vtriuſq; ꝑlatione cognoſcimꝰ. Itaq;
cū dixit dñs: Hec eſt autē vita eterna
vt cognoſcāt te ſolū verū deū ⁊ quē
miſiſti ieſum chriſtū: ſi addidiſſet di-
cens: ⁊ de hoc ſolo vero deo procedit
ſpūſſanctꝰ: quis auderet ſepare filiū
ab illa ꝓceſſione cū ille ſolus verus
deꝰ nō magis aut minꝰ ſit pater q̄ȝ fi-
liꝰ? Quapropter ſi idem ſolus verus
deus intelligit̄ cum ſolus pater dicit̄
aut filius: ⁊ cū ambo ſimul nomīant̄:
quid aptius q̄ȝ quia de ſolo vero deo
qui pater eſt ⁊ filius ꝓcedit ſpūſſan-
ctus: cū dicit̄ a patre ꝓcedere? Qua-
re ſicut intelligeret̄ de filio ꝓcedere ſi
idem filius dixiſſet de ſolo vero deo
illū ꝓcedere: q̄n dixit ſe ⁊ patrē ſolū
verum deū eſſe: ita cum dicit eum de
patre ꝓcedere: abſq; dubio eum de ſe
ſignificat procedere. Dicit etiā domi-
nus: Paraclytus ſpūſſanctꝰ quē mit- Joh. 14.
tet pater in nomine meo. Et cum autē Ibid. 15.
venerit ille paraclytus quē ego mittā

vobis a patre. Quid ergo intelligen
dũ eſt cũ dicit: Quẽ mittet pať ĩ no/
mine meo: an qꝛ ſpũſſanct⁹ habebit
nomẽ eius: et cũ mittet pater ſpiritũ
ſanctũ: idem ſit qδ mittere filiũ? Sed
qδ ait: Quẽ ego mittã vobis a pr̃e:
nõ recipit hũc ſenſum: qꝛ eundẽ ipſum
ſpm̃ quẽ mittit pater: mittit fili⁹. neqꝫ
mittit fili⁹ filiũ. Deniqꝫ nuſq̃ꝫ legim⁹:
ꝛ oĩno negam⁹ ſpm̃ſanctũ eſſe filiũ.
Quid itaqꝫ eſt: Quẽ mittet pr̃ in no
mine meo: niſi quẽ pať mittet: fili⁹ q̃ꝫ
mittet? Sic cũ dicit: quẽ ego mittã a
patre: nõ eſt aliud q̃ꝫ ego mittã ꝛ pr̃.
Fili⁹ nãqꝫ ẽ nomẽ illi⁹ q̃ dicebat: mit
tet pater ĩ noĩe meo. Nõ eſt ḡ aliud:
Mittet pr̃ in noĩe meo: niſi mittet pr̃
in noĩe filij. Quid igiť eſt: mittet pr̃
in nomĩe filij: niſi mittet pať tanq̃ſi
mittat fili⁹: vt in miſſiõe p̃ris: miſſio
intelligať filij? Qδ xͦo ait: quẽ ego
mittã vobis a pr̃e: quõ intelligendũ
eſt? Vtiqꝫ a quo cũ mittit fili⁹ ab eo
mittiť: Mittit autẽ eũ a patre. Ergo
a patre mittiť. Sed ille mittit a quo
mittiť: Pať itaqꝫ mittere intelligiť:
cũ fili⁹ dicit: Ego mittã a pr̃e. Quid
eſt ḡ: Ego mittã a pr̃e: niſi ego mittã
tanq̃ꝫ ſi pater mittat: vt vna ꝛ eadẽ
ſit miſſio mea ꝛ patris? Cũ itaqꝫ fili⁹
tanta diligẽtia oſtẽdat vnã eſſe miſ/
ſionẽ patris ꝛ ſuã: vt nec pater mit/
tat niſi cũ fili⁹ mittit: nec fili⁹ mittat
niſi cũ mittit pater: Quid vult ſigni/
ficari: aut quid vult intelligi: niſi qꝛ
nõ aliť ſe habet ad patrẽ ſpũſſanct⁹ et
aliter ad filiũ: nec magis eſt vnius q̃ꝫ
alterius. Quoꝛ ẽ nimis difficile: imo
impoſſibile eſt oſtẽdere quõ nõ ꝓce/
dat ab vtroqꝫ. Unde cũ eſt filio cũ
patre dare ſimul vel mittere ſpm̃ſan/
ctũ: ꝛ hunc eſſe vtriuſqꝫ ſi ſimul non
eſt de vtroqꝫ? Cur enĩ magis dat fili⁹
ſpm̃ſanctũ q̃ꝫ ſpũſſanct⁹ filiũ? Aut cur
mag' ſpũſſanct⁹ ẽ filij q̃ꝫ fili⁹ ſpũſſancti
niſi qꝛ fili⁹ nõ eſt ita de patre ſimul ꝛ
de ſancto: ſicut ſpũſſanct⁹ ẽ de patre
ſimul ꝛ de filio? Si ḡ ſpũſſanct⁹ non
eſt de filio nõ detur a filio: nec dicať
eſſe filij ſicut fili⁹ nõ dať a ſpũſancto:

nec dicať eſſe ſpũſſanct⁹: q̃m nõ eſt ḋ
ſpũſancto. Si aũt dicũt: qꝛ ſpũſſanct⁹
mittit etiã filiũ: ſicut idẽ ipſe dicit p ꝓphe
tã: Et nunc dñs deus miſit me ꝛ ſpũs Eſa. 48.
ei⁹: hoc ſm̃ hoĩem quẽ gerebat intel/
ligendũ eſt q̃ patris ꝛ ſpũſſancti vna
volũtate ꝛ diſpoſitiõe mũdũ redem/
ptur⁹ ĩ mũdo apparuit. Miror tñ ab
his q̃ negãt ſpm̃ſanctũ eſſe ꝛ ꝓcede/
re de filio: quõ intelligãt enim ſic eſſe
ſpm̃ filij vt fili⁹ tanq̃ꝫ ſuũ ſpm̃ illũ mit
tat: An putant qꝛ pr̃ dedit filio ſpm̃
ſuũ tanq̃ꝫ a ſe nõ habẽti: aut enĩ ha/
bet a ſe: aut ab alio. Sed ab alio non
põt hr̃e niſi a pr̃e. Accepit igiť a pa/
tre a quo habet ꝛ dedit ei pater ſpm̃
ſctũ vt a ſe nõ habẽti. Hic oſtẽdãt
cũ eq̃les ſint pater ꝛ fili⁹ ꝛ ſpũſſanct⁹
ꝛ vnuſquiſqꝫ ſibi ſit ſufficiens: que fuit
cauſa: vel que indigẽtia filij vt pater
daret ei ſpiritũ ſuũ magis q̃ꝫ ſpũiſan/
cto filiũ ſuũ. Nõ negam⁹ hoc modo
habere filiũ ſpm̃ſanctũ a patre: quia
a quo habet eſſe: ab eo habet vt de ſe
ſpm̃ſanctũ exiſtentẽ habeat: ſicut pa/
tet: q̃m idẽ eſſe eſt patris ꝛ filij. Nõ
eſt enĩ idem accipere a patre eſſentiã
de qua ꝓcedit ſpũſſanct⁹ ꝛ accipere
a patre ſpm̃ſanctũ. Cũ enĩ diciť ha/
bere a patre eſſentiã de qua ſpũſſan/
ctus ꝓcedit: nulla mõſtrať indigen/
tia filij. Cũ xͦo diciť: qꝛ fili⁹ accipit
a patre ſpm̃ſanctũ quẽ ḋ ſe nõ habet
ſicut pater: videť ſignificari filius q̃ſi
minus aliquid hr̃e q̃ꝫ habeat pať: ꝛ
velut ad ſupplementũ ei dare ſpiritũ
ſanctũ: Sed non apparet cur magis
egeat fili⁹ ſpũſancto q̃ꝫ ſpũſſanctus
filio. Si enĩ reſpõdeť ad hoc datum
eſſe ſpiritũſanctũ filio: vt cũ ipſe cum
patre quoqꝫ daret eundẽ ſpm̃ſanctũ:
par illi cũ patre gr̃a imputareť. Ter/
rena eſt hec opinio ꝛ lõge ab intelle/
ctu diuinitatis extranea vt tanq̃ꝫ hõ
homini deus deo indigẽti ſubueniat.
Nã qꝫ ſi dat pať ſpiritũſanctũ filio:
dat deus deũ deo: pater enĩ de⁹ ꝛ fi/
lius deus ꝛ ſpũſſanct⁹ deus ꝛ vnus
id emqꝫ deus. Non autẽ legim⁹ deũ
a deo deũ accipere: niſi hoc dicať cum

deus ē de deo: vt filius ⁊ ſpūſſanct⁹.
Dicit̄ ergo ſpiritusſanctus filij ſpiri/
tus: nō ob aliud niſi q2 ex ipſo eſt.
H Poſt reſurrectionē legim⁹: q2
inſufflauit domin⁹ in diſcipu/
Ioh.20. los ſuos: ⁊ ait illis: Accipite
ſpiritū ſanctū. Quid ſibi vult iſta in/
ſufflatio? Scimus enim quia flatus
ille q̄ de ore eius tūc ꝓceſſit: nō erat
ſpiritusſanctus. Non ergo credimus
illam inſufflationē ſine aliquo myſte
rio factam eſſe. Quid igitur rectius
hic intelligi poteſt aut apertius: q̄
hoc ideo illum feciſſe vt intelligere/
mus ſpiritū ſanctū de illo procedere.
Ac ſi diceret: Sicut videtis hunc fla
tum ꝑ quem vobis ſpiritū ſanctū: ſi/
cut ſenſibilibus inſenſibilia ſignifica/
ri queunt: ſignifico de intimo corpo/
ris mei ⁊ de ꝑſona mea ꝓcedere: ita
ſcitote ſpiritū ſanctū quem vobis per
hunc flatum ſignifico: de ſecreto dei/
tatis mee ⁊ de mea ꝑſona procedere.
Unam enī ꝑſonam verbi et homīs:
⁊ in ea duas naturas: diuinā ſcilicet
⁊ humanā credimus ⁊ confitemur.
Sed dicent forſitan: flatus vtiq3 ille
non erat de ſubſtantia humana: ⁊ tñ
q̄ſi ſuum illū emittebat. Quapropter
docemur ꝑ huiuſmodi: ſpiritusſancti
dationem: quia cum dat filius ſpiritū
ſanctum: dat ⁊ mittit ſuum ſpiritum
ſed nō de ſue diuinitatis eſſentia: Di
cant igitur ſi qui hoc opinant̄: quia
ſicut flatus non eſt humana natura
cum emittit̄ ab homine: ita ſpiritus/
ſanctus non eſt diuina ſubſtantia: cū
datur vel mittit̄ a deo filio: q̄d nul/
lus confitet̄ chriſtianus. Dicāt etiā
Ps.32. cum audiūt: Uerbo domini celi fir/
mati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius oīs vir/
tus eorum: Si ibi non negant intel/
ligendum per ſpiritū oris domini ſpi
ritūſanctū: non illum eſſe de eſſentia
domini cui⁹ oris ſpiritus dicit̄: quia
ſpiritus qui ex ore ſolet hominū pro/
cedere: non eſt de ſubſtantia illius de
cuius ore procedit. Or ſi non au/
dent dicere ſpiritū ſcilicet dei: nō eſſe
de eſſentia dei: ⁊ per verba rerum ſen
ſibilium: id eſt per ſpiritū oris intel/
ligūt ſpiritū ſanctum de ſecreto eius
eſſentie procedere: cuius oris ſpirit⁹
dicit̄: fateant̄ etiam eūdē ſpiritum
ſanctum de illius eſſentia ꝓcedere:
cuius labiorū ſpiritus dicit̄. Legim⁹
enim ī ꝓpheta de chriſto: Quia ſpi/ Eſa.11.
ritu labiorū ſuorū interficiet impiū.
Aut ergo oſtēdant diuerſitatē inter
ſpiritum oris ⁊ ſpiritū labioꝝ: quod
fieri nequit: aut pariter cōcedant ſpi/
ritū ſanctū ꝓcedere de illo cui⁹ oris
⁊ de illo cuius labiorum ſpirit⁹ deſi/
gnatur. At ſi dicunt nequaq̄ per ſpi/
ritum labiorum ibi intelligi ſpiritū
ſanctū debere: ſed verba ꝑdicationis
eius: que ex iſto aerio ſpiritu huma/
no more formauit: quia verbis ſuis
interficiet impium: cum docendo ab
homine auertit impietatē. Nō vtiq3
hoc faciunt verba ſenſibilia ⁊ iſte ſpi
ritus ſenſibilis: ſed ſpiritū ſſanct⁹ de
quo dicit deus per ꝓphetam: Aufe/ Ezech.11
ram cor lapideum de carne veſtra: et
dabo vobis cor carneum: ⁊ ſpiritum
meū ponam in medio veſtri. Spiri/
tus ergo ſanctus interficit impiū: cū
cor eius conuertitur ab impietate ad
pietatem. Nō ſi intelligimus in illo
impio antichriſtū quem dominus ie/
ſus interficiet ſpiritu oris ſui: nō pu/
to q̄ aliquis attribuat virtutem illā
ſpiritui vocis humane tantū quātū
ſpiritui diuino. Si ergo ſpūſſanctus
intelligitur in his dictis: cum pariter
dicat̄ ſpiritus oris domini cuius ver
bo celi firmati ſūt: id eſt patris: ⁊ ſpi/
ritus oris domini ieſu: ⁊ ſpiritus la/
biorum eius: nō apparet cur magis
intelligi debeat procedere de ore pa/
tris q̄ de ore filij. Et ſi per os patris
intelligimus eſſentiā patris: Nō eñ
eſt aliud os eius q̄ eſſentia eius: vt
ſicut verbū domini eſt d̄ eſſentia ei⁹:
ita ſpūs oris ei⁹ nō ſit niſi de eſſentia
eius: quid apertius q̄ ſicut ſpiritus
oris patris eſt d̄ eſſentia patris ⁊ ꝑ/
cedit: ita ſpiritus oris ⁊ labiorū filij

de filij eſſentia ſit ⁊ procedat. Puto
enĩ quia nemo intelliget ſimpliciter
vbi dictũ eſt: Verbo domini celi fir/
Pſ.32. mati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis
virtus eorũ: verba tranſitoria ⁊ ſpi/
ritũ q̄ de hoc aere aſſumpt⁹ ꝑ loquē/
tis os emittit̃: ſ₃ quomodocũq₃ hoc
aliquis exponere conetur: ſufficit q̄ ī
illa inſufflatiōe domini ī diſcipulos
eius feci mentionē: factu₃ eſt ad ſi/
gnificandũ quia de eiuſdē ꝑſone ſe/
creto ꝓcedebat ille ſpiritus quē da/
bat: de cuius occulto ſpiritus ille ꝓ/
cedebat quē inſufflabat. Deniq₃ cũ
ſcrĩptura diuina ſignificat aliq̄d ſecre/
tũ ꝑ ſenſibiliũ ſimilitudines: non per
omnia q̄ ſignificant et ſignificant̃: ſi/
milia poſſunt eſſe. Non enī hoc eſſet
ſimilitudo ſed identitas: niſi forte
quis dicere voluerit illam inſufflati/
onem ita ſimpliciter eſſe factam a ſa/
pientia vel ſine omni ſpirituali ſigni/
ficatiōe: Sed neminē puto ita inſen/
ſatum vt hoc ſentiat. Item filius di/
Joh.16. cit de ſpũſancto: Non enim loquet̃ a
ſemetipſo: ſed quecũq₃ audiet loque/
tur. Quid ē: Nō loquet̃ a ſemetipſo:
niſi ab alio habet q̄d loquet̃? Et q̄d
eſt: ab alio habebit q̄d loquet̃: niſi ab
alio habebit ſcientia₃ eorum que lo/
quet̃? Vnd̄ poſtq̄₃ dixit: Nō loquet̃
a ſeipſo: addidit: ſed quecũq₃ audiet
loquet̃. Quid eſt audire ſpiritũſan/
ctũ: niſi quaſi diſcere? Et quid ē diſce
re: niſi ſcientiã accipere? Si ergo ſciē/
tia eius nō eſt aliud niſi eſſentia ei⁹:
ab illo habet eſſentiã a quo audit ea
que loquet̃: ⁊ que docet: quoniã idē
eſt illi loqui q̄d docere. Non audit
autem neq₃ habet eſſentiam ab alio
niſi a patre ⁊ filio. Verũ ſi habet eſſe
a patre ſ₃m ſupra dictã rationem: ha/
bet etiã ⁊ a filio. Vnde ⁊ idem filius
Ibidem. dicit: Ille de meo accipiet ⁊ annun/
ciabit vobis. Quippe quid eſt aliud
hoc dicere: q̄₃ a me audiet: hoc eſt a
me ſciet quod annũciabit vobis? Cũ
dixit: Quecũq₃ audiet loquetur: non
determinauit a quo audiet. Cum do
ait: De meo accipiet: ne q̄s ſoli patri
attribuat: quod ab alio audit: aperte
ſe eſſe: a quo ſicut a patre ſcientiã ſiue
eſſentiam accipiat: demōſtrat. Sicut
enim cum dicit̃: Nō loquet̃ a ſemet/
ipſo: ſed quecunq₃ audiet loquet̃: ſi/
gnificat̃ ab eo eſſe ⁊ procedere a quo
audit: Ita cũ profert filius: De meo
accipiet: palam oſtendit eum de ſuo:
hoc eſt de eſſentia ſua eſſentiam ha/
bere ⁊ ꝓcedere. Quod enim diuina
eſſentia non eſt: ſub ſpirituſancto eſt:
nec ipſe accipit aliquid de hoc quod
ſub ſe ē. Quare cũ fili⁹ dicit: De meo
accipiet: non aliud ibi ſuum ſignifi/
cat q̄₃ ſuam eſſentiam. Illud forſitan
quod dixit filius: de meo accipiet: ali
ter conabunt̃ intelligere q̄₃ ego expo
ſuerim. Sed quid dicēt vbi ait: Ne/ Math.11
mo nouit filium niſi pater: neq₃ pa/
trem quis nouit niſi filius: aut cui vo
luerit filius reuelare? Audiuim⁹: q₂
nemo nouit patrem aut filium niſi pa
ter: aut filius: aut cui reuelat filius.
Non dicit autem: nemo: quaſi nullus
homo: ſed acſi diceret: nullus omni/
no. Quippe ſi hoc intelligeret: non
adderet: niſi pater: quia pater nō eſt
homo. Et cum ait: neq₃ patrem quis
nouit. In hac monoſyllaba dictione
videlicet quis: non magis intelligit̃
humana q̄₃ quelibet ꝑſona. Omnino
igitur nullus habet hanc noticiam
niſi pater ⁊ fili⁹: ⁊ cui filius idem re/
uelat: Aut ita q₃ ſpũſſanctus non co/
gnoſcit patrem ⁊ filium: quod inpiũ
eſt opinari: aut filius reuelat ei ſui et
patris ſcientiam: que nō eſt aliud q̄₃
eiuſdem ſpiritusſancti eſſentia. Q₂ ſi
dicunt: quia licet filius q̄tum ad ꝓ/
nunciationem attinet: nullũ ad hanc
admittit noticiam niſi ſe ⁊ patrem: ⁊
cui ipſe reuelat: non tamē ſpiritũſan/
ctũ: aut ab illa ſeparatũ: aut illum a
filio accipere fatendum eſt: quoniam
pater ⁊ filius nō ſe cognoſcunt: niſi ꝑ
hoc q₃ vnum ſunt cum ſpirituſancto.
Et ideo cum ait: patrem ⁊ filium in/
uicem ſe noſſe: intelligēdus eſt ſimul

ſpiritusſanctus. Et cum reuelat filiꝰ
non ſpiritumſancto ſed creature reue/
lat. Si inq̃ȝ h̄ dr̄: nos ſtatim cōſtāter
inferemꝰ: Ergo ſi vbi apte xp̄itas ḿm
ꝙ verba oris eiꝰ ꝓnunciāt: negat ſpi
ritū ſanctū noſſe: niſi reuelante filio.
patrem ⁊ filium: dicunt nos non tā/
tum verba attendere debere quantū
vnitatem eſſentie: que vna tribus et
inſeꝑabilis eſt: multo magis debemꝰ
huius vnitatis ſeruare cōſequētiaȝ:
de qua ſupra locutꝰ ſum cum eā nul/
lo: aut ſcripto: aut ſenſu negat aucto/
ritas: nec profert aliquid qꝺ contra/
rium ſit: aut aliquo modo repugnet.
Eligant itaqȝ greci vnū de duobus ſi
aperte volunt veritati reſiſtere: aut
ſcȝ ſpiritū ſanctū non noſſe patrē aut
filiū niſi reuelante filio: aut ꝓpterea
quia in hoc qꝺ ꝑ ſe cognoſcūt pater
⁊ filius vnū ſunt cum ſpūſancto: qm̄
ipſi dicunť ſe noſſe cōſequi ex neſſita
te: vt in eadem noticia intelligatᷣ ſpi
ritusſanctus. Nempe nihil eſt mediū
ſi volunt hanc noticiam a ſpūſancto.
aut veritatē a verbis penitus abdi/
care: Que vtraqȝ execrať vera con/
Math. 11 feſſio. Sicut enī ait veritas: Nemo
nouit filiū niſi pr̄: neqȝ p̄rē ꝗs nouit
niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reue/
lare. Siquidem eligūt ſpiritū ſanctū
noſſe patrē ⁊ filiū ꝑ reuelationē filij:
habet a filio noſſe: qꝺ nō eſt aliꝺ illi
ꝙ eſſe. Eſt igiť ⁊ procedit a filio: qm̄
ab illo ꝓcedit a quo eſt. Si autē di/
cunt: cum pater ⁊ filius dicunť noſſe
ſe: quia eſſentia ꝑ quā ſe noſcūt eadē
eſt ſpūiſancto: cōſequi ſpiritū ſanctū
eiuſdē eſſe conſortē noticie: cū legiť
illū a patre ꝓcedere: de quo ait filiꝰ:
Joh. 10. Ego ⁊ pater vnū ſumus: confiteanť
nobiſcū: ꝓpter eſſentialeȝ identita/
tem patris ⁊ filij: illū a filio ꝓculdu/
bio ꝓcedere.

I Ideo obijciť cum diciť: filiū
a patre naſci: ⁊ ſpiritū ſanctū
a patre ⁊ filio ꝓcedere: quia
quoſdā gradus ⁊ quedā interualla
cōſtituimꝰ ꝙſi ſpūſanctꝰ eſſe nō poſ/
ſit niſi filiꝰ ꝑus naſcať a p̄re vt poſte/
rior filio ſit ſpūſſanctꝰ: ⁊ ideo rectius
dici ꝙ pariť ſint a p̄re filiꝰ naſcēdo ⁊
ſpūſſanctꝰ ꝓcedēdo: ita vt nec filiꝰ a
ſpūſācto ſit: nec ſpūſſanctꝰ a filio: ſicͭ
ſplēdor ⁊ calor pariť ſt̄ de vno ſole:
nec ſplendor a calore eſt: nec calor a
ſplēdore. Si inq̃ȝ h̄ aliꝗs n̄re obijcit
aſſertiōi: Rn̄demꝰ: Nos nec gradꝰ di/
gnitatis ponimꝰ in deo ꝗ vnꝰ eſt: nec
in exiſtēdo filiū de patre: aut ſpm̄ſan/
ctū de patre ⁊ filio interualla ī eterni/
tate ꝗ eſt extra om̄e tp̄us ſtatuimus.
Siꝉr em̄ oēs chriſtianā fidē tenētes
ꝯfitentur: nec minorē: nec poſteriorē
filiū eē patre: ꝙuis nō niſi de illo ſit.
Ita q̃ȝ nos ꝗ dicimꝰ ſpm̄ſanctū de fi/
lio eſſe ſiue ꝓcedere: nec minorē: nec
poſteriorē cum filio fatemur. Nempe
ꝙuis ſplēdor ⁊ calor de ſole ꝓcedat:
nec poſſint eē niſi ſit ille de quo ſūt:
nihil tñ ꝑus aut poſterius in tribus:
in ſole: ⁊ ſplēdore: ⁊ calore intelligi/
mus: multo itaqȝ minꝰ cū hec in rebꝰ
tꝑalibus ita ſint: ī eternitate que tp̄e
nō claudiť ꝑdicte tres ꝑſone ī exiſtē/
do ſuſceptibiles interualli poſſint in/
telligi. Quod autē diciť: quia filius
⁊ ſpūſſanctus ſic poſſunt eſſe de ſo/
lo patre: vt nec filiꝰ ſit de ſpūſancto:
nec ſpūſſanctꝰ de filio: ſicut ſplēdor
⁊ calor ſimul ꝓcedūt de vno ſole: vt
alter non ſit de altero: non recte hoc
nobis opponiť. Cum em̄ dicimus fi/
lium de patre: ⁊ ſpiritū ſanctū de pa/
tre eſſe: filiū fatemur deū ⁊ ſpiritū ſan/
ctū deū eſſe de patre deo: ⁊ has tres
ꝑſonas vnū ſolum deū eſſe: ⁊ idip̄m
eſſe de eodem ipſo. In ſole vero nō di/
cimus ſolē eſſe de ſole: cum ſplendor
aut calor eſt de ſole: nec idipſū eſſe ſo
lem: ⁊ qꝺ eſt de ſole: nec illa tria vnū
eſſe ſolē. Nam ſi ſol ⁊ ſplendor vnus
eſſet ſol: aut ſi ſol ⁊ calor ſimiliť vnꝰ
ſol eſſet: neceſſe eſſet aut ſplendorem
eſſe de calore cū eſſet de toto ſole: qui
idip̄m eſſet qꝺ calor: aut calorem de
ſplēdore eſſe ꝗ de ſole haberet eſſe ꝗ
nō a ſplēdoris differret eſſentia. Po/
namus tamē filiū ⁊ ſpiritū ſanctū ita
pariter eſſe de ſolo patre: ſicut calor

⁊ ſplendor ſunt de vno ſole. Sed ſi ita eſt: vnde habent qui hoc dicūt ꝙ ſpiritū ſanctū conſitent̄ eſſe filij: ⁊ filium negant eſſe ſpiritusſancti? Nā ſicut nulla ratio admittit vt calor ſit ſplendoris: aut ſplendor caloris: ita non patit̄ veritas vt ſpiritusſanctus magis ſit filij ꝙ̄ filius ſpiritusſancti. Quapropter ſi negare nō audēt ſpiritū ſanctū eſſe filij: negent filiū ⁊ ſpiritū ſanctū ita eſſe pariter de ſolo patre: ſicut ſunt ſplēdor ⁊ calor de vno ſole. Quare ſi hoc nobis obijciūt qḋ dixi de ſplendore ⁊ calore ſolis: nec cum illis: nec cōtra nos eſt.

Sicut nobis dicit̄ neoīno ſeparent filiū a patris cōmunione in hac ſpiritusſancti proceſſione: aſſerūt eum de patre per filium ꝓcedere. Sed hoc quomō intelligi poſſit: non videtur: pſertim cum nuſq̄ legant vnde hoc aperte ꝓbare queant. Nā ſi hoc ſibi ſuffragari ex-
Roma. 11 ſtimant qḋ legimus de deo: Quia ex ipſo ⁊ ꝑ ipſum ⁊ in ipſo ſunt omnia: vt ex quo ſunt oīa ſit pater: ⁊ ꝑ quē filius: ⁊ in quo ſpiritusſanctꝰ: ⁊ inter omnia que ſunt ꝑ filiū ſpiritusſanctꝰ accipit̄. Hoc quidem ꝙ ex patre ſint omnia ⁊ per filiū ⁊ in ſpū ſancto: ſine ſcrupulo accipimꝰ: illud vero ꝙ ſpiritusſanctus ſit inter omnia que ſic eſſe dicit apl'us: nimis eſt ſcrupuloſum aſſerere. Impoſſibile nāq̄ ē vnā quālibet de illis tribus ꝑſonis inter illa omnia claudere ⁊ duas alias excludere. Et ſi pater ⁊ filius ſunt inter omnia que ſunt ex patre ⁊ ꝑ filium ⁊ i ſpū ſancto: videat mēs rōnalis quāta ſequat̄ confuſio. Cum ergo dicat apoſtolꝰ: Ex ipſo: ⁊ ꝑ ipſum: ⁊ in ipſo ſunt omnia: intelligere debemus ſine dubio omnia creata a deo que ita ſūt ex ipſo: ⁊ ꝑ ipſū: ⁊ in ipſo: ſicut aliud ex alio: ⁊ ꝑ aliud: ⁊ in alio. Quicq̄d enim factū eſt non eſt idē deo: ſed ab illo aliud. Spiritus autē ſanctus nō eſt aliud ſed idēipſum qḋ pater ⁊ filius: vtiq̄ nihil aliud intelligi poteſt quo oñdi poſſit ſpiritū ſanctū ꝑ filiū de patre (ſicut aiunt) ꝓcedere. Cum eñ pater ⁊ filius non differāt in vnitate deitatis: nec ſpūſſanctus ꝓcedat de patre niſi de deitate: ſi eadem deitas eſt filij: nequit intelligi quō procedat de deitate patris per deitatem filij ⁊ nō de eiuſdem filij deitate: niſi forte ꝙ̄s dicat ſpiritū ſanctū non ꝓcedere de deitate patris ſed de paternitate: nec ꝑ deitatē filij ſed ꝑ filiationem: que opinio ſua ſe patenti fatuitate ſuffocat. Et ſi dicit: quia cum dico illum ꝓcedere de deitate patris ⁊ filij: nō poſſumus deitatē ſpūſſancti ab hac patr̄ ⁊ filij deitate ſeparare: quoniā vna ⁊ eadem eſt deitas triū: ⁊ ideo ſequit̄: ſi de deitate patris ⁊ filij ꝓcedit: de ſua quoq̄ eum ꝓcedere: ⁊ ob hoc ſpiritū ſanctū de ſeipſo procedere. Ad hoc iam ſupreme ſufficienter memini reſpōdiſſe: quia nulla ꝑſona ex ſeipſa eſſe poteſt: nā ſicut filiꝰ cum ſit de patris eſſentia ꝙ̄uis nō ſit alia ſed eadem filij eſſentia que ē patris: non tamē eſt de ſeipſo ſed de patre ſolo: ita ſpiritusſanctꝰ cum eſt de eſſentia patr̄ ⁊ filij: que eſt eadē illi: nō tñ eſt de ſeipſo: ſed tm̄modo de patre ⁊ filio. Dicēt: Cur nō ſimiliter dicere poſſumus ſpiritū ſanctū de patre per filium procedere: ſicut dicimus a patre omnia ꝑ verbū facta qḋ ē filiꝰ? Sicut enim cum pater facit ꝑ verbū ſuum: non facit per aliud ꝙ̄ per hoc quod ipſe eſt: hoc eſt per eſſentialem poteſtatē: que eſt eadem verbi: ⁊ nō dicitur tamē facere niſi per verbum: Cur nō ſiḷr dicimꝰ ſpiritū ſanctū a patre ꝓcedere per verbū: cum nō procedat de patre niſi de hoc ⁊ per hoc quod idem eſt illi cum filio: ꝙ̄uis nō vt creatura ſed vt idipſum de eodem ipſo? Videamus quid ſequat̄ ſi hoc dicimus: Et pax ſit inter nos. Nempe que facta ſunt a patre per verbū: facta ſunt ab ipſo verbo. Ipſum nā-
q̄ verbū dicit: Quecūq̄ pater fece- Joh. 5.
rit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Dicamus igitur: quia ſpiritusſanctus cum procedit a patre per filiū: ꝓcedit ⁊ a

filio ſimiliter: ſicut que facta ſunt a pa-
tre per verbum: facta ſunt ſimiliter ab
ipſo verbo. Niſi forte intelligunt ſpi-
ritumſanctum procedere de patre per filium
quemadmodum cum fons fluit in riuum:
et riuus colligitur in lacum: dicitur lacus
eſſe de fonte per riuum. Sed ibi non
eſt riuus in fonte ſed extra fontem: ſicut
eſt filius in patre et non extra patrem.
Quare ſic non eſt ſpiritusſanctus de pa-
tre per filium: ſicut eſt lacus de fonte per
riuum. Et tamen ſi ſic eſt: negari nequit
eſſe de filio quemadmodum ſit de patre per filium:
ſicut fatendum eſt lacum eſſe de riuo:
quemadmodum ſit de fonte per riuum. Qui enim
negat lacum eſſe de riuo: quoniam prius
eſt de fonte riuus: dicat ſe non eſſe de
patre ſuo ſed de adam: quoniam per pa-
trem ſuum eſt de adam. Dicat etiam filium
virginis non eſſe de maria nec de dauid:
nec de abraam: quoniam iſti prius fuerunt de
adam: et dicat falſum eſſe quod dictum
Gen.22. eſt abrae: In ſemine tuo benedicentur
Ps.131 omnes gentes. Et ad dauid: De fru-
ctu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Luce.1. Et ad mariam: Benedictus fructus ven-
tris tui. Dicatque chriſtum non eſſe ſemen
horum vel fructum ſed ade: quoniam iſti
ab illo deſcenderunt. Sed neque de adam
eſt filius virginis ſecundum hunc ſenſum:
ſed de limo de quo factus eſt adam.
At inferent: Bene dicimus ſpiritumſanctum non
procedere de filio ſed de patre per fi-
lium: quemadmodum ſit de patre et de filio: ſi-
cut dicis lacum eſſe de fonte et de ri-
uo. De proceſſionis namque verbo queſtio
eſt inter nos: quam vos aſſeritis eſſe de
filio: nos negamus. Ecce enim videtis
riuum de fonte procedere quaſi de origi-
nali principio: lacus autem non procedit ſed
colligitur de riuo: quemadmodum habeat eſſe de
illo. Ita igitur etſi ſpiritusſanctus ha-
beat eſſe de filio: non tamen procedere
proprie dicitur de filio ſed de patre quaſi
de principio. Hoc forſitan diceretur recte
ſi filius naſcens de patre procederet extra
patrem: et medio quodam ſpacio interue-
niente prius intelligeretur eſſe ſpiritusſan-
ctus de patre quam de filio: ſicut riuus
de fonte fluens extra fontem procedit: et
quodam interuallo in lacum colligitur: et
prius eſt lacus de fonte quam de riuo: et
ideo eſt de fonte per riuum: non de riuo per
fontem. Verum cum filius naſcens de pa-
tre non exeat extra patrem: ſed in ipſo
manens: nec loco: nec tempore: nec eſſentia
diuerſus ſit a patre: et cum vnum ſit idemque
patri et filio id vnde procedit ſpiritusſan-
ctus: nec intelligi poteſt: nec dici debet
ſpiritumſanctum procedere de patre et non de
filio. Non ergo videtur quod ratione dicatur ſpiritusſ-
anctus non procedere de filio: ſed de patre
per filium: cum etiam ſi per filium nequeat non de
filio. Si quis tamen vult dicere filium de pa
tre procedere magis proprie quam ſpiritumſan-
ctum de filio quemadmodum ſpiritusſanctus de illo
ſit ſicut riuus: magis illi videtur pro-
cedere de fonte quam lacus de riuo: non con-
cedat ſpiritumſanctum procedere de filio:
de quo habet eſſe ſicut lacus de riuo.
Nos non negamus naſcentem aliquo
modo procedere de illo de quo naſcitur: et
ſpiritumſanctum aſſerimus ſuo modo non
quaſi de duobus fontibus: ſed vere de
vno fonte procedere: ita tamen vt nomen
natiuitatis: nec proceſſio filii amittat:
nec ſpiritusſancti proceſſio recipiat. Non
eſt igitur cur magis dici debeat filius
procedere de patre quam ſpiritusſanctus de filio.

Diligentius conſideremus quo- 2.
modo lacus ſit de fonte pariter et de
riuo: vt per hoc ſicut per temporale
et locale aliquid poteſt intelligi quod
eternum eſt: cognoſcamus ſpiritumſan-
ctum eſſe de patre et filio. Multa enim in
horum conſideratione: ſicut in epiſtola ad
venerabilis memorie vrbanum de in-
carnatione verbi ſcripſi: inueniuntur que
vni deo et tribus perſonis per quandam ſi-
militudinem aptantur. Conſtat enim quod
vna eademque aqua eſt que et fons et ri-
uus et lacus dicitur: non tres aque quemadmodum
tres ſint: fons: riuus: et lacus. Diſcerna-
mus itaque inter fontem: riuum: et lacum:
et videamus quomodo ſingula hec cum
tria ſint in vna inntelligantur aqua.
In fonte quidem aqua de abyſſo aſcendens
ebullit: in riuo de fonte deſcendens fluit:
in lacum colligitur et manet. Per fontem
ergo intelligitur aqua de abyſſo ebulliens:

per riuum: qꝛ de fonte fluit ĩ lacũ: qꝛ
ſimul ibi coadunatᷓ. Uidemus autẽ
qꝛ riuus nõ eſt de ħ vnde aqua fons
dicitᷓ: ſed de hoc qꝺ eſt: id ẽ de aqua:
nec lacus eſt de hoc vnde aqua dicitᷓ
fons aut riuꝰ: ſed de ipſa aqua q̃ vna
⁊ eadẽ eſt in fonte ⁊ riuo. Non ergo
de hoc vnde differũt fons ⁊ riuus: ħ
de hoc in quo vnũ ſunt lacus exiſtit.
Si ergo nõ magis fons eſt hoc vnde
lacus eſt q̃ꝫ riuus: nequit intelligi la/
cus magis eẽ de fonte q̃ꝫ de riuo. Sic
itaqꝫ cũ dicitᷓ: deus pater aut filiꝰ aut
ſpũſſanctus vna in tribus intelligitᷓ
eſſentia ⁊ vnus deus: quod nomẽ eſt
ipſiꝰ ſignificatiuũ eſſentie: ħ in patre
intelligitᷓ gignẽs: in filio genitꝰ: et in
ſpũ ſancto ſingulari quodã ⁊ ineffa/
bili mõ ꝓcedens. Q̃ueadmodũ igitᷓ
lacus nõ eſt de hoc vnde diuerſi ſunt
abinuicẽ fons ⁊ riuus: ſed de aqua ĩ
qua vnũ ſunt: ita ſpũſſanctus nõ eſt
de hoc vnde alij ſunt abinuicẽ pater
⁊ filius: ſed de diuina eſſentia in qua
vnũ ſunt. Si ergo non magis eſt pa/
ter hoc vnde ſpũſſanctus eſt q̃ꝫ filiꝰ:
intelligi nequit cur magis ſit de pa/
tre q̃ꝫ de filio. Q̃ꝺ ſi dicãt nõ eũ eſſe
poſſe de duabꝰ cauſis ſiue ex duobus
ꝑncipijs: Reſpõdemus: q̃m ſicut nõ
credimꝰ ſpũſſanctũ eſſe de hoc vnde
duo ſunt pater ⁊ filius: ſed de hoc in
quo vnũ ſunt: ita nõ dicimꝰ duo eiꝰ
ꝑncipia ſed vnũ principiũ. Quippe
cũ dicimꝰ: deum principiũ creature:
intelligimꝰ patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpũſanctũ
vnum principiũ nõ tria principia: ſi/
cut vnũ creatorẽ nõ tres creatores:
q̃uis tres ſint pater ⁊ filius ⁊ ſpũſ/
ſanctus: quoniã ꝑ hoc in quo vnum
ſunt: nõ ꝑ hoc in quo tres ſunt eſt pa/
ter aut filius aut ſpũſſanctus princi/
piũ ſiue creator. Sicut igitᷓ q̃uis p̃
ſit principiũ: ⁊ filius ſit principiũ: ⁊
ſpũſſanctus ſit ꝑncipium: non tamẽ
ſunt tria ꝑncipia ſed vnum: ita cum
ſpũſſanctus dicitᷓ eſſe de patre ⁊ de fi
lio nõ eſt de duobus ꝑncipijs: ſed de
vno qꝺ eſt pater ⁊ filius: ſi tamẽ dici
debet deus habere principiũ aut cau
ſam. Principiũ nãqꝫ videtᷓ non niſi
rei incipiẽtis eſſe: ⁊ cauſa nõ niſi effe
ctus alicuiꝰ: ⁊ ſpũſſanctus nunq̃ꝫ in/
cipit eſſe nec eſt effectus alicuiꝰ. Nõ
enim incipit eſſe: ꝓficit de nõ eſſe ad
eſſe. Et nomẽ effectus rei que fit ap/
tari videtur ꝓprie. Q̃uõ tamẽ verũ
eſt filium eſſe de patre: ⁊ ſpũſanctũ
de patre ⁊ filio: ſi ſuo quodã ⁊ ineffa
bili modo intelligitᷓ: q̃m aliter ꝓfer/
ri nequit: dici nõ incõgrue poteſt pa
ter quodãmodo ꝑncipiũ filij: ⁊ pater
⁊ filius principiũ ſpũſſancti. Nec tñ
duo cõfitemur ꝑncipia: vnum patrẽ
ad filiũ: alterũ patrẽ ⁊ filium ad ſpi/
ritũſanctũ. Sicut nõ credimus aliũ
deum patrẽ de quo eſt filius: ⁊ alium
deum patrẽ ⁊ filiũ de quo eſt ſpiritus
ſanctꝰ: q̃uis de eodẽ deo ſiue de eo/
dem ꝑncipio ſuo quiſqꝫ mõ ſit: alter
ſcꝫ naſcendo: alter ꝓcedendo: ħ quo/
dam ſingulari ⁊ ineffabili mõ intelli
gitᷓ iſta ꝓceſſio. Proceſſio nãqꝫ mul
tis modis dicitᷓ: de quibꝰ iſte ſolita/
rius intelligitᷓ: ſicꝫ natiuitas filij ſin/
gularis cognoſcitᷓ. Idipm intelligitᷓ
ſi dicimꝰ patrẽ eſſe cauſam filij: ⁊ pa/
trem ⁊ filiũ cauſam ſpũſſancti. Non
eñi duas poſſumꝰ dicere cauſas: aliã
videlicet filij: aliã ſpũſſancti ħ vnã:
queadmodũ nõ duo dij ſunt ſed vnꝰ
deus: de quo eſt filius ⁊ ſpũſſanctꝰ.

I autẽ queritᷓ: cum dñs dixit: M
f Cum venerit paraclytus ſpũs Joh. 15.
veritatis qui a patre ꝓcedit:
cur non addidit: ⁊ a filio: vel a me: ſi
ſic voluit intelligi? Nõ ẽ hoc inuſita
tum in dictis illius: vt cum attribuit
aliq̃d patri quaſi ſoli vel ſibi vel ſpi/
ritui ſancto: velit in alijs intelligi qꝺ
de vno loquitur: Nam cum dicit:
Beatus es ſimon bariona: quia caro Mat. 16.
⁊ ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed patᷓ
meus q̃ in celis eſt: Nõne ipſe filius ⁊
ſpũſſanctus intelligẽdus eſt reuelaſ/
ſe cum patre? Quoniã eñi pater non
reuelat ꝑ hoc quia pater ẽ: ſed ꝑ hoc
quia deus eſt: ⁊ idem deus eſt pater
⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus. Sequitᷓ: Ut
qꝺ reuelat pater reuelet filiꝰ ⁊ ſpiritꝰ

Math.11 ſanctus. Item cū dicit: Nemo nouit
filiū niſi pater: neqꝫ patrē quis nouit
niſi filiꝰ: ⁊ cui voluerit filius reuela/
re: quaſi ſolus filiꝰ cognoſcat ⁊ reue/
let patrē: ⁊ ſolus pater cognoſcat fi/
lium: intelligendū eſt ibi reuelare et
noſſe tribus ꝑſonis eſſe cōmune: qm̄
non ꝑ hoc ꝙ alij ſunt abinuicē: ſed ꝑ
hoc ꝙ vnū ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpūs
ſanctꝰ cognoſcūt ⁊ reuelant. Cum eñ
dicit patrē noſſe filiū: ⁊ filiū noſſe pa
trem ⁊ reuelare ſe ⁊ patrē: apte vult
intelligi: quia pater cognoſcit ſpiritū
ſanctū: ⁊ filius noſcit et reuelat ſpūm
ſanctū: qm̄ idipm̄ qḋ ē pater ⁊ filiꝰ ē
Joh.14. ⁊ ſpūſſanctꝰ. Similiť cū dicit: Qui
me videt: videt ⁊ patrē: nō eſt ſepan/
dus ſpūſſanctus: qm̄ ꝗ videt h̊ vnde
vnū ſunt pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ nō
poteſt videre vnū de his tribus ſine
alijs duobꝰ. De ſpūſancto ꝗꝫ dicit ad
Joh.16. aplos: Cū autē venerit ille ſpūs veri
tatis docebit vos omnē veritatē: ꝗſi
ſolus ſpūſſanctꝰ doceat omnē verita
tē: cū nec ſine patre: nec ſine filio do/
ceat omnē veritatē. Nō eñ ꝑ hoc qꝛ
eſt ſpūs alicuiꝰ ſcꝫ patris ⁊ filij ſpūs:
ſed ꝑ hoc ꝙ vnū eſt cū patre ⁊ filio:
id eſt per hoc ꝙ deus eſt docet omnē
veritatē. Videtis igiť quō in his ꝗ
poſui qḋ vni ꝗſi ſoli attribuit ab alijs
non poſſit ꝑſonis ſepari. Multa hu/
iuſmodi in ſacra ſcriptura legimꝰ: vt
qḋ de vna ꝑſona ſingulariť dicitť: in/
differēter de tribꝰ intelligať. Quic/
quid eñ de vna ꝑſona ꝓnunciať: de
alijs pariter oportet intelligi: niſi cū
de hoc vñ alie ſunt: vt dixi: abinuicē
obuiare cognoſcitť. Quapropť cum
credimꝰ ſpūſanctū de pr̄e ꝓcedere:
qm̄ deus de deo: id eſt eſſentia ſpūſſā
cti de eſſentia patris ꝗ vna eſt: tribꝰ
eſſe intelligitť: neceſſe ē vt de filio eū
ſimiliť eſſe cōfiteamur ſi filius nō eſt
de illo: de hoc eñ ē ſpūſſanctꝰ qḋ eſt
filius ⁊ qḋ eſt pater.

N Ed dicet aliqs: ideo intelligi/
mus filiū ⁊ ſpūſanctū reuela/
re qḋ ſolus pater reuelare di/
citur: ⁊ patrem ⁊ ſpiritū ſanctū reue/
lare ⁊ noſſe qḋ ſolꝰ filiꝰ facere dicitť:
⁊ patrē ⁊ filiū docere qḋ ſolꝰ ſpūſſā
ctus docturū ire ꝓmittitť: qꝛ qḋ de vno
ſolo ī vno loco legitť: d̄ alijs alibi apte
ſignificať. Cum vero dicit ſpūſanctū
de patre ꝓcedere: nō legimus alicubi
eum de filio ꝓcedere: Per quod mo
nemur: non noſtro ſenſu qḋ nuſqꝫ di/
ctū eſt aſſerere. Ad qḋ reſpōdemus:
quia potius docemur per hec que ſic
dicta ſunt: ea que in ſimilibus dictis
tacentur: ſimiliť intelligere: ꝑſertim
cum ex his que dicunť nulla ratione
ꝯtradicente: ea que non dicuntť rati/
onabili neceſſitate cōſequi aptiſſime
videmus. Cum eñ dicit dominꝰ ad
patrem: Hec eſt autem vita eterna vt Joh.17.
cognoſcant te ſolū verum deū: ⁊ quē
miſiſti ieſum chriſtū. An ideo debe/
mus ſepare ab hac ſalubri ⁊ vitali co/
gnitione ſpūſanctū: qꝛ nuſqꝫ legitť:
Hec eſt aūt vita eterna vt cognoſcāt
patrem ſolum verū deum ⁊ ſpūſan/
ctū? Aut hec eſt vita eterna vt cogno
ſcant filium ſolum verū deum ⁊ ſpūſ
ſanctū? Aut cum legimꝰ: Quia ſicut Joh.5.
pater habet vitam ī ſemetipſo: ſic de/
dit ⁊ filio vitam habere ī ſemetipſo:
dicemus ſpūſanctū non habere a pa
tre a quo eſt vt habeat in ſemetipſo
vitam: ſicut habet pater ⁊ filius: qm̄
hoc nuſqꝫ dicit filius de ſpiritu ſan/
cto: ſicut de ſeipſo? Item cum dicit:
Pater in me eſt ⁊ ego in patre: ⁊ qui Joh.14.
videt me: videt ⁊ patrem: an negabi
mus ſpiritū ſanctū eſſe in patre ⁊ fi/
lio: ⁊ patrem ⁊ filium eſſe in ſpiritu/
ſancto? Aut eum qui videt filium vi/
dere ſpiritū ſanctū ſicut videt patrē:
ſi hec non eadem ꝓnunciatione le/
guntur: que de patre ⁊ filio ꝓferuntť:
immo quoniā vnus idem qꝫ deus eſt
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus: Cū
dicitť cognoſcere ſolum verum deum
patrem ⁊ filiū eſſe vitam eternā: in/
ſeparabiliter intelligendus eſt in illa
cognitione ſpiritus ſanctꝰ. Et cū legi/
mus: Quia ſicut pr̄ habet vitā in ſe/
metipſo: ſic dedit filio hr̄e vitā ī ſemet
ipſo: nō debemꝰ vitā eandē exiſtimare
alienā a ſpūſſācto: aut ꝙ illā nō a ſe/
metipſo hēat. Et cū audimꝰ: Pr̄ ī me

eſt ⁊ ego ī patre: ⁊ q̄ me videt: videt
⁊ patrē: cognoſcere debemus ꝑ hec q̄
ita dicunt: qꝛ ſpūſſanctꝰ nō eſt extra
patrē ⁊ filiū: aut pater ⁊ filius extra
ſpm̄ſanctū: qꝛ ꝑ viſionē filij videtur
ſpūſſanctꝰ ſicut et paſ. Sicut enī nō
eſt alius deus pater: alius deꝰ filius:
alius deus ſpūſſanctus: ſic nō habet
deus in ſeipſo aliud q̄ꝫ deum: non eſt
deus extra deū: nec deus diſſilis deo.
Deniqꝫ non legimus in ꝓpheta: aut
euāgeliſta: aut apl̄o his verbis: Deū
vnū eſſe tres ꝑſonas: aut vnū deum
eſſe trinitatē: aut deum de deo. Sed
neqꝫ illo ſymbolo in quo nō eſt ꝓla/
ta proceſſio ſpūſſancti de filio inueni
mus nomen trinitatis. Quō autē ex
his q̄ legimus hec aptiſſime ſequūtᷣ:
cōſtanter ea ⁊ corde credimus ⁊ ore
cōfitemur. Quare non tantū ſuſcipe
rum certitudine debemus que in ſa/
cra ſcriptura leguntᷣ: ſed etiā ea que
ex his nulla alia cōtradicēte ratione
rationabili neceſſitate ſequuntᷣ.

q Uāuis q̄ ſupra iā dicta ſē ſuf
ficere poſſint: adhuc tn̄ aliq̄d
addā: vnde ſpūſſanctus co/
gnoſcatᷣ eſſe de filio. Confitentᷣ greci
nobiſcū ſpm̄ſanctū eſſe ſpm̄ dei: ⁊ ſpi/
ritū patris: ⁊ ſpm̄ filij. Quero itaqꝫ
ſi eodē modo intelligitᷣ eſſe illū ſpm̄
dei: ⁊ ſpm̄ patris: ⁊ ſpm̄ filij: aut diſſi
militᷣ. Certū ē aūt: qꝛ nō dī ſpūs dei
ſicut poſſeſſio: vt cū dicitᷣ: equus ali/
cuius vel domus. Maior enī eſt qui
poſſidet q̄ꝫ qō poſſidetᷣ: deus autem
non eſt maior ſpūſancto: qꝛ ſpūſſan/
ctus eſt deus: nec deꝰ eſt maior deo.
Neqꝫ dicitᷣ ſpūs dei vt membrū dei:
ſicut manus: vel pes hoīs: non enī
deꝰ habet mēbrū aut ꝑtē vllā. Quō
ergo intelligēdus ē ſpūs eſſe dei: niſi
hoc quod eſt ex deo eſt? Non autē ſi/
gnificat aliud nomē pr̄is q̄ꝫ deū qō ē
pater: aut relationē eius ad filium ex
qua nomē patris habet. Similitᷣ di/
cendū eſt de filio. Quid nāqꝫ intel/
ligitᷣ in noīe filij: niſi deus q̄ filius
eſt: aut relatio que refertᷣ ad patrem
ꝑ quam filius appellatᷣ. Sed nullus

ſenſus capit ſpiritūſanctū eſſe ſpiritū
patris: aut filij: ſcḋm qō alter eſt pater
alter filiꝰ: ſꝫ ſcḋm qō vterqꝫ vnꝰ idēqꝫ
deus eſt. Quare idem eſt intellectus
cum dicitᷣ ſpūſſanctus ſpūs dei: ⁊ ſpi/
ritus patris: ⁊ ſpūs filij: ſed ſpūs dei
⁊ ſpūs patris dicitᷣ: quia eſt ⁊ ꝓcedit
de deo ⁊ de patre. Itaqꝫ eſt ⁊ ꝓcedit
de filio: qꝛ eodem ſenſu ſpūs filij di/
citᷣ. Nam cū dicitᷣ: ſpūſſanctus ſpiritꝰ
dei ⁊ ſpūs domini: ſi nō intelligimꝰ
ibi ſpiritū filij eo ſenſu quo ſpiritum
patris: aut ſeꝑabimus filiū a nomine
dei vel dn̄i: aut bifariam intelligetur
ſpiritus dei: ſiue ſpūs dn̄i. Sed vnde
hunc habent ſenſum: aut vbi legitᷣ in
ſacra ſcriptura: qō ſimiliter nō intel/
ligatᷣ de patre ⁊ de filio: cum legimus
ſpiritū dei: ⁊ ſpiritū dn̄i: aut quid in/
uenitᷣ: vnde hoc non ſequatᷣ? Nam ſi
dicunt cum dicitᷣ: ſpūs patris: duobꝰ
modis intelligitᷣ. Eſt enī ſpiritus pa
tris: quia eſt de patre: ⁊ quia datur a
patre: filij vō ſpūs nō eſt niſi qꝛ datᷣ
a filio. Hoc qō quero vnde habeāt:
Et ſi dicūt q̄ ī nulla autentica dictū
ē pagina: nec ſequitᷣ ex eo qō ſcriptū
ſit. Cur nos rep̄hendunt: cum dici/
mus ſpiritūſanctū ꝓcedere de filio:
ideo qꝛ hec verba nō leguntᷣ: cū ex his
que leguntᷣ ⁊ credimꝰ hoc ex neceſſi/
tate ſequi intelligimus. Iudicent ꝗ̄
ipſi quid potius ſuſcipiendū ſit q̄ꝫuis
in ſacra pagina vtrūqꝫ taceatur: an
hoc q̄ nos dicimus ſpiritū ſanctū ꝓ/
cedere de filio: qō oſtendimus ex his
conſequi que veraciter credimus: an
q̄ ipſi dicunt ſpiritū ſanctū aliter eſſe
patris: aliter filij: qō nec auctoritate
nec ratione: nec ex his que certa ſunt
poſſunt oſtendere: vtiqꝫ aut debent
ceſſare ab hac ſua ſententia: ſi tamen
hoc dicunt vt audio q̄ ſpiritusſanctꝰ
aliter eſt filij ſpiritus q̄ꝫ ſpiritus pa/
tris: cum hoc nuſq̄ꝫ legant: vel vnde
hoc probent: aut ſaltem nos rep̄hen/
dere non debent q̄ dicimus ſpm̄ſan/
ctū ꝓcedere de filio: q̄ꝫuis his ver/
bis nō legamus: quoniā ex his q̄ pa/
riter credimꝰ: hoc cōſequi mōſtramꝰ.

Sed ſi ceſſant ab hac ſua aſſertione: credãt pariter nobiſcũ ſpm̃ſanctũ ſi/militer eſſe patris ⁊ filij ſpm̃: ⁊ intel/ligãt eum a filio ſicut a patre ꝓcede/re: Et ſi nos rep̃hẽdere deſinũt: fate/ant nobiſcũ h̃ vnde cognoſcũt nos rep̃hendi nõ debere.

P a Q hoc aũt ꝙ nos rep̃hendũt i ſymbolo illo qđ pariter nos ⁊ illi ſuſcipimus ⁊ tenemus: addidiſſe ſpiritũſanctũ a filio ꝓcede/re: ⁊ querũt cur h̃ factũ ſit: ⁊ quare h̃ ꝑus eoꝝ eccleſie mõſtratũ nõ ẽ: vt cõ/muniter cõſideraret̃ ⁊ cõi conſenſu adderet̃ qđ addendũ erat. Ad hoc linc̃ꝫ reſponſum ſufficiens habemus. Nam ſi querit̃ cur factũ ſit: dicimus: quia neceſſe erat ꝓpter quoſdã mi/nus intelligẽtes qui non animaduer/tebant in illis q̃ vniuerſa credit eccle/ſia cõtineri: ⁊ ex his ſequi ſpiritũſan/ctũ de filio ꝓcedere: ne forte hoc cre/dere dubitarẽt. Qđ c̃ꝫ neceſſariũ fue/rit ꝓ illos qui hoc negant: quia i illo ſymbolo poſitũ nõ eſt cognoſcimus. Quoniã igitur ⁊ neceſſitas cogebat ⁊ nulla ratio ꝓhibebat: ⁊ vera fides hoc admittebat: fiducialiter aſſeruit latinitas quod credendum ⁊ confi/tendũ eſſe cognoſcebat. Scimus enĩ ꝙ non omnia que credere ⁊ confite/ri debemus ibi dicta ſunt: nec illi qui ſymbolũ illud dictauere: voluerunt fidem chriſtianã eſſe cõtentã ea tñ/modo credere ⁊ cõfiteri que ibi poſu/erunt: vt alia taceã: non ibi dicit̃ do/minus ad infernũ deſcendiſſe: qđ tñ pariter ⁊ nos ⁊ greci credimus. Si aũt dicunt nullo modo debuiſſe cor/rumpi ſymbolũ tãta auctoritate fir/matũ: nos non iudicamus eſſe corru/ptionẽ vbi nihil addidim᷒ qđ his q̃ ibi dicta ſunt aduerſet̃. Et c̃ꝫuis de/fendere poſſemus hanc adiectionem non eſſe corruptionẽ: ſi q̃s tamẽ hoc cõtentioſe voluerit aſſerere: reſpon/demus nos illud non corrupiſſe ſed aliud nouũ edidiſſe: illud ẽnĩ ꝓprie/tatem greci dictaminis tranſlatũ cũ illis integꝛ ſeruamus ⁊ veneramur.

Illud autẽ quo frequẽtius in popu/li audientia vtimur: latino more di/ctatum cum additamẽto ſupradicto edidim᷒. Or aũt queritˀ quare h̃ gre/coꝝ eccleſie conſenſu factum non eſt: Reſpõdem᷒: quia ⁊ nimis erat diffi/cile latinis eorũ epiſcopos ad cõſulẽ/dum de hac re colligere: nec erat ne/ceſſe: Unde non dubitabant hoc in queſtionẽ adducere. Que eſt enim eccleſia que vel ꝑ amplitudinẽ vni᷒ regni dilatat̃ cui non liceat aliq̃d ẽm rectã fidem cõſtituere qđ in conuen/tu populi vtiliter legat̃ aut cantet̃? Quãto ergo magis licuit latinis hoc cõſtanter ꝓferre in quo oẽs gentes ⁊ omnia regna que latinis vtunt̃ litte/ris pariter cõcordant.

ad abrahā: vel iacob ⁊ ceteris ſctīs:
qbꝰ in angelis apparere dignatꝰ eſt.
Scđo vero mō in ſomnis: ſic ad iacob
⁊ ad zachariā ꝓphām: ⁊ ad ioſeph
ſpōſum marie: ⁊ in alijs ſctīs qbꝰ ſe/
cretū reuelare voluit. Tertio autem
mō neq3 p creaturā viſibilē neq3 per
hoīem ſ3 occulta tm̄ īſpiratiōe inuiſi/
bilit̄ corda ſuoꝝ tāgēdo loqntes ef
ficit: queadmodū in libris ꝓphaꝝ
ſcriptū ē cū ipi ꝓphe ſbito afflati ſpū
diuīo exclamabāt dicētes: h̄ dic dn̄s.
Alit̄ videre dei eſt mala hoīm ſcien
do reprobare: ſic Eſaias ꝓpha: Et vi Eſa. 59.
dit ⁊ malū apparuit ī oculis eiꝰ. Itē
alit̄ videre dei eſt nos vidētes face/
re: vt eſt illđ ī pſalmo: Proba me de Pſ. 138.
us ⁊ ſcito cor meū. Modꝰ iſte locu/ M
tiōis ⁊ in libro btī Iob ſilr reperit̄:
vbi de ſapīa pr̄is pq̄ plurīa īfima
locutꝰ eſt de deo patre adiecit: Tunc Iob. 28.
vidit illā ⁊ enarrauit ⁊ īueſtigauit ⁊
p̄parauit: Idē vidētes facit atq3 p̄dicā
tes ⁊ inueſtigātes atq3 alijs annūciā
tes. Cognoſcere dei ē cognoſcētes fa
cere: ſic ait ad abrahā: Nūc cognoui Gen. 22.
qm̄ timeas dn̄m. Neq3 eñ in tpe co/
gnouit q̄ fecit oīa anq̄3 fiāt: ſ3 cogno
ſcere deꝰ dr̄ cognoſcētes facere: vbi
q̄ priꝰ de ſe q̄les eēnt incogniti erant
poſt eiꝰ interrogationē pbationē ſi/
bimetipi manifeſti fierēt: ſicut eſt ⁊ il
lud in lege moyſi de pplo iſraelitico:
Ut tēptē eos inqt vtꝝ cuſtodiāt mā Exod. 16
data mea an nō. Neſcire dei ē qſda3
reprobos reprobare: ſic illđ in euan/
gelio: Neſcio vos. Zelare dr̄ deꝰ cū matth. 25
creaturā ſuā quā n̄ vult pire: ſepe ca
ſtigat: corripit: atq3 flagellat: ⁊ fla/
gellādo ad ſe reducit: Vel zelare dr̄
deꝰ cū nullū pctm̄ impunitū vult re
linq̄re: iuſtꝰ eſt eñ: ⁊ iō oīs īiuſticia
execrabil' eſt illi: quā vt dictū eſt nul
lo mō īpunitā patit̄. Iraſci dr̄ deꝰ n̄ N
aī motu vl̄ qlibet ptūrbatiōe q̄ illi
oīno accidere nō pōt: ſ3 creature de/
linq̄nti. i. hoībꝰ īpijs ⁊ peccātibus:
iuſtā dr̄ īferre vltionē: h̄ eſt reddere
illis q̄ meruerūt: ⁊ vltio diuīa iſte fu
ror dr̄. Penitere deꝰ dr̄: nō q3 more
hoīm p trāſact' opibꝰ ſuis peniteat.
Qui eñ oīa nouit anq̄3 fiāt: p terre
nis actibꝰ ſuis penitere n̄ pōt. S3 pe/
nitētia dī ē ſtatuta mutare: ⁊ qđ tem
poraliter inchoatū fuerat ī aliđ mu/
tare: ⁊ aut de bono exigentibus cul/

1. Reg. 15 pls in malū. Sicut de ſaul legiť peni
tuiſſe deū: q̄ cōſtituiſſet eū regem.
Uel ſicut nūc videm⁹ in pplō iudeo/
rum actū: q̄ cū eſſet pplus dei: ob im
pietatem ſuā facti ſunt ſynagoga ſa/
thane. De malo vero bonū: ſicut ac/
cidit pplō gētiū q̄ ante ppls diaboli:
mō factus eſt dei. Hoc q̄ppe mō: oc/
culto dei iudicio iudas proditor de
aplatus gradu lapſus: in inferni ba/
ratro demerſus eſt: latro xp̄o poſt cri
men rapacitatis de cruce ad padiſuz
tranſlatus eſt. Hanc quoq̧ muta/
tionem de bono ad malū: ſiue de ma/
lo ad bonū vt dictū eſt: q̄ occulto iu/
ſtoq̧ iudicio dei p̄ ſeueritatē iuſticie:
ſiue p̄ miſericordiā eius fiat: penitē/
tiam dei dicimus: quod expreſſius in
libro Hieremie ſcriptū eſt: Nō peni/
tere dei ē: ſtatuta mutare nullo mō:
Ps. 109 vt eſt illud in pſalmo: Jurauit do/
minus ⁊ nō penitebit eū. i. pater ad
filiū: Tu es ſacerdos ī eternū. Sacer
B dos dei patris dictus eſt filius dei: ſz
ſcdm diuinitatē: ſ; ſcdm hūanitatē:
in qua ſe p̄ nobis p̄ paſſionē ⁊ mortē
ſuā acceptabile ſacrificiū deo patri
obtulit: vt eſſet ſacerdos q̄ ⁊ ſacrifi/
ciū eſt. Obliuiſci diciť deus: cū q̄buſ
dam impijs ⁊ peccatoribus nō miſe/
reť: qḋ vtiq̧ nō facit p̄ crudelitatem
q̄ in deo nō eſt: ſed p̄ occultū iuſtū q̧
dei iudiciū. Indurare diť deus q̄run/
daʒ maloꝝ corda: ſicut de pharaone
Exod. 10 rege egypti ſcriptū eſt: nō q̄ oipotēs
deus p̄ potentiā ſuā eoꝝ corda indu
rauit: qḋ impiū eſt ita credere: ſ; exi
gentibus eoꝝ culpis: cū duriciā cor/
dis quā ſibijpſi omnia mala ppetrā/
do nutriūt: nō aufert: quaſi illos ipe
induret: quos iudicio indurari p̄mit/
tit. Dormire dei eſt: cū vnigenit⁹ fili⁹
patris in aſſūpta carne mori digna/
tus eſt p̄ nobis: cui⁹ mors recte ſom
nus p̄dictus eſt: ipō dicente p̄ Hiere
miā xp̄hām: Ego q̄ſi de ſomno excita/
Hierc. 31. tus ſum: ⁊ vidi: Et ſomn⁹ me⁹ dulc̄
eſt mihi. Aliter dormire diciť de⁹ cū
fides eius inter proſperitates huius

mūdi ⁊ inter quorūdā corda fide/
lium nō vigilat ſ; dormit. Hanc dor
mitionē ipē tunc ſignificabat: cū in matth. 8.
mari iť fluct⁹ mar̄ dormiuit. Uel
certe dormire dei: eſt anxijs tardius
ſubuenire: ſicut eſt illud in pſalmo:
Exurge quare obdormiſti dñe. Uigi Ps. …
lare dei eſt in defenſionē electoꝝ ſuo
rum ⁊ vltionē inimicoꝝ ſuoꝝ ſe ma/
nifeſtum demonſtrare.

Beati Anſelmi liber de expoſi/
tione mēbrorū veſtimētorū ⁊ actuū
deo attributis explicit.

## Eiuſdem bti Anſelmi Can tuarieñ. archiepi liber de voluntate dei incipit.

Humana
ratio cū deo ſp̄ debe A
b at tractare: ⁊ ad lau
dem ei⁹ aliq̄d cōue/
niēter dicere: noīa p̄
q̄ ꝑprie loquať non
habet: ſ; noīa hoīb⁹ data ⁊ impoſita
accipit: ⁊ p̄ ipm effectū oīpotentiam
ei⁹ ſaltē vł tenui orōne aperire cona/
tur: ⁊ hoc facit ex iſtis reb⁹ colligens
effectū volūtatis dei ſcdm occultam
iuſticiā: vel ſcdm miſcdiam: vł ſcdm
ire ipſius vindictā. Ad incōprehen/
ſibilem eni deitatis ꝑprietatē aſpira
re nō pōt. Hinc nos q̧q̧ de volūtate
dei aliq̄d dicere cupiētes: actū reruʒ
attēdimus: q̄m ad ipſius celſitudinis
culmē anhelare nō valem⁹. Uolūta
tem igiť dei appellam⁹ q̄cq̄d in nobis
ipſe miſericorditer opať reuocando
nos ab errore: vel pie cōfirmādo iu/
ſticie. Uolūtas q̧q̧ diciť pena ⁊ re/
probatio q̄rundā dei occulta diſtri/
ctiōe facta iuſticie. Uolūtas dī ē (vt
breuiter dicā) quicq̄d fit: vt fieri iu
nitur in creaturis. Sed diciť ſi oīa
p̄cedit ex volūtate dei: quā cōſtat B
ſemp̄ bonā ⁊ rectā eſſe: tunc oīa et
recta ſunt: ⁊ ſi hoc eſt: tunc fruſtra iu
dicať aliq̄s iniquus: vł dānať impi⁹:
qḋ fateri: cōtrariū inueniť catholicę

fidel. Dicēdū est igit voluntatē dei
multipliciter accipi: vt q̄cq̄d postea
opponat sine oīm difficultate opulē
tiꝰ aperiat. Volūtas itaq dei accipit
aliq̄n in scripturis equipollēs oīpo-
tenti sue p̄scientie: ⁊ ordinatiōi saga
ps. 113. citer oīa disponēti: Unde dicit: Oīa
quecunq voluit dominus fecit: hoc
est quicq̄d deus ab eterno facturꝫ se
ordinauit: nihil inexpletū reliq̄t. Ac
cipit etiā dei volūtas nomē rerū se-
cundū quendā effectū misericordie
1. Tim. 2. dei: vt ibi: Uult deꝰ oēs saluos fieri:
qḋ est dicere: facit sctōs velle vt oēs
salui fiāt: qḋ ipse tū vult: hoc est ipe
disposuit: ꝟ sanctos facit velle: dei et
ꝓximi inspirādo dilectionē: qua di-
lectione nō inconuenient fiunt in ec-
clesia orōnes a sanctis ꝓ schismaticꝭ
C ⁊ hereticis: iudeis q̄ꝫ ⁊ gētilibꝰ. In-
stitutio diuina: dei volūtas nō impro
prie appellat. Dei aūt institutio in
duo diuidi pōt: in p̄cepta diuinarū
scripturarꝫ: ⁊ in legem naturalē que
Tob. 4. cūq homini insita ē naturalis: q̄ ē:
Qḋ tibi nolueris: alteri ne feceris. ⁊c.
Cui q̄cūq obuiat: dei volūtatē nō
seruat. Precepta etiā diuinarū scri-
pturarꝫ: ⁊ recte obseruatiōes eccīa-
rum: volūtas dei nō īmerito appel-
latur: quibꝰ quicūq obseruant non
acquiescit: a dei volūtate deuiare pe
nitus dr̄: cū tū ab ordine p̄sciētie eiꝰ
nullatenus valeat exorbitare. Ecce
volūtas dī q̄ttuor mōis accipit a do
ctoribꝰ: magistri: scꝫ ꝓ sciētia dei: ꝓ
volūtate sanctorꝫ: qui volūt ⁊ ini-
stos charitatiue saluari: ꝓ rōe hūa-
na: quarto pro preceptis diuinis.
Si q̄s vero oculo mētis hos modos
cōsiderat: nō vlteriꝰ in dic volūtate
determināda impeditꝰ laborabit: ꝟ
vocis acceptiōe fideli intēdens inge
nio de verbis facile diiudicabit. Ita-
q cū dicit: adulteriū vel homicidiū
vult vel non vult deꝰ fieri. He vero
D ꝓpositiōes nō repugnāt sibi: nec cō-
tradicūt: ambe eīn vere sunt: ⁊ indu-
bitabiles: si quis huiꝰ vocis equiuo
cationē multiplicē q̄ est: vult: fidelit
attendat. Nā deus vult adulteriū:
hoc est p̄scit: p̄uidet: Unde nullꝰ du
bitat q2 oīa videt: ⁊ oīa p̄scit. Itē
nō vult: ꝟ est nō p̄cipit vl' mētibꝰ fi-
delium inspirādo nō facit velle. Uel
nō vult deus adulteriū. i. ex vi ratio-
nis anime: ex naturali scꝫ lege data a
deo: nō habemꝰ q̄ q̄s in ꝟ: nec etiam
in alio debeat offendere ꝓximū. Iu-
xta has aūt determinatiōes pōt qui
libet has dei volūtates determinare
apte. Sꝫ videndū est quoddā satis
subtilius: qḋ occurrit hinc de volun-
tate disputationi. Nam volūtati dei
volūtas hoīs adheret plerūq: ꝟ in-
de damnat homo: volūtati dei q̄q
nō adheret hoīs volūtas: ⁊ inde re-
muneraf homo. Itē vult homo qḋ E
non vult deus: ⁊ habet inde p̄miū
a deo: nō vult homo quod vult deus
⁊ inde consequit laudem: ⁊ multis
alijs hanc voluntatē variari modis
sagacium industria per se poterit in-
dagare. Sed nunc ad expositionem
supra dictorꝫ redeamꝰ: vult deus qḋ
vult homo si dānose: vt homicidium
vel adulterium: quod vult deus: hoc
est presciuit: sed homo etiā hac volū
tate damnat: Prohibitū est eīn ei.
Uult deus vt pater alicuius moriat:
vel vult alicuius hominis mortē qḋ
homo non vult affectu naturali: vel
compassione ꝓximi: ⁊ remuneratur
ex hoc tali affectu: si in ceteris regu-
lā recte viuēdi non excesserit: in oī-
bus tamen que vult ⁊ que facit: di-
uine voluntati cōcordare intendit:
⁊ nihil contra eum facere disponit:
quia tunc tantum est bona volūtas
humana: q̄n vult illud qḋ deꝰ vult
illam velle: ⁊ sic concordat diuine q̄
magistra est humane. Magna qui- F
dem volūtas dei incōprehēsibilis ē:
sicut ipse deus contra quā vult ho-
mo: quia nō plene eā cognoscit qḋ
in futuro erit. In presenti vero quos
dam effectus eius ꝑcipit secundū p̄-
ceptionem vel ꝓhibitionem: ⁊ illis

obedit. In his aũt ſupra dictis non
eſt equũ intelligere aliquẽ aliquod
falſum vel ſupfluũ dictuz fuiſſe: vel
cõtra ſanctoꝝ auctoritatẽ. Dicit eñi
Auguſtin⁹ in Encħ. Propterea ma/
gna volũtas eiuſdẽ dñi exquiſita in
oñes volũtates eius: vt ⁊ miro ⁊ in/
effabili modo nõ fiat p̄ter voluntatẽ
eius qꝺ etiã cõtra eius voluntatem
fit: qꝺ nõ fieret ſi nõ ſineret: nec vti/
q; nolẽs ſinit: ſed volẽs: nec ſineret
bonuz fieri male niſi oñipotẽs: ⁊ de
malo poſſe facere bene. Eſt ⁊ alia hu
ius voluntatis diuiſio. Alia eñi põt
dici efficiens: Alia approbãs: Alia
cõcedens: Alia pmittens. Efficiens
volũtas in deo facit quicq̃d vult ef/
ficiens in hoïe: qꝺ põt homo ⁊ vult
ipſo actu. Approbãs eſt q̃ approbat
aliquid: ⁊ hec ad hoïem ptinet ⁊ ad
deũ: approbãs in deo eſt q̃ vult om/
nes ſaluos fieri: qm̃ nulluz prohibet
quãtum ad ſe ſaluũ fieri: immo ſi q̃s
B ad hoc laborat approbat. Patens
eſt quidẽ que ſit approbans in hoïe.
Cõcedens eſt que cõcedit vt fiat ali/
quid. Concedẽte aũt volũtate vult
deus vt homo q̃ melius nõ ꝓpoſuit
vxorẽ ducat. Permittẽs voluntas
eſt que pmittit aliq̃d fieri etſi diſpli/
ceat q̃ũq;. Et hoc mõ dicit deus vel
le mala que pmittit fieri: Vñ dicit:
Ro. 9. Quẽ vult idurat ⁊ cui vult miſeret.
Auguſtinus de ciuitate dei: Cum di
cit deus mutare volũtatẽ: vt quib⁹
lenis erat (Verbi grã) reddat aſp:
illi poti⁹ q̃ ip̄e mutant: ſic mutat ſol
oculis ſauciatis ⁊ aſper q̃dammõ ex
miti ⁊ ex delectabili moleſtus efficit
cũ ipſe apud ſe maneat idez qui fuit.
Dicit etiã volũtas dei quã fac ĩ cor
dibus obedientiũ mandatis eius: de
Phil. 2. qua dicit apoſtolus: Deus q̃ opat in
nobis ⁊ velle. Secundũ hãc volũta
tem etiam velle dicit quod ip̄e non
vult: ſed ip̄e ſuos id volẽtes facit: ſic
orant ꝓ quibuſdã pie ſancteq; inſpi
rati ab eo ſctã volũtate: ⁊ qꝺ orant
D nõ facit. Secundũ vero voluntatez

ſuaz que eius preſciẽtia ſempiterna
eſt: oĩa quecunq; voluit fecit nõ ſo
lum p̄terita vel preſentia ſed etiã fu
tura. Greg⁹. Deus vult oẽs hoïes
ſaluos fieri: id eſt nulli ſaluant: niſi
quos vult ſaluari: vel de oñi genere
hoïm aliq̃ ſaluant. Vel vult omnes
ſaluos fieri: id eſt nõ cogit aliquem
dãnari. Item de coniuge infideli di/
mittendo dici oportet: non dimittat
quia ⁊ ſi licet non expedit. Itẽ in li/
bro de paruuloꝝ baptiſmo: Sic bo/
no male vti malum eſt: ſic malo bene
vti bonum eſt.

Beati Anſelmi liber de volun/
tate dei explicit.

## Eiuſdem beati Anſelmi cã tuarieñ. Archiep̄i liber de ꝯcordia p̄ſciẽtie ⁊ predeſti/ nationis: necnõ gratie dei cũ libero arbitrio: Incipit.

E tribus illis queſtionib⁹ in q̃/ A
d bus dei p̄ſcientie atq;
predeſtinatiõi necnõ
⁊ gratie liberum arbi
trium repugnare videtur: quod mihi
deus dignabitur aperire curabo ip̄o
adiuuante ſcribendo oſtendere.

### Q p̄ſcientia dei videat di/ ſcordare a libero arbitrio: quod non eſt.

Idet quidẽ p̄ſciẽtia dei ⁊ li/
v berũ arbitriũ repugnare: qm̃ B
ea que deus preſcit: neceſſe ẽ
eſſe futura: ⁊ que p liberũ arbitrium
fiunt: nulla neceſſitate pueniũt. Sz
ſi repugnant: impoſſibile eſt ſimul ⁊
p̄ſcientiam dei eſſe que omnia preui/
det: ⁊ aliq̃d per libertatẽ arbitrij fie/
ri. Que impoſſibilitas ſi abeſſe intel
ligit: repugnãtia q̃ videt ineſſe pe/
nitus remouetur. Ponam⁹ itaq; ſi/
mul eſſe preſcientiã dei quã ſequi ne
ceſſitas futurarum rerum videtur: et
libertatem arbitrij per quã mlta ſine

neceſſitate fieri videnť: ⁊ videamus
vtꝝ impoſſibile ſit hec duo ſimul eē.
Quod ſi eſt īpoſſibile: oriť inde ali/
ud impoſſibile. Impoſſibile ſiquidē
eſt quo poſito aliud impoſſibile ſeq̇/
tur. Sed ſi aliq̇d eſt futurū ſine ne/
ceſſitate: hoc ipſum p̄ſcit deus qui p̄/
ſcit omnia futura: quod aūt preſcit
deus: neceſſitate futurū eſt ſicut pre
ſcitur. Neceſſe eſt itaqꝫ aliq̇d eſſe fu/
turum ſine neceſſitate. Nequaq̄ er/
go recte intelligēti hec repugnare vi
denť: preſcientia quā ſequiť neceſ/
ſitas: ⁊ libertas arbitrij a qua remo
uetur neceſſitas: quoniā ⁊ neceſſe eſt
quod deus p̄ſcit futurū eſſe: ⁊ deus
p̄ſcit aliud aliquid eſſe ſine oī neceſ/
C ſitate. Sed dices mihi: Nō remoues
tamē a me neceſſitatē peccandi vel
nō peccandi: quoniā deus p̄ſcit me
peccaturū vel nō peccaturū: ⁊ ideo
neceſſe eſt me peccare ſi pecco: vł nō
peccare ſi non pecco. Ad quod ego:
Non debes dicere preſcit me deꝰ pec
caturꝫ vel nō peccaturū: ſed p̄ſcit me
deus peccaturū ſine neceſſitate: vel
nō peccaturꝫ: ⁊ ita ſequiť q2 ſiue pec
caueris ſiue nō peccaueris: vtrūqꝫ ſi/
ne neceſſitate erit: quia p̄ſcit deus fu
turum eſſe ſine neceſſitate hoc quod
erit. Vides igiť non eſſe impoſſibile
ſimul eſſe p̄ſcientiam dei per quā fu/
tura q̄ preſcit dicunť eſſe ex neceſſita
te: ⁊ libertatē arbitrij p quā multa fi
unt ſine neceſſitate. Si eīm eſt impoſ/
ſibile: ſequiť aliud impoſſibile: ſ3 nul
la naſciť ex hac īpoſſibilitas. Forſi/
tan dices: Nondum aufers a corde
meo vim neceſſitatis cum dicis: q̇a
neceſſe eſt me peccaturū eſſe: vel nō
peccaturū ſine neceſſitate: quia hoc
preſcit deus. Neceſſitas enim videť
ſonare coactionē vel p̄hibitionem.
Quare ſi neceſſe eſt me peccare ex
voluntate: intelligo me cogi aliqua
occulta vi ad voluntatem peccandi:
⁊ ſi non pecco a peccandi voluntate
p̄hiberi. Quapropter neceſſitate vi
deor inde peccare ſi pecco: vł nō pec/
care ſi non pecco. Et ergo ſciendum D
eſt: quia ſepe dicimus neceſſe eſt: q̄d
nulla vi eſſe cogiť: ⁊ neceſſe non eſſe
quod nulla p̄hibitione remouetur.
Nam dicimus neceſſe eſt deum im/
mortalem eſſe: ⁊ neceſſe eſt deū non
eſſe iniuſtum: non q2 vis aliqua co/
gitat eū eſſe immortalē: aut prohi/
beat eſſe iniuſtū: ſ3 quoniā nulla res
pōt facere vt nō ſit imortalis aut vt
ſit iniuſtus. Sic itaqꝫ ſi dico neceſſe
eſt eſſe te peccaturum vel nō pecca/
turum ſola voluntate ſicut deus pre
ſcit: nō eſt intelligendū q̄d aliq̇d pro
hibeat voluntatē que nō erit: aut co
gat illam eſſe que erit: hoc ipſum nā
qꝫ p̄ſcit deus: qui preuidet aliquid
futurū ex ſola volūtate. Sed volun
tas non cogiť aut p̄hibetur vlla alia
re: quia ſic ex libertate fit quod fit
ex voluntate. Si igitur hec diligēter
intelligunť: puto q2 ⁊ p̄ſcientiā dei
⁊ libertatem arbitrij ſimul eſſe: nulla
prohibet inconuenientia. Denicꝫ ſi E
quis intellectū verbi proprie cōſide
rat: hoc ipſo quod p̄ſciri aliq̇d diciť
futurꝫ eſſe pronunciať. Non eīm niſi
quod futurum eſt preſciť: q2 ſcia nō
eſt niſi veritatis. Quare cū dico q̇a
ſi preſcit aliquid: neceſſe eſt illud eē
futurum: id eſt ac ſi dicam: ſi erit: ex
neceſſitate erit: ſed hec neceſſitas nō
cogit nec prohibet aliquid eſſe aut
non eſſe. Ideo eīm quia ponūtur res
eſſe: dicunť ex neceſſitate eſſe: aut q̇a
ponuntur non eſſe: affirmantur non
eſſe ex neceſſitate: nō quia neceſſitas
cogat aut prohibeat rem eſſe aut nō
eſſe. Nam cum dico: Si erit: ex neceſ
ſitate erit: hic ſeq̇ť neceſſitas q̄ rei po
ſitionem nō precedit. Idem valet ſi
ſic p̄nunciеť: Quod erit: ex neceſſita
te erit. Non eīm aliud ſignificat hic
neceſſitas: niſi quia quod erit: nō po
terit ſimul nō eſſe. Pariter aūt verꝫ
eſt q2 fuit ⁊ ē: ⁊ erit aliq̇d nō ex neceſ
ſitate: ⁊ q2 neceſſe ē fuiſſe oē q̄d fuit:
⁊ eſſe q̄d eſt: ⁊ futurū eſſe quod erit.
Quippe nō eſt idē rem eſſe p̄teritā

et rem preteritā eſſe preteritam: aut
rem eſſe preſentē: ⁊ rem p̄ſentem eſ/
ſe preſentē: aut rem eſſe futuram: et
rem futurā eſſe futuraꝫ: ſicut nō eſt
idem rem eſſe albam: ⁊ rem albā eſ/
ſe albā: Lignū eñ nō eſt ſemp̄ neceſ
ſitate albuꝫ: quia aliquādo priuſq̄
fieret albū: potuit nō fieri album: et
poſtq̄ eſt albuꝫ poteſt fieri nō albū:
lignū vero albū: ſemp̄ neceſſe eſt eſ/
ſe albū: q2 nec anteq̄ ſit nec poſtq̄
eſt albū: fieri poteſt vt album ſimul
ſit nō album. Siliter res nō neceſſi/
tate eſt preſens: qm̄ anteq̄ eſſet pre
ſens: potuit fieri vt preſens nō eēt:
et poſtq̄ eſt preſens: pōt fieri nō p̄/
ſens. Rem aūt p̄ſentē neceſſe eſt eſ/
ſe p̄ſentē ſemp̄: q2 nec p̄us q̄ ſit: nec
poſtq̄ eſt p̄ſens: poteſt p̄ſens ſimul
F eē ⁊ nō p̄ſens. Eodē mō res aliqua:
vt quedā actio: nō neceſſitate futu/
ra eſt: quia priuſq̄ ſit: fieri poteſt vt
nō ſit futura. Rē vero futurā neceſ/
ſe eſt eſſe futurā: qm̄ futurū neq̄t eē
ſimul ⁊ nō futuꝝ. De preterito autē
ſimiliter veꝝ eſt: q2 res aliqua nunc
eſt neceſſitate preterita: qm̄ anteq̄
eſſet: potuit fieri vt nō eſſet: ⁊ q2 pre
teritū ſemp̄ neceſſe eſt eſſe p̄teritum:
qm̄ nō pōt ſimul eſſe p̄teritū ⁊ non
eſſe p̄teritū. Sed in re preterita: eſt
quoddā qd̄ nō eſt in re p̄ſenti vl̄ fu/
tura. Nunq̄ eñ fieri poteſt: vt res
que p̄terita ē: fiat nō preterita: ſicut
res quedā que p̄ſens ē: pōt fieri nō
preſens: ⁊ aliqua res que nō neceſſi
tate futura eſt: pōt fieri vt nō ſit fu/
tura. Itaq3 cū dicit̄ futuꝝ de futuro:
neceſſe eſt eſſe qd̄ dicit̄: quia futurū
nunq̄ eſt nō futurū: ſicut quotiens
idē dicimus de eodē. Cū eñ dicim⁹
quia oīs hō eſt hō: aut ſi eſt hō: ho/
mo eſt: aut omne albū eſt album: ⁊ ſi
eſt albū: albū eſt: neceſſe eſt eſſe qd̄
dicit̄: quia nō pōt aliquid ſimul eſſe
et nō eſſe. Quippe ſi non eſt neceſſe
G omne futurū eſſe futurū: quoddā fu/
turū nō ē futuꝝ: qd̄ eſt impoſſibile.
Neceſſitate ergo omē futurū: futu/
ruꝫ eſt: ⁊ cū futurū dicit̄ de futuro:
ſi eſt futurū: futurū eſt: ſed neceſſita
te ſequēte que nihil eſſe cogit. Cum
aūt futuꝝ dicit̄ de re: nō ſemp̄ res ne
ceſſitate eſt: q̄uis ſit futura. Nam ſi
dico cras ſeditio futura eſt in popu/
lo: nō tñ neceſſitate erit ſeditio. Po
teſt eñ fieri anq̄ ſit vt nō fiat: etiā q̄
futura eſt. Aliqñ vero eſt vt res ſit
ex neceſſitate que dicit̄ futura: vt ſi
dico cras eſſe futurū ortū ſolis. Si ḡ
cū neceſſitate p̄nūcio futuꝝ de re fu
tura: hoc mō ſeditio cras futura ne/
ceſſitate futura ē: aut ort⁹ ſolis cras
futur⁹ neceſſitate futurus eſt. Sedi/
tio quidē q̄ nō erit ex neceſſitate: ſo/
la ſequēti neceſſitate futura aſſerit̄:
q2 futura de futura dicit̄. Si eñ cras
futura ē: neceſſitate futura eſt. Ort⁹
vero ſolis duab⁹ neceſſitatib⁹ futur⁹
intelligit̄: ſcilicet ⁊ p̄cedēti: que facit
rem eſſe: iđo eñ erit: quia neceſſe ē
vt ſit: ⁊ ſequēti que nihil cogit eſſe:
qm̄ iccirco neceſſitate futurus eſt q̄a
futurus eſt. Quapropter cū dicim⁹ H
quia qd̄ deus p̄ſcit futurū: neceſſe ē
eſſe futurum: non aſſerimus ſemper
rem eſſe neceſſitate futurā: ſed rem
futuram neceſſitate eſſe futurā: Nō
enī poteſt futurū ſimul non eſſe fu/
turum. Idē ſenſus eſt ſi ſic dicit̄: Si
deus preſcit aliquid non addendo
futurum: qm̄ in preſcire intelligitur
futurum: Nam nō eſt aliud p̄ſcire:
q̄ ſcire futurū: ⁊ iđo ſi preſcit deus
aliquid: neceſſe eſt illud eſſe futuꝝ.
Non ergo ſemp̄ ſequit̄ p̄ſcientiam
dei rem neceſſitate futurā eſſe: quo/
niam q̄uis oīa futura preſciat: non
tamē preſcit cuncta futura neceſſita/
te: ſed quedā preſcit ex libera ratio/
nalis creature volūtate futura. No
tandū quippe eſt: quia ſicut neceſſe
non eſt deū velle quod vult: ita ne/
ceſſe non eſt in multis velle hominē
quod vult: et ſimiliter neceſſe eſt eſ/
ſe quicquid deus vult: ita neceſſe eſt
eſſe qd̄ vult homo in his que de⁹ ita
ſubdit humane nature ⁊ voluntati:

vt ſi vult fiant: ſi nõ vult non fiant.
Quũ eñ quod deus vult: nõ poteſt
non eſſe: cũ vult hominis volũtatẽ
nulla cogi vł ꝓhiberi neceſſitate ad
volẽdũ vł ad ñ volẽdũ: ⁊ vłt effectũ
ſeq̃ volũtatẽ: tũc necẽ ẽ volũtatẽ eẽ
liberã: ⁊ eſſe qđ vult. In huiuſmõi
ergo verũ eſt quia neceſſitate fit opꝰ
peccati: quod vult homo facere: q̃ꝰ/
uis nõ neceſſitate velit. Quod ſi qri
tur de peccato ipſius volũtatis: cum
peccat volẽdo: vtrũ ſit neceſſitate?
Reſpõdendũ eſt: quia ſicut nõ vult
neceſſitate: ita nõ eſt peccatũ volun
tatis neceſſitate. Nec neceſſitate opa/
tur eadem voluntas: quia ſi nõ vel/
let ſponte non operaret̃: q̃uis qđ fa/
I cit neceſſe ſit fieri: vt ſupra dixi. Nã
qm̃ nõ eſt aliud ibi peccare q̃ velle
quod non debet: ita nõ eſt peccatum
voluntatis neceſſariũ: ſicut velle nõ
eſt neceſſariũ: tñ verũ eſt qꝛ ſi vult
homo peccare: neceſſe ẽ eũ peccare ſꝫ
ea neccitate quã ſupra dixi nihil coge
re: aut ꝓhibere. Itaq̃ qđ vult libera
voluntas: ⁊ põt: ⁊ nõ põt nõ velle:
⁊ neceſſe eſt eã velle. Poteſt namq̃
nõ velle anteq̃ velit: quia libera ẽ:
⁊ cum vult: non poteſt nõ velle: ſed
eã velle neceſſe eſt: qm̃ impoſſibile il
li eſt: idipſum ſimul ⁊ velle ⁊ nõ vel/
le. Opus vero volũtatis cui datũ ẽ
vt quod vult ſit: ⁊ quod nõ vult nõ
ſit: voluntariũ ſiue ſpontaneum eſt:
qm̃ ſpontanea voluntate fit: ⁊ bifa/
rium eſt neceſſariũ: qꝛ ⁊ voluntate
cogit̃ fieri: ⁊ qđ fit nõ poteſt ſimł nõ
fieri. Sed has neceſſitates facit volũ
tatis libertas: que prius q̃ ſint eas
cauere poteſt. Hec omnia deus qui
ſcit omnem veritatẽ ⁊ nõ niſi verita
tẽ: ſicut ſũt ſpõtanea vel neceſſaria
videt: ⁊ ſicut videt ita ſunt. Hac er/
go cõſideratiõe palam ẽ: qꝛ ſine omĩ
repugnantia: ⁊ deus ꝑſcit omnia: et
multa fiunt ex libera voluntate: que
anteq̃ ſint: fieri põt vt nunq̃ ſint: et
tamẽ quodãmõ ſunt neceſſitate: q̃
neceſſitas vt dixi deſcendit de libera

voluntate. Cognoſci poteſt etiã nõ
omnia que preſcit deus eſſe ex neceſ/
ſitate: ſed quedã fieri ex libertate vo/
luntatis: per hoc quia cũ vult aut fa
cit deus aliquid ſiue ſecundũ eterni/
tatem: dicat immutabilẽ preſcientiã
in qua nihil eſt preteritũ aut futurũ:
ſꝫ omnia ſimul ſunt ſine omni motu:
vt ſi dicimꝰ: qꝛ nõ voluit aut volet:
nec fecit nec faciet aliquid: ſed tantũ
vult ⁊ facit ſiue ſcđm tempus velut
cũ ꝓferimus quia volet aut faciet:
quod nondum factum eſſe cognoſci/
mus negari nequit ſcire q̃ vult ⁊ fa/
cit: preſcire q̃ volet atq̃ faciet. Qua K
re ſi ſcire atq̃ ꝑſcire dei neceſſitatem
ingerit omĩbꝰ que ſcit aut ꝑſcit: ni/
hil ſunt ſcđm eternitatem: aut ſcđm
vllum tempꝰ vult aut facit: ipſe facit
ex libertate: ſed omĩa ex neceſſitate.
Quod ſi abſurdũ ẽ vel opinari nõ
neceſſitate eſt: aut nõ eſt omne quod
ſcit deus: aut ꝑſcit eſſe: vel non eſſe:
ergo nihil prohibet aliquid ſciri vel
preſciri ab illo in noſtris voluntati/
bus ⁊ actionibꝰ fieri: aut futurũ eſſe
per liberũ arbitrium: vt q̃uis neceſ/
ſe ſit eſſe quod ſcit aut preſcit: tamen
multa fiũt nulla neceſſitate: ſꝫ libera
volũtate: queẽadmodũ ſupra mõſtra
ui. Nempe quid mirũ ſi hoc mõ ali/
quid ẽ ex libertate: ⁊ nõ ex neceſſita
te: cũ multa ſint q̃ recipiant oppoſi/
ta diuerſa ratione. Que nãq̃ magis
oppoſita ſunt: q̃ adire ⁊ abire? Vi/
demus tñ cum tranſit aliq̃s de loco
ad locũ: qꝛ idẽ ire ei ẽ adire ⁊ abire.
Abit enim de loco ⁊ adit ad locum:
Item ſi conſideremus ſolem ſub ali/
qua parte celi cũ ſemꝑ celũ luſtrãdo
ad eandem ꝑtem feſtinet: videmꝰ qꝛ
idem locꝰ eſt a quo recedit ⁊ ad quẽ
accedit: ⁊ indeſinenter ei eodem tem/
pore appropinquat a quo elongat̃.
Patet etiam curſum eius non igno
rantibus: qꝛ ſi celum conſideremus:
ſꝑ tranſit ab occidẽtali parte ad ori/
entalem. Si vero terrã attendimus: L
nunq̃ niſi ab orientali ad occiden/

talē: ꝛ ſic ſemꝑ ꝯtra firmamentũ va
dit: ꝛ licet tardiꝰ cũ firmamēto: qḋ
ipm̄ in oībus planetis cernit᷑. Ita ḡ
nulla oꝛit᷑ repugnātia: ſi ſcḋm p̄ di/
ctas rationes aſſerimꝰ idem aliquid
eſſe neceſſitate futuꝝ qꝛ eſt futurũ:
et nulla cogi neceſſitate eſſe futurũ:
niſi ea neceſſitate quā ſupꝛa dixi fie
ri a libera voluntate. Si vo ꝑ h̄ qḋ
Job. 14. de hoīe dic̄ Job deo: Cōſtituiſti ter/
minos eiꝰ qui preteriri nō poterũt:
vult aliq̄s oñdere qꝛ nullus potuit
accelerare vl' differre diē in qua mo
rit᷑: q̄uis aliqñ nobis videat᷑ aliq̄s
facere ex libera voluñtate vñ moꝛit᷑.
Sed nō eſt qḋ obijcit᷑ cōtra hoc qḋ
ſupꝛa diximus. Nā qm̄ deus nō fal
lit: nec videt niſi veritatē: ſiue ex li
bertate: ſiue ex neceſſitate veniat: di
cit᷑ ꝯſtituiſſe apud ſe īmutabiliter
qḋ apud hoīes p̄ꝛuſ q̄ȝ fiat mutare
M pōt. Tale etiam paulus apl's de his
Ro. 8. q̄ ſcḋm ꝓpoſitũ vocati ſũt ſcti dicit:
Quos p̄ſciuit ꝛ p̄deſtinauit cōfoꝛ/
mes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipe
p̄mogenitꝰ in mlt'is fratribꝰ: Quos
aũt p̄deſtinauit: hos ꝛ vocauit: ꝛ
quos vocauit: hos ꝛ iuſtificauit: q̄s
aũt iuſtificauit: illos ꝛ magnificauit.
Hoc quippe ꝓpoſitũ ſcḋm qḋ voca
ti ſũt ſcti: in eternitate ē: in qua nō eſt
preteritũ vel futuꝝ: ſed tm̄ p̄ſens ī/
mutabile eſt: ſ; in ipis hoībus ex li/
bertate arbitrij aliqñ eſt mutabile.
Sicut eñ q̄uis in eternitate nō fuit
aut erit aliq̄d: ſ; tantũ eſt: ꝛ tamē in
tp̄e fuit ꝛ erit aliq̄d ſine repugnan/
tia: ita qḋ in eternitate mutari neq̄t
in tp̄e aliqñ: ꝑ liberā voluntatē an/
teq̄ȝ ſit: eſſe mutabile ꝓbat᷑ abſq; in
cōuenientia: q̄uis ibi nihil ſit niſi p̄/
ſens: nō eſt tamē illud p̄ſens tp̄ale
ſicut noſtrũ: ſ; eternum in quo tp̄a
cũcta ꝯtinent᷑. Siquidē queadmo/
dũ p̄ſens tp̄s ꝯtinet oēm locũ: ꝛ q̄ ī
quolibet loco ſunt: ita eterno p̄ſenti
ſimul claudit᷑ oē tp̄s: ꝛ que ſunt ī
quolibet tempoꝛe. Cũ ergo ait apl's
quia deus p̄ſciuit ſanctos ſuos: p̄de

deſtinauit: vocauit: iuſtificauit: ma/
gnificauit: nihil hoꝝ p̄iꝰ aut poſte/
rius apud deũ eſt: ſ; oīa ſimul eter
no p̄nti ſunt intelligenda. Habet eñ
eternitas ſuũ ſimul in quo ſunt om/
nia que ſimul ſunt loco vl' tempoꝛe:
ꝛ que ſunt diuerſis in locis vel tem/
poꝛibus. Ut aũt oſtenderet idē apo N
ſtolus: non illa verba ſe ꝓ tempoꝛa/
li ſignificatiōe poſuiſſe: illa etiā que
futura ſunt: p̄teriti tēpoꝛis verbo ꝓ/
nũciauit. Nondũ eñ quos p̄ſciuit
adhuc naſcituros: iam tempoꝛaliter
vocauit: iuſtificauit: magnificauit.
Unde cognoſci pōt eum ꝓpter indi/
gentiā verbi ſignificantis eternam
p̄ſentiā: vſum eē verbis p̄terite ſigni
ficationis: qm̄ que tp̄e p̄terita ſunt:
ad ſimilitudinem eterni p̄ſentis om/
nino īmutabilia ſunt. In h̄ ſiquidē
magis ſimilia ſunt eterno p̄ſenti tem
poꝛalit᷑ p̄terita: q̄ȝ p̄ſentia: qm̄ que
ibi ſunt: nunq̄ȝ poſſunt non eſſe pre/
ſentia: ſicut tempoꝛis p̄terita nō va/
lent vnq̄ȝ p̄terita nō eſſe: p̄ſentia ve
ro tp̄is oīa que trāſeũt: fiunt nō pre/
ſentia. Hoc ḡ mō quicq̄d de his que
libero fiunt arbitrio: velut neceſſari
um ſacra ſcriptura ꝓnunciat: ſcḋm
eternitatē loquit᷑: in qua preſens eſt
omne veꝝ īmutabiliter: nō ſcḋm tē/
pus in quo nō ſemꝑ ſunt voluñtates
ꝛ actiones nr̄e: ꝛ ſicut dum nō ſunt:
nō eſt neceſſe eas eſſe: ita ſepe nō eſt
neceſſe vt aliqñ ſint. Nam nō ſemꝑ
ſcribo: aut volo ſcribere: ꝛ ſicut dum
nō ſcribo: aut nō ſcribere volo: non
eſt neceſſe me ſcribere: aut velle ſcri/
bere: ita neceſſe non eſt vt aliqñ ſcri/
bā: vel velī ſcribere. Cũ aũt res alit᷑
eē cognoſcat᷑ in tp̄e: q̄ȝ in eternitate:
vt aliqñ verũ ſit: qm̄ aliq̄d nō eſt in O
tempoꝛe: quod eſt in eternitate: ꝛ
quod fuit in tempoꝛe quod ibi non
fuit et erit tempoꝛaliter: quod ibi
nō erit: nulla ratione negari videtur
poſſe: Similit᷑ aliq̄d in tp̄e eſſe mu/
tabile qḋ ibi eſt immutabile. Quip/
pe nō magis oppoſita ſunt: mutabile

in tēpore: ⁊ īmutabile ī eternitate: q̄ non eſſe in aliquo tempore: ⁊ eſſe ſemp in eternitate: ⁊ fuiſſe vel futur̄ eſſe ſcd̄m tempus: atq̄ nō fuiſſe vel nō futur̄ eē in eternitate. Si q̄dē nō dico aliq̄d nū q̄ eſſe in tēpe: quod ſemp eſt in eternitate: ſed tm̄ in aliq̄ tempore nō eſſe. Non enī dico actionem meam craſtinā nullo tpe eſſe: ſ hodie tm̄ nego eā eſſe: que tm̄ ſemper eſt in eternitate. Et quādo negamus fuiſſe vel futur̄ ibi eſſe aliq̄d quod ī tempe fuit aut erit: nō aſſerim⁹ id q̄d fuit aut erit nullo mō ibi eſſe: ſ tātū preterito vel futuro mō dicim⁹ non ibi eſſe q̄d ibi indeſinenter eſt ſuo p̄ſenti modo: in his vero nulla videt aduerſari ꝯtrarietas. Sic vtiq̄ ſine vlla repugnantia dicit aliquid eſſe mutabile in tpe anteq̄ ſit: q̄d in eternitate manet īmutabilit nō anteq̄ ſit vel poſtq̄ eſt: ſed indeſinēter q̄a nihil eſt ibi ſcd̄m tempus. Nam hoc ipſum ibi eſt eternaliter: q̄ꝛ temporaliter aliq̄d eſt: ⁊ anteq̄ ſit pōt nō eē ſicut iā dixi. Sufficienter ex his q̄ dicta ſunt puto patere q̄ꝛ p̄ſcientia dei ⁊ liberum arbitriū nequaq̄ inuicē repugnāt: q̄d facit vis eternitatis q̄ claudit omne tempus: ⁊ que ſunt in quolibet tempore. Sed quā non in oībus liber̄ habem⁹ arbitriū: videndum eſt vbi: ⁊ que ſit illa libertas arbitrij quā ſemper habere credit hō: ⁊ quod ſit illud arbitriū. Nō enim idem eſt arbitriū ⁊ libertas qua dicitur liberum. In multis dicit libertas ⁊ arbitrium: vt cum aliquem dicimus libertatem habere loquendi aut tacendi: ⁊ in eius arbitrio eſſe quid hor̄ velit. In pluribus quoq̄ alijs ſilr dicitur libertas ⁊ arbitrium que nō ſemp aſſunt: aut ad ſalutem aīe nobis neceſſaria ſunt. Pro illo autē arbitrio tm̄: ⁊ ꝑ illa libertate iſta ventilat queſtio: ſine quib⁹ hō ſaluari neq̄t: poſtq̄ poteſt illis vti. Nam ideo cōqueruntur multi: q̄ꝛ putant ad ſalutē vel damnationē nihil valere liber̄ arbitriū: ſed ſolā neceſſitatem: ꝓpter dei p̄ſcientiā. Qm̄ ergo non ſaluat homo poſtq̄ ad intelligibilem ꝑuenit etatē: ſine ſua iuſticia: ibi eſt inueſtigandū hoc arbitriū ⁊ hec libertas vnde agit: vbi ſedes iuſticie eſt: Primū itaq̄ oſtēdēda ē iuſticia: deinde iſta libertas: ⁊ iſtud arbitriū. Eſt quidē iuſticia quelibet magna vel parua rectitudo volūtatis ꝓpt ſe ſeruata. Libertas aūt iſta eſt poteſtas ſeruādi rectitudinē voluntatis ꝓpter ipſam rectitudinem. Quas diffinitiōes puto me apertis rationibus monſtraſſe: priorē quidem in tractatu quem feci de veritate: alterā vero in eo quem edidi de hac ipſa libertate: in quo etiam oſtenſum eſt quomodo naturaliter: ⁊ inſeperabiliter ſit ī homine hec libertas: q̄uis nō ea ſemp vtatur: ⁊ q̄d ſit ita fortis vt nulla res homini fortitudinē alias certitudinē p̄dictā: id ē iuſticiā quā habet valeat q̄diu hac libertate voluerit vti: auferre. Iuſticia vero nō eſt naturalis ſ fuit ſeparabilis in p̄ncipio ab angelis ī celo ⁊ hominib⁹ in ꝑadiſo: ⁊ eſt adhuc in hac vita: nō tm̄ neceſſitate aut neceſſitatis vi impellente: ſ habentiū illā propria voluntate. Sed quoniā iuſticiam qua iuſtus eſt aliquis: conſtat eſſe rectitudinē volūtatis quā dixi: que rectitudo tunc tantum eſt in aliquo: cum ipſe vult quod deus vult eum velle. Patet quia deus eandem rectitudinem non poteſt inuito auferre: quoniam nō poteſt hoc velle. Sed neq̄ velle poteſt: vt eam habens nolens vlla neceſſitate cam deſerat: Quippe vellet illum nō velle: quod vult eum velle: quod eſſe nequit. Sequitur ergo deum velle hoc modo rectam voluntatē: ad volendum recte: ⁊ ad ſeruandū eandē rectitudinem eſſe liberam: que quando poteſt quod vult: libere facit: q̄d facit vult. Unde q̄d apertiſſime cognoſci pōt: aliquā eſſe liberā volū-

tatem cū actiōe ſua: nō repugnante
dei preſcientia: ſicut ſupra monſtra/
R tum eſt. Ponam⁹ nūc exemplū ali/
quod ī quo appareat ⁊ recta ⁊ iuſta
voluntas ⁊ libertas arbitrij: ⁊ ipſm ar
bitrium: ⁊ quō recta volūtas impu/
gnetur vt deſerat rectitudinē: ⁊ qua
liter eā libero ſeruat arbitrio. Habz
aliqs in corde vt veritatē teneat: qa
intelligit rectū eſſe amare veritatem.
Hic vtiq͡ʒ rectā iam habet volūtatē
⁊ rectitudinē volūtatis. Aliud autē
eſt volūtas: ⁊ aliud rectitudo q̄ recta
eſt. Accedit ali⁹ ⁊ niſi mētiat̄ minat̄
illi mortē: Videmus nūc in eius eſſe
arbitrio: an deſerat vitā pro rectitu/
dine volūtatis: an rectitudinē ꝓ vi
ta. Hoc arbitrium: qd̄ ⁊ iudiciū dici
pōt: liberꝝ eſt: qm̄ ratio qua intelligit̄
rectitudo docet rectitudinē illā eiuſ/
dem rectitudinis amore ſemper eſſe
ſeruandā: ⁊ quicquid obtēdit̄ vt de
ſerat̄ eſſe contēnendū: atq͡ʒ volūta/
tis eſt: vt ipſa quoq͡ʒ reprobet ac eli/
gat: queādmodū rōnis intellectus
mōſtrat: Ad h̄ eīm maxime date ſunt
rōnali creature volūtas ⁊ rō. Qua/
propter idem volūtatis arbitrium
vt eandē rectitudinez deſerat: nulla
cogit̄ neceſſitate: cuius mortꝭ impu/
gnet̄ difficultate. Licet eīm neceſſe
ſit aut vitā aut rectitudinē relinq̄re
nulla tī neceſſitas determinat quaz
ſeruet aut deſerat. Nempe ſola volū
tas determinat ibi qd tenteat: nec ali/
quid facit vis neceſſitatꝭ: vbi opera/
tur electio ſola volūtatis. At cui nō
eſt deſerendi rectitudinē voluntatis
quā habet neceſſitas: palā eſt quia
non deeſt ſeruandi poteſtas ſine li/
bertas. Semꝑ eīm h̄ poteſtas libera
eſt. Hec eīm eſt libertas quā eſſe dixi
ptātem ſeruādi rectitudinē volūta/
tis ꝓpter ipam rectitudinē. Hac ip/
ſa libertate rōnalis nature ⁊ arbitriū
liberꝝ ⁊ volūtas libera dicit̄. Reſtat
S nūc vt cōſiderem⁹ cū deus oīa p̄ſci/
re ſiue ſcire credat̄: vtꝝ eius ſcientia
ſit a rebus: an res habeat eſſe ab eius

ſciētia. Nam ſi deus a reb⁹ habet ſci
entiā: ſequit̄ q͡ʒ ille prius ſint: q̄ʒ ei⁹
ſcientia: ⁊ ſic a deo nō ſint: a quo ne/
queunt eſſe niſi per eius ſcientiā. Si
vero quecunq͡ʒ ſunt: a ſciētia dei ſu/
mūt eſſentiam: deus factor ⁊ auctor
maloꝝ opeꝝ eſt: ⁊ ideo iniuſte punit
malos: qd̄ nō ſuſcipimus. Hec aūt q̄/
ſtio facile ſolui pōt ſi prius cognoſci/
tur bonum quod eſt iuſticia vere ali
quid eſſe: malū vero qd̄ eſt iniuſti/
cia omnino carere exiſtētia. Qd̄ in tra
ctatu de caſu diaboli: ⁊ ī libello quē
de cōceptu virginali ⁊ peccato ori/
ginali titulaui: aptiſſime mōſtraui.
Nō eſt eīm iniuſticia q̄litas: aut actio:
aut aliq̄ eēntia: ſʒ tm̄ abſētia debite iu
ſticie: nec ē niſi ī volūtate: vbi debet
eſſe iuſticia. Per quā volūtatē iu/
ſticia vel iniuſticia dr̄ oīs rationalis
natura: ⁊ q̄libet ei⁹ actio: iuſta vl' in/
iuſta. Oīs q̄ppe q̄litas: vl' oīs actio
⁊ q̄cq̄d aliquā habet eſſentiā: a deo
eſt: a quo ē om̄is iuſticia: ⁊ nulla in/
iuſticia: facit igit̄ deus oīa que iuſta
vel iniuſta volūtate fiunt: id eſt bo/
na opa ⁊ mala. In bonis quidē facit
qd̄ ſūt: ⁊ qd̄ bona ſūt: ī malis xo fa/
cit qd̄ ſunt: ſed non quod mala ſunt.
Nam omni rei eſt iuſtam vel bonam
aliquid eſſe: nulli vero rei eſt ali/
quid eſſe iniuſtam vel malam. Si/
quidem bonū vel iuſtum eſſe: eſt iu/ T
ſticiā habere: qd̄ eſt aliquid: malum
vero eſſe vel iniuſtum: eſt non habe/
re iuſticiā quā debet habere qd̄ non
eſt aliquid. Iuſticia nāq͡ʒ aliq̄d eſt:
iniuſticia vero nihil: ſic̄ dixi. Eſt aūt
aliqd̄ bonū qd̄ dicit̄ cōmodū: cuius
contrarium eſt malū: quod eſt incō/
modū. Hec malū aliquādo nihil ē:
vt cecitas: aliquādo eſt aliq̄d: vt do/
lor. Sed hoc malū cū aliq̄d eſt: deūʒ
facere nō negam⁹: quia ipſe eſt ſicut Eſa. 45.
legit̄ faciēs pacē: et creās malū. Ip/
ſe nāq͡ʒ creat incōmoda: q̄b⁹ exercet
⁊ purgat iuſtos: ⁊ punit iniuſtos.
De itaq͡ʒ tāto malo quod eſt iniuſti/
cia: p quā dicit̄ iniuſtū: certū eſt: qa

unqȝ eſt aliquid: nec alicui rei eſt eē aliquid iniuſtam eſſe. Et ſicut deꝰ nō facit iniuſticiā: ita non facit aliqd iniuſtum eſſe: qui tamen facit oēs actiones ⁊ oēs motus: qr ipſe facit res a quibus ⁊ ex quibꝰ ⁊ ꝑ quas ⁊ in q̄bus fiunt: ⁊ nulla res habet vllā poteſtatem volendi aut faciendi niſi illo dante. Ipm q̄ȝ velle qd̄ aliquā do iuſtuȝ eſt: aliquando iniuſtuȝ: nec eſt aliud q̄ȝ vti poteſtate volendi ⁊ voluntate quas deus dat: inquātū eſt: bonū eſt: ⁊ eſt a deo. Qd̄ tunc quidē quando recte eſt: bonū ⁊ iuſtum eſt: quando vero non recte: hoc ſolo quia
A non recte eſt: malū eſt ⁊ iniuſtū. Eſt autē aliqd recte eſſe: ⁊ hoc eſt a deo: nō eſſe vero recte: nō eſt aliquid nec ē a deo. Nam ſicut cū aliqs vtitur gladio: aut lingua: aut poteſtate loquendi: nō ne ē aliud gladius aut lingua ſiue poteſtas cū rectus eſt eoꝝ vſus: ⁊ aliud cū non eſt rectus? Ita voluntas qua vtimur ad volendū: ſicut ratione vtimur ad ratiocinandū: non ē aliud quando quis illa recte vtit̄: ⁊ aliud quando nō recte: nec magis nec minus eſt hoc qd̄ eſt eſſentialiter: cū eſt iuſta: q̄ȝ cuȝ iniuſta eſt voluntas: per quaȝ dicit̄ aut ſubſtantia aut actio iuſta vł iniuſta. Sic itaqȝ fac̄ deꝰ in oībus voluntatibus ⁊ opibus bonis: ⁊ ꝙ eſſentialiter ſunt: ⁊ ꝙ bona ſunt: in malis vero non ꝙ mala ſunt: ſ tantū ꝙ ꝑ eſſentiā ſunt. Quēadmodū enī nō eſt eſſentia rerū niſi a deo: ita non eſt recta niſi ab ipſo. Huiꝰ vero rectitudinis de qua loquor abſentia que eſt iniuſticia: non eſt niſi ī voluntate rationalis creature: que ſem-
B per debet habere iuſticiā. Cur autē nō habeat quā ſemꝑ debet habere: ⁊ quō deus bona faciat ſola bonitate: ⁊ mala non ſua culpa: ſ hominis vel diaboli: ⁊ q̄liter homo bona faciat ꝑ liberꝝ arbitriuȝ ꝑſulāte grā: ⁊ maluȝ ſola ſua opante ꝓpria voluntate: ⁊ q̄d hēat deꝰ in malis ſine culpa ſua: ⁊ homo in bonis cuȝ laude ſua: ⁊ tamen bona hominis videant̄ aperte imputanda deo: ⁊ mala homini: cuȝ de gratia ⁊ libero arbitrio tractaturi ſimus vt puto deo donante apertius patebit. Nūc aūt tantū dico ꝙ malus angelus ideo iuſticiā non habet: qr eam deſeruit: nec poſt ea recepit: homo vero iccirco illa caret: qr in ꝑmis parentibꝰ eaȝ abiecit: ⁊ poſtea aut nō illaȝ recepit: aut receptā reiecit: Puto quia gratia dei adiuuante monſtrauimꝰ: ꝙ ꝑſcientiam dei ⁊ liberꝝ arbitriū ſimul eē (ſi diligent̄ cōſiderent̄ que diximꝰ) nō ſit impoſſibile: neqȝ poſſit aliquid obiici qd̄ nō ſit diſſolubile.

## Qd̄ ſit ꝑdeſtinatio: ⁊ ꝙ predeſtinatio nihil inferat neccitatis libero arbitrio.

n Hinc ꝗ in eo ſꝑantes q̄ huc uſqȝ nos ꝑduxit: diſcordiā q̄ īter ꝑdeſtinationē ⁊ liberꝝ arbitrium videt̄ eſſe: aggrediamur diſſoluere. Ad qd̄ ꝑ ea q̄ ſupra diſſeruimꝰ: ſicut ī ſequētibꝰ patebit: non paꝝ ꝓfecimꝰ. Predeſtinatio videtur idē eſſe qd̄ ꝑordinatio ſiue ꝑſtitutio: ⁊ ideo qd̄ deus ꝑdeſtinare dr̄: intelligit̄ ꝑordinare: qd̄ ē ſtatuere futurꝝ eſſe. Qd̄ aūt deus ſtatuit futurū eſſe: neceſſitate videt̄ futurꝝ eſſe: q̄re quicquid deus ꝑdeſtinat: neceſſe eſt futurꝝ eſſe. Si ꝗ deꝰ ꝑdeſtinat bona ⁊ mala que fiunt: nihil fit ꝑ liberū arbitriū: ſ omīa ex neceſſitate. At ſi tm̄ bona ꝑdeſtinat: ſola bona ſunt ex neceſſitate: nec eſt liberꝝ arbitriū niſi ad mala: qd̄ nimis ē abſurdū: Nō ergo ſola bona ꝑdeſtinat deꝰ. Si autē bona quedā opa facit liberꝝ arbitriuȝ ꝑ que fiunt iuſti abſqȝ ꝑdeſtinatiōe: nō ꝑdeſtinat deus omia bona opa que iuſtos faciūt: Quare nec illos iuſtos q̄ ſunt ꝑ opa liberi arbitrij. Nō ergo ꝑſciuit deus eos: qr quos preſciuit: Roma. 8
hos ⁊ ꝑdeſtinauit. Sed falſuȝ ē deū non ꝑſcire aliqua bona opera aut aliquos iuſtos: Non igit̄ quedā ſolius

liberi arbitrij opa bona iuſtificauit: ſ
illa ſola que deus pdeſtinat. Si er-
go deus pdeſtinat oīa: ⁊ pdeſtinata
ſunt ex neceſſitate: cū nihil p liberum
arbitriū neceſſitate fiat: ſequi videt
nihil eſſe liberū arbitriū manente p-
deſtinatiōe: aut ſi ſtatuim⁹ in aliqb⁹
liberū arbitriū: perire in illis pdeſti
B nationē. In pmis itaq ante queſtio
nis reſponſionē: videndū eſt: qȝ pre-
deſtinatio nō ſolū bonoꝝ eſt: ſed ma
loꝝ poteſt dici: queadmodū de⁹ ma-
la que nō facit dicit facere: quia per
mittit. Nam dicitur hoīem indurare
cū nō emollit: ac inducere in tempta
tionē: cū nō liberat. Nō eſt ergo in-
cōueniens eū hoc modo pdeſtinare
dū malos ⁊ eoꝝ mala opa non corri
git: Sed bona ſpecialius pſcire ⁊ p-
deſtinare dicit: qȝ in illis facit ꝙ ſūt:
⁊ ꝙ bona ſūt: in malis aūt nō niſi ꝙ
ſunt eſſentialiter: nō ꝙ mala ſūt: vt
ſupra dictū ē. Sciendū qȝ qȝ ſicē pre-
ſcientia nō in deo dicit proprie: ita
nec pdeſtinatio: quia illi nec añ nec
poſt aliquid eſt: ſed omnia ſunt illi ſi-
mul pſentia. Conſideremus nunc an
aliqua poſſint predeſtinari: per libe
rum arbitriū futura. Dubitari vtiq
nō debet: quia eius predeſtinatio ⁊
pſcientia non diſcordant: ſed ſicut p-
ſcit: ita qȝ pdeſtinat. In queſtiōe de
pſcientia cognouimus aliqua pſciri
aperte futura p liberum arbitrium ſi
ne omni repugnantia: Unde veritas
qȝ euidens ⁊ ratio docet pdeſtinari:
ſimiliter per liberū arbitriū quedam
futura abſq omni incōuenientia. Naȝ
neq pſcit deus: neq pdeſtinat: quē-
admodū iuſtū futurū ex neceſſitate.
Non eī habet iuſticiā: qui eam non
C ſeruat libera voluntate. Pariter igi-
tur oīis neceſſe ſit fieri que pſciun-
tur: ⁊ que pdeſtinātur: quedā tamen
pſcita ⁊ pdeſtinata non eueniūt ea
neceſſitate: que pcedit rē ⁊ facit: ſed
ea que reȝ ſequit: ſicut ſupra diximus.
Nō eī ea deus oīis predeſtinat: fa
cit voluntatē cogendo: aut volunta
ti reſiſtendo: ſed in ſua illa poteſtate
dimittendo. Quis tamē ſua volun-
tas vtatur poteſtate: nihil tamē facit
qd deus non faciat in bonis ſua gra
tia: in malis non ſua: ſed eiuſdem vo
luntatis culpa: qd ſicut pmiſim⁹ cla-
rius cū de gratia loqmur apparebit.
Et ſicut pſcientia que nō fallit: non
pſcit niſi veꝝ: ſed erit aut neceſſariū:
aut ſpontaneū: ita pdeſtinatio q nō
mutat: nō pdeſtinat niſi ſicut eſt ē in
pſciētia. Et queadmodū qd pſcit li-
cet in eternitate ſit īmutabile: tamen
in tpe aliquā do anteq ſit mutari po
teſt: ita eſt p oīa de predeſtinatione.
Patet igit ex his que dicta ſūt: ſi be
ne cōſiderent: quia nec pdeſtinatio
excludit libeꝝ arbitriū: nec liberū ar
bitriū aduerſat predeſtinationi. Si
quidē oīa illa qbus ſupra monſtraui
mus libeꝝ arbitriū pſcientie non re-
pugnare: piter oſtēdunt illud prede-
ſtinationi ꝯcordare. Non ḡ rōnabi-
liter quotiēs aliqd ꝯtingit operāte
ſpontanea voluntate: velut cum ho-
mo hoī facit iniuriā vnde ab illo oc-
cidit: quidā clamant dicētes: Sic p-
ſcit: ⁊ pdeſtinatuȝ erat a deo: ⁊ ideo
neceſſitate factū ē: nec aliter fieri po-
tuit. Quippe nec q aliū iniuria irri-
tauit: nec qui ſe vindicauit hoc fecit
neceſſitate: ſ ſola voluntate: qȝ ſi nō
ſpōte voluiſſet: neut qd fecit feciſſet.

## De ꝯcordia gratie ⁊ liberi arbitrij.

Eſtat nūc vt de gra- D
tia ⁊ eodē libe-
r ro arbitrio: eadē gratia adiu-
uante ꝯſideremus. Queſtio
iſta inde naſcit: qȝ diuina ſcriptura
ita loquitur aliquā do vt nihil vide-
at liberū arbitriū pdeſſe ad ſaluteȝ:
ſed ſola gratia: aliquā do vero ita ve
lut tota noſtra ſalus in libera noſtra
ꝯſiſtat voluntate. De gratia ſiqdem
dic dñs: Sine me nihil poteſtis face- Joh. 15
re. Et: Nemo venit ad me niſi pr̄ me⁹ Eiuſdē. 6
traxerit eū. Et paul⁹ apl's: Quid au- 1. Cor. 4
tē habes qd nō accepiſti? Et de deo:
Cui⁹ vult miseret: ⁊ queȝ vult indu Roma. 9

rat: ⁊ neqꝫ volētis neqꝫ currētiſ ſ; miſ
ſerētis ē dei. Multa qꝫ alia legunť q̄
ſoli grē ſine libero arbitrio bona nr̄a
opa ad ſalutē noſtrā videnť attribu
ere. Plures etiā aſſerūt experimēto ſe
pbare q; hõ neq̄q̄ʒ vllo libero fulcia
tur arbitrio: qm̄ multos abſqꝫ nūero
imēſo mētis ⁊ corpis conatu nitūť
vt bene viuāt: qui quadā difficulta/
te: imo īpoſſibilitate aggrauati nihil
pficiūt: aut poſt magnū pfectū repē
te irrepabiliť deficiūt. Liberū āt arbi
triū mõſtrat eadē ſcptura nos habe/
Eſa. 1. re hoc mõ: Dicit de⁹ p Eſaiā: Si vo
lueritis ⁊ audieritiſ me: bona terre co
Pſ. 33. medetis. Et dauid: Quis ē hõ q̄ vult
vitā: diligit dies videre bonos? Pro
hibe linguā tuā a malo: ⁊ labia tua
ne loquanť dolū: Diuerte a malo et
fac bonū. Et dn̄s in euāgelio: Veni/
Matth. 11 te ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati
eſtis: ⁊ ego reficiā vos: Tollite iugū
meū ſup vos: et diſcite a me q; mitis
ſū ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis re/
quiē aīab⁹ veſtris. Plura etiā alia
E ⁊ innumerabilia ſūt q̄ videnť liberū
arbitriū ad bn̄ opandū excitare: ⁊ q̄
monita ptēnit exprobrare. Q̄d au
ctoritas diuina neq̄q̄ʒ faceret: ſi volū
tatis libertatē nullā in hoīe cogno/
ſceret. Sed nec vllo mõ eēt cur deus
bonis vel malis p meritiſ ſingulorū
iuſte retribueret ſi per liberū arbitriū
nullus bonū vł malū faceret. Q̄m ḡ
in ſacra ſcriptura quedā inuenimus
q̄ ſoli gratie fauere videnť: ⁊ quedā
q̄ ſolū liberum arbitriū ſtatuere ſine
grā putanť: fuerūt q̄dā ſupbi q̄ totā
vtutē ⁊ efficaciā in ſola libtate ar/
bitrij pſiſtere ſūt arbitrati: ⁊ ſūt nr̄o
tpe mlti q̄ liberū arbitriū eē aliq̄d pe/
nit⁹ deſperāt. In hac itaqꝫ q̄ſtiõe h̄
erit intētio: vt liberū arbitriū ſimul eē
cū grā ⁊ cū ea opari in multiſ mõſtre
mus: ſicut illud pſciētia atqꝫ pdeſtinati/
one pcordare repim⁹. Sciēdū ē q; ſi
cut nõ de alio libero arbitrio ſit h̄ vt
ſup dixi: qm̄ niſi de illo ſine q̄ ſalutē
neo meret: poſtq̄ʒ ītelligibile hʒ eta
tē: ita nõ de alia grā q̄ʒ de illa ſine q̄
null⁹ ſaluať hõ. Oīs eī creatura grā
exiſtit: q; gratiſ facta eſt: ⁊ mlta bona
dat de⁹ p grām in hac vita ſine q̄b⁹
F hõ ſaluari n̄ pt. In infātib⁹ q̄dē q̄ ba
ptizati moriūť āteq̄ʒ ſuo poſſint vti li
bero arbitrio: n̄ apparet pcordia quā
q̄rim⁹: qm̄ in illis grā ſola opať ſalu/
tē ſine illorū libero arbitrio. Nā h̄ q̄ʒ
grā ē: q; dať alijs volūtas vt illis ſua
fide ſbueniāt. In habētib⁹ itaqꝫ ītel
ligibilē etatē: mõſtrādū ē q̄d īueſti/
gam⁹: q; d̄ his ſolū verſať hec q̄ſtio.
Quicūqꝫ aūt ex his ſaluanť: p iuſti/
ciā ſaluari dubiū nõ ē. Iuſtis eīn p/
mittiť vita eťna: q; iuſti ī ppetuū vi Sap. 5.
uēt: ⁊ apd dn̄m ē merces eorū. Q; āt
iuſticia ſit rectitudo volūtatis: ſacre
ſcpture ſepe mõſtrat auctas. Qua d̄
re ſufficit vnū exēplū ppõere. Cū eī
dixiſſet dauid: Nõ repellet dn̄s plebē Pſ. 93
ſuā: ⁊ hereditatē ſuā n̄ derelinquet:
q̄adusqꝫ iuſticia pūtať in iudiciū: vt
doceret nos q̄d eēt iuſticia: interrogā/
do ait: Et q̄ iuxť illam? Ad q̄d ipē ſibi
r̄ndēs ait: Oēs q̄ recto ſūt corde: h̄ ē
q̄ recta ſūt volūtate. Q̄uis eī corde
credam⁹ ⁊ intelligam⁹ ſicut corde vo/
lum⁹: nõ tn̄ iudicat ſpūſſāct⁹ illū re/
ctū hr̄e cor: q̄ recte credit ⁊ intelligit
⁊ n̄ recte vult: q; nõ vtiť rectitudine
fidei ⁊ intellect⁹ ad recte volēdū: p
pter q̄d datum ē rõnali creature re/
cte credere ⁊ ītelligere. Nā neqꝫ re/
ctū intellectū dicēd⁹ ē. hr̄e q̄ ſm̄ illū
nõ recte vult opari: ppť q̄d fides d̄r
⁊ dať. Recte igiť intelligam⁹ dauid
dixiſſe: Rectos corde: rectos volūta
te. Sed ne q̄s exiſtimet auctē diuina
G dici iuſtū illū vel rectū q̄ nõ niſi ppť
aliq̄d tenet rectitudinē volūtatiſ: di/
cimus iuſticiā rectitudinē eē volūta
tis ppť ſe ſeruatā: q̄ eīn ſolū ppť ali
q̄d illā ſuat: n̄ eā diligit: ſ; aliud ppť
q̄d illā ſeruat: ⁊ iõ nõ ē dicēd⁹ iuſt⁹:
nec talř rectitudo noīanda ē iuſticia.
Q̄n de pſciētia ⁊ libero arbitrio tra
ctabam⁹: exēplo q̄daʒ monſtrauim⁹
eē poſſe ſimul rectitudinem hāc quā
voco iuſticiā ⁊ liberū arbitriuʒ: p q̄d

planu͂ eſt intelligere in aliis multis
ſimiliter eſſe. Si ergo poſſum⁹ oſtende-
re nullã creaturã hanc adipiſci poſ
ſe rectitudinẽ niſi per gratiã: manife
ſta erit inter gratiã ⁊ liberũ arbitriu͂
ad ſaluandũ hoĩem: cõcordia quam
querimus. Dubiu͂ itaq; nõ eſt: quia
voluntas non vult recte niſi quia re
cta eſt. Sicut nanq; non eſt acutus vi-
ſus q2 videt acute: ſ3 ideo videt acute
q2 acutus ẽ: ita voluntas nõ eſt recta
quia vult recte: ſ3 recte vult qm̃ eſt re
cta: Cũ autẽ vult rectitudinẽ, ꝓcul-
dubio recte vult. Nõ ergo vult rectitu-
dinẽ niſi q2 recta eſt. Idẽ autẽ ẽ vo-
luntati rectam eſſe ⁊ rectitudinẽ ha-
bere: Palã igr̃ eſt q2 non vult recti
tudinẽ niſi q2 rectitudinẽ habet. Nõ
nego voluntatẽ rectã velle rectitudi
nẽ quã nondu͂ habet quando vult
maiorẽ q̃ habeat: ſ3 illam dico nullã
eam poſſe velle rectitudinẽ: ſi nõ ha-
H bet rectitudinẽ qua illã velit. Conſi
deremꝰ nũc vtrũ aliquis hanc rectitu
dinẽ nõ hñs: eã aliq̃ mõ a ſe hr̃e poſ-
ſit. Vtiq; a ſe illã habere nequit: ni-
ſi aut volẽdo aut non volendo. Vo-
lendo quidẽ nullus valet eã per ſe
adipiſci: quia nequit eã velle: niſi il
lam habeat. Qȝ aũt aliquis non ha-
bens rectitudinẽ voluntatis: illã va
leat per ſe nõ volendo aſſequi: mens
nullius accipit. Nullo igr̃ modo pt̃
eam creatura habere a ſe. Sed neq;
creatura valet eã habere ab alia crea
tura: Sicut nanq; creatura nequit crea
turã ſaluare: ita nõ põt illi dare per
qȝ poteſt eã ſaluare. Sequit̃ itaq;
q2 nulla creatura rectitudinẽ habet
quã dixi voluntatis niſi per dei gra
tiam: Hanc autẽ rectitudinẽ ꝑ liberũ
arbitriũ ſeruari poſſe ſicut ſupra dixi
monſtrauimꝰ. Deo igr̃ largiente in-
uenimus gratiam eius ad ſaluandu͂
hoĩem cu͂ libero arbitrio ꝯcordare:
ita vt gratia ſola poſſit hoĩem ſalua
re nihil eius libero arbitrio agente:
Sic fit in īfantibꝰ ⁊ in nõ intelligẽti
bus: ipſa ſemper adiuuat liberũ arbi-
triũ naturale: qȝ ſine illa nihil valet
ad ſalutẽ: dando voluntati rectitudi
nẽ quã ſeruet per liberũ arbitriũ. Et
q̃uis nõ oĩbus det: qm̃ cui vult mi
ſeret̃: ⁊ quẽ vult indurat: nulli tamẽ Rom. 9
dat ꝓ aliquo p̄cedẽti merito: quoniã yo. ?.11
quis prior deo dedit ⁊ retribuet̃ ei?
Si autẽ voluntas ꝑ liberũ ſeruando
arbitrium qȝ accepit: meret̃ aut au-
gmentũ accepte iuſticie: aut etiã po-
teſtatẽ ꝓ bona voluntate: aut p̄miũ
aliqȝ: Hec oĩa fructꝰ ſunt prime gra
tie: ⁊ gratia ꝓ gratia: ⁊ ideo totũ im-
putandũ eſt gratie: q2 neq; volentis Roma. 9
eſt qȝ vult: neq; currentis eſt qȝ cur
rit: ſed miſerentis eſt dei. Oĩbus eñ
excepto ſolo deo dicit̃: Quid habes
qȝ non accepiſti? qȝ ſi accepiſti quid I. Cor. 4
gloriaris q̃ſi nõ acceperis? Quõ q̃dẽ
libertas voluntatis tenentis acceptã
rectitudinẽ: nulla neceſſitate vt illã
deſerat: expugnat̃: ſ3 difficultate ĩpu-
gnat̃: nec eidẽ volũtati inuita: ſ3 vo
lens cedat: in tractatu de libertate ar
bitrii puto me oſtendiſſe. Quibꝰ aũt I
modis poſt eandẽ rectitudinẽ acce-
ptã liberũ arbitriũ gratia adiuuet: vt
ſeruet qȝ accepit: q̃uis nõ oẽs vale-
am enumerare: multifariã eñ hoc fa-
cit: tamen nõ erit inutile aliquid mi-
hi dicere. Nemo certe ſeruat rectitu-
dinẽ hanc acceptã niſi volendo: vel-
le aũt illã aliquis nequit niſi haben-
do: Habere vo illã nullatenꝰ valet:
niſi ꝑ gratiã. Sicut ergo illã nullus acci
pit niſi gratia p̄ueniente: ita nullꝰ eã
ſeruat niſi eadẽ gratia ſubſequente.
Nempe q̃uis illa ſeruet̃ per liberum
arbitriũ: nõ tamen eſt tantũ imputã
dũ libero arbitrio quantũ gratie cũ
hec rectitudo ſeruat̃: qm̃ illã liberũ
arbitriũ nõ niſi per gratiã p̄uenientẽ
⁊ ſubſequentem habet ⁊ ſeruat. Sic
aũt gratia ſubſequitur donũ ſuũ vt
nunq̃ ſiue paruũ ſiue magnũ ſit: illȝ
dare deficiat niſi liberũ arbitriũ volẽ
do aut rectitudinẽ quã accepit deſe-
rat. Nunq̃ eñ ſepat̃ hec rectitudo a
volũtate: niſi quando aliud vult qȝ

huic rectitudini nō ɔcordat: ſic cū q̄ſ accipit rectitudinē volendi ſobꝛietatē: ⁊ reijcit eā volendo īmoderatā bibēdi voluptatē. Quod cū facit ſua voluntate: ⁊ ideo ſua culpa ꝑdit gratiā quā accepit. Adiuuat etiā ȝ gratia liberū arbitriū: quando vt deſerat rectitudinē acceptā īpugnat᷑: mitigando aut penit⁹ remouēdo vim tēptatiōis īpugnātis: aut augēdo affectū

K eiuſdē rectitudinis. Deniq3 cū oīa ſubiaceāt diſpoſitioni dei: quicq̄d cōtingit hoī qd adiuuat liber arbitriū ad accipiendū aut ad ſeruandū hāc de q̄ loquor rectitudineȝ: ſue gratie imputandū eſt. Dixi oēm iuſticiā eſſe rectitudinē volūtatis ꝓpt̄ ſe ſeruatā: vñ ſequit᷑ omnē habentē hāc rectitudinē habere iuſticiā ⁊ eē iuſtū: qm̄ oīs habēs iuſticiā iuſtus ē. Nō tn̄ ſentio iuſtis oībus ꝓmiſſaȝ eē vitā ppetuā: ſ3 illis tantū q̄ ſūt iuſti ſine oī iniuſticia: Jlli em̄ ꝓprie ⁊ abſolute dicunt᷑ iuſti ⁊ recti corde. Eſt em̄ aliq̄s ſm̄ aliq̄d iuſt⁹: ⁊ ſm̄ aliq̄d iniuſtus: vt q̄ caſt⁹ ē tumid⁹. Talibus nō ꝓmittit᷑ beatitudo iuſtoꝝ: qm̄ ſicut vera btitudo ē ſine oī īdigētia: ita nulli dat᷑ niſi iuſto ſine oī iniuſticia. Naȝ qm̄ btitudo q̄ iuſtis ꝓmittit᷑: erit ſimilitudo angeloꝝ dei: ſicut in āgelis bonis nulla ē iniuſticia: ita null⁹ illis

L ſociabit᷑ cū aliq̄ iniuſticia. Quō autē fiat hō ſine oī iniuſticia: nō eſt huius noſtri ꝓpoſiti oſtēdere. Scimus tn̄ ꝑfecto ſtudio hec chꝛiſtiano: ⁊ per gratiā dei eē poſſibile. Si bene cōſiderent᷑ q̄ dicta ſūt: aperte cognoſcit᷑ quia cū aliquid dicit ſacra ſcriptura ꝓ gratia: nō amouet oīno liber arbitriū: neq3 cū loq̄t᷑ ꝓ libero arbitrio excludit gratiā: q̄ſi ſola gratia aut liber arbitriū ſolū ſufficiat ad ſaluandū hoīeȝ: ſic̄ videt᷑ illis q̄ hāc faciūt q̄ſtionē. Jta q̄ppe intelligēda ſūt dicta diuina: vt ſ3 excepto quod dixi d̄ infantib⁹: nec ſola gratia nec ſolū liberū arbitriū ſalutē hominis operetur.

Job.15. Quippe cū dicat dñs: Sine me nihil poteſtis facere: nō ait: nihil valet vobis veſtrū liber arbitriū: ſ3 nihil pōt ſine mea gr̄a. Et cū legit᷑: Neq3 volētis neq3 currētis: ſ3 miſerētis eſt dei: Roma.9

nō negat᷑ in volente neq3 in currente aliq̄d ꝓdeſſe liber arbitriū: ſ3 ſignificat᷑ nō eſſe imputandū libero arbitrio: qd vult ⁊ q̄ currit: ſ3 gratie. Nā cū ait: Neq3 volētis neq3 currētis ē: ſubaudiendū ē: qd vult: ⁊ q̄ currit: velut cū aliq̄s nudo cui nihil debet: ⁊ qui nullū a ſe pt̄ indumentū habere dat veſtē: nō tā q̄uis ipſe habeat ptātē vtēdi ⁊ nō vtendi accepta veſte ſi ea vtit᷑ imputandū ē induto q2 M

indutus ē: ſ3 dāti veſtē. Qua ꝓpt̄ ita dici pōt. Nō ē induti q̄ ē indut⁹ ſ3 miſerētis: id ē veſtē dātis. Multo ꝟo magis hoc diceret᷑ ſi ille q̄ dedit veſtē: dediſſet etiā ptātē ſeruādi eā ⁊ vtendi: ſicut de⁹ hoi cū dat rectitudinē ſepefatā: dat etiā ptātē ſeruādi ⁊ vtēdi: q2 dedit ꝑus liber arbitriū ad ſeruandū illā ⁊ vtendū. Si vero nudo cui nihil debet᷑ ñ daret᷑ veſtē: aut ſi ipe acceptaȝ ꝓijceret: nulli niſi ipi īputaret᷑ ei⁹ nuditas. Jta cū de⁹ alicui cōcepto ⁊ nato in pctō: cui nihil niſi penā debet: dat velle ⁊ currere: nō ē volentꝪ neq3 currentꝪ ſ3 miſerentis ē dei: ⁊ q̄ eandē gratiā nō accipit: aut acceptaȝ reijcit: ei⁹ ē nō dei q̄ ī ſua duricia ⁊ iniq̄tate ꝑmanet. Jdē intellect⁹ habēd⁹ ē in alijs in q̄b⁹ ſcriptura loquit᷑ ꝓ gratia vt ſcȝ liberuȝ N

nō excludat᷑ arbitriū. Sic̄ qñ ita loquūt᷑ diuina dicta vt libero arbitrio ſoli videant᷑ ſalutē hoīs attribuere: nullo intellectu gr̄a ſepanda ē. Sicut q̄uis naturalis vſus nō ꝓcreet ꝓlē ſine patre: nec niſi ꝑ matrē: non tn̄ remouet ulli⁹ intellect⁹ aut prem aut matrē a generatiōe ꝓlis: ita gr̄a ⁊ liber arbitriū nō diſcordāt ſ3 ɔueniūt ad iuſtificādū ⁊ ſaluādū hoīem. Jn his tn̄ in q̄b⁹ videt᷑ ſcptura liber arbitriū ad recte volendū ⁊ opandum īuitare: q2 cur hoīem īuitet ad recte volēdū: ⁊ q̄re arguat nō obedientē:

cũ ipſam rectitudinẽ nemo poſſit niſi
gr̃a dãte hr̃e vel accipe. Sciendũ qꝛ
ſicͭ terra innũerabiles herbas ⁊ arbo
res ſine qͥbus hũana natura alit̃ aut
etiã qͥbꝰ plurit̃ ſine oĩ hoĩs cura ꝓ⸗
fert: Illa ꝟo q̃ nob̃ ad vitã nutriẽdã
maxĩe ſũt nccãria: nõ ſine magno labo
re atqꝫ cultore nec abſqꝫ ſeminibus:
Ita corda hũana ſine doctrina ſiue
ſtudio: ſpõte q̃ſi germinãt cogitatio/
nes ⁊ voluntates nihil vtiles ſaluti
aut etiaꝫ noxias: Illas ꝟo ſine qͥbꝰ ad
ſalutẽ aĩe nõ ꝓficiuꝰ neq̃qꝫ ſine ge/
nerꝭ ſui ſemĩe: ⁊ laborioſa cultura cõ
O cipiũt ⁊ germinãt. Vñ illos hoĩes q̃
bus talis cultura impẽdit̃ agricultu
1.Cor.3. rã dei vocat Apl̃s. Eſt autẽ ſemẽ hu
ius agriculture ꝟbũ dei: imo nõ ꝟbũ
ſꝫ ſẽſus q̃ ꝑcipit̃ ꝑ ꝟbũ. Vox nãqꝫ ſi/
ne ſenſu nihil ꝯſtituit in corde. Nec
ſoluꝫ ſenſꝰ ꝟbi ſꝫ oĩs ſenſꝰ vel ĩtelle/
ctꝰ rectitudinis: quẽ mẽs hũana ſiue
ꝑ auditũ ſiue ꝑ lectionẽ ſiue ꝑ rõnem
ſiue q̃libet alio mõ ꝯcipit: ſemẽ recte
volẽdi ẽ. Nulꝰ nãqꝫ velle p̃t qḋ p̃ꝰ
corde nõ ꝯcipit: velle aũt credere qḋ
ẽ credendũ: ẽ recte velle. Nemo ḡ p̃t
ſꝫ velle ſi neſcit q̇d credendũ ẽ. Cum
Rom.10 enĩ p̃miſiſſet apl̃s: Oĩs q̇cũqꝫ ĩuoca/
uerit nomẽ dñi ſaluus erit: ſubiũxit:
Quõ inuocabũt ĩ quẽ nõ crediderũt?
Aut quõ credẽt ei quẽ nõ audierũt?
Quõ ꝟo audiẽt ſine p̃dicãte? Quõ
ꝟo p̃dicabũt niſi mittant̃? Et paulo
poſt: Ergo fides ex auditu: auditꝰ ve
ro ꝑ ꝟbũ chriſti. Qꝛ aũt dicit fidem
eẽ ex auditu: intelligendũ ẽ: qꝛ fides
ẽ ex ſꝫ qḋ ꝯcipit mens ꝑ auditũ: neqꝫ
ita vt ſola ꝯceptio mentꝭ faciat fidẽ
in hoĩe: ſꝫ qꝛ fides eſſe neq̃t ſine ꝯce/
ptiõe. Addita nãqꝫ rectitudine vo/
lẽdi: ꝯceptioni ꝑ gratiã fit fides: qꝛ
credit qḋ audit. Auditꝰ autem eſt ꝑ
ꝟbũ chriſti: ſꝫ ẽ ꝑ ꝟbũ p̃dicãtiũ chri
ſtũ. Predicãtes ꝟo nõ ſũt niſi mittãt̃:
ſꝫ ꝙ mittunt̃ gr̃a ẽ. Quapropt̃ ⁊ p̃/
dicatio gr̃e eſt: qꝛ gr̃a eſt qḋ deſcẽdit
ex gr̃a: ⁊ auditꝰ ẽ gr̃a: ⁊ intellectꝰ ex
auditu gr̃a: ⁊ rectitudo volẽdi gr̃a ẽ.

Vez miſſio: p̃dicatio: auditꝰ: intelle P
ctus: nihil ſunt niſi volũtas velit qḋ
mẽs ĩtelligit: q̇d volũtas facere neq̃t
niſi accepta rectitudine. Recte nãqꝫ
vult cũ vult qḋ debet: ita qḋ mẽs ex
auditu ꝟbi ꝯcipit ẽ p̃dicãtis: ⁊ recti/
tudo ẽ incrementũ qḋ deꝰ dat: ſine q̃ 1.Cor.3.
neqꝫ q̃ plãtat neqꝫ q̃ rigat ẽ aliq̇d ſꝫ q̃
incrementũ dat deꝰ. Sicͭ ḡ deꝰ in p̃n
cipio ꝑ miraculũ fecͭ frumẽtuꝫ ⁊ alia
de terra naſcẽtia ad alimentuꝫ hoĩm
ſine cultore ⁊ ſeminibꝰ: Ita ſine hũa/
na doctrina mirabiliter fecit corda ꝓ
phetaꝝ ⁊ apl̃oꝝ: necnõ ⁊ euãgeliſta/
rũ fecũda ſalutaribꝰ ſeminibꝰ: vñ ac/
cipimꝰ q̇cq̇d ſalubrit̃ in agricultura
dei ad alimentũ aĩaꝝ ſeruamꝰ: ſicut
nõ niſi de p̃mis terre ſeminibꝰ habẽ/
mus qḋ ad nutrimentũ corpoꝝ ꝓpa/
gamꝰ. Siq̇dẽ nihil vtile ad ſalutẽ ſpi
ritualẽ p̃dicamꝰ qḋ ſacra ſcr̃ptura ſpi
rituſſãcti miraculo fecundata nõ ꝓ/
tulerit aut ĩtra ſe nõ ꝯtineat. Naꝫ ſi
q̇d rõne dicimꝰ aliq̃n qḋ in dictꝭ eiꝰ
apte mõſtrare aut ex ipis ꝓbare ne/
q̇mꝰ: ſꝫ mõ ꝑ illã cogſcimꝰ vtꝝ ſit ac/
cipiẽdũ aut reſpuẽdũ. Si autẽ ap/
ta rõne colligit̃ ⁊ illi ex nulla parte
ꝯtradicit̃: qm̃ ipa ſicͭ nulli aduerſat̃
veritati: ita nulli fauet falſitati: hoc
ipo qꝛ nõ negat qḋ rõne dr̃: eiꝰ auctẽte
ſuſcipit̃. At ſi ipa nr̃o ſenſui ĩdubitã
ter repugnat: q̃uis nob̃ rõ nr̃a vide
at̃ ĩexpugnabilis: nulla tñ ꝟitate ful/
ciri credenda ẽ. Sic itaqꝫ ſacra ſcr̃ptu
ra oĩs ꝟitatis quã rõ colligit auctẽte
ꝯtinet: cum illã aut apte affirmat aut
nullatenꝰ negat. Videamꝰ nũc in exẽ Q
plis: quõ ꝟbũ ſit ſemẽ: aut quõ qͥbꝰ
dr̃: Si volueritꝭ ⁊ audieritꝭ me: intel Eſa.1.
ligũt ⁊ cogitãt qḋ dr̃ velle ⁊ audire:
ſꝫ eſt obedire. Qui enĩ audit ⁊ nõ obe
dit: dr̃ nõ audire. Sꝫ obedire neque
unt niſi velint. Velle autẽ obedire ẽ
recte velle. Recte ꝟo velle nemo p̃t
niſi habeat rectitudinẽ volũtatꝭ quã
nullꝰ hꝫ bõ niſi ꝑ gratiã. Vez recti/
tudo volendi aliq̇d nulli dat̃ niſi ĩ/
telligẽti velle: ⁊ qḋ velle debet. Vt

deam⁹ itaqꝫ qḋ dictū eſt: Si volueri
tis/ ⁊ audieritis me: nō ſemē cēneqꝫ
ꝑ ſe ad aliquē fructū germinās ſine
adiectiōe rectitudinis: nec ipāꝫ recti
tudinē dari niſi ſeminibus. Sil'r cū dic
de⁹: Cōuertimini ad me: ſemē eſt ſine
germine q̄ꝫdiu hoīs volūtatē n̄ ꝯuer
tit de⁹ ad volendū ꝯuerſionē quā co
gitat cū audit cōuertimini: ſine q̄ ſemi/
ne null⁹ ꝑt velle ꝯuerti. Dicit̄ etiam
ꝯuerſis: cōuertimini: aut vt magis cō
uertant̄: aut ſeruent qḋ cōuerſi ſunt.
Pſ.84. Qui xͦo dicūt conuerte nos de⁹: iā
aliq̄ten⁹ ꝯuerſi ſūt: q2 rectā volunta
tē hn̄t cū ſ volūt ꝯuerti: ſ; orāt ꝑ h̄ qḋ
iā accepit vt augeat̄ ꝯuerſio: ſicut
illi q̄ credētes: auge nob̄ fidē dixerūt:
Luce.17 Ac ſi dicerent illi ⁊ iſti: Auge in nob̄
qḋ dediſti: ꝑfice qḋ cepiſti. Qḋ ō his
oſtēdi: in ſilib⁹ q̄ꝫ itelligendū ē. Sicut
igit̄ terra nō germinat naturalr̄ ea q̄
maxime nccaria ſūt ſaluti corꝑis nr̄i
ſine ſeminib⁹: et licet de⁹ nō det icre/
mētū oī ſemini: nō tn̄ ceſſant agrico
le noſtri ſeminare in ſpe meſſis aliq̄n
tulę: ita terra cordis hūani nō ꝓfert
fructū fidei ⁊ iuſticie ſine ꝯgruis ſe/
minib⁹: ⁊ q̄uis de⁹ nō faciat cuncta
hmōi ſemīa germīare: tn̄ ꝑcipit agri/
B colis ſuis i ſpe inſtātiſſime xͦbū ſuū
ſemiare. Oſ̄ndim⁹ vt puto quō n̄ ſit
ſuꝑuacuū hoīes ad fidē christi ⁊ ad
ea q̄ fides exigit inuitare: q̄uis n̄ oēs
hāc imitationē ſuſcipiāt. Dixi etiam
poſt: q̄re arguant̄ illi q̄ xͦbū dei non
ſuſcipiūt cū h̄ facere neq̄ant niſi gra
tia coꝝ volūtates dirigēte. Dic̄ eñ
Joh.16. dn̄s de ſpū ſancto: Jlle arguet mūdū
de pctō: q2 nō crediderūt in me. Ad
qḋ licꝫ forſitā difficile ſit r̄ndere: qḋ
tn̄ dō dāte poſſū: tacere n̄ debeo. No
tādū ē q2 ipotētia q̄ deſcēdit ex cul/
pa nō excuſat ipotentē culpa manen
te. Nā in infantib⁹ in q̄b⁹ exigit de⁹ a
natura hūana iuſticiā quā accepit in
ꝑmis parentib⁹ cū ꝑtāte ſeruādi illaꝫ i
oēm ꝓlē ſuā: nō excuſat eā ipotentia
habēdi iuſticiā: qm̄ ꝓpt̄ culpā i hāc
corruit ipotentiā: hoc ipm̄ naqꝫ q2 n̄
hꝫ qḋ ꝑ ſe reſumere neq̄t: h̄ eſt illi ha/
bendū impotentia in quā ideo cecī/
dit q2 ſpōte deſeruit qḋ ſeruare potu
it. Qm̄ ꝗ peccādo deſeruit iuſticiā:
ad pctm̄ illi iputat̄ ipotentia quā ip
ſa peccādo ſibi fecit. Nec ſolū ipote/
tia iuſticiā habēdi ſ; etiā ipotētia il/
lā intelligēdi. Sil'r in nō baptiſatis
iputat̄ ad pctm̄: qm̄ ꝑiter deſcēdit a
pctō. Poſſum⁹ etiā rōabilr̄ aſſerere:
q2 qḋ a ꝑma ꝯditiōis hūane dignita
te ac fortitudīe atqꝫ pulchritudīe mi
norata ⁊ corrupta eſt: illi ad culpā i/
putat̄. Per h̄ nāqꝫ minorauit quan S
tū in ipā fuit: honorē ⁊ laudē deo.
Quippe ſm̄ dignitatē operꝭ: laudat̄
⁊ ꝑdicat̄ ſapīa opificꝭ. Quanto igit̄
natura hūana ꝑciosū op⁹ dei vnde
ipe glorificādus erat in ſe minorauit
atqꝫ fedauit: tanto ſua culpa deū ex/
honorauit. Qḋ illi ad tantū ſtatuit
pctm̄ vt nō niſi ꝑ mortē del deleat̄.
Siquidē ipos mot⁹ ſiue appetit⁹ q̄/
bus ꝓpt̄ pctm̄ ade ſicut bruta aīalia
ſbiacem⁹: q̄s Apl's vocat carnis ꝯcu
piſcentiā quā inuitū ſe tolerare ma/
nifeſtat cū dicit: Qḋ odi illḋ facio:
id eſt nolens ꝯcupiſco: ſatis oſtendit Roma.7
ſacra auctoritas imputari ad pecca/
tum. Quippe cū de ſolo motu ire ſi
ue ope vel voce: dicit domin⁹: Qui matth.5.
iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio:
aperte monſtrat culpā non eſſe leuē:
quā tam grauis ſcilicet mortis ſequi
tur damnatio. Ac ſi dicat: Qui facit
quod homo non debet facere: nec fa
ceret ſi non peccaſſet: auferri debet ex
hominibus. Et cū paulus de illis q̄
carnē: id eſt ꝯcupiſcētias ſentiūt no
lentes: ait: Nihil damnationis ē his Roma.8
qui ſūt in christo ieſu: qui nō ſm̄ car
nē ambulant: hoc eſt non voluntate
cōſentiunt: ſine dubio ſignat eos qui
non ſūt in christo: ſequi dānationem
q̄tiēs ſentiūt carnē etiā ſi nō ſm̄ illā
ambulant: qm̄ ſic fact⁹ eſt hō: vt illā
ſentire: ſic de ira dixi n̄ deberet. Atqꝫ C
igit̄ q̄ dixi diligēter ꝯſiderat: nullate
nus eos qui propter culpā ſuā xͦbū
dei ſuſcipe neq̄unt recte arguendos

dubitat. Quib⁹ aūt dat gratia fidei
chriſtiane: ſic illis in baptiſmo dimit
tit originalis iniuſticia cū q̄ naſcun/
tur: ita oīs culpa īpotētie ⁊ tot⁹ cor/
ruptiōis quā ꝓpt peccm̄ p̄mi hominis
īcurrerāt: ⁊ p quā inhonorat deus:
ignoſcit. De nulla nāq₃ culpa q̄ an/
te baptiſmū in illis erat: poſt baptiſ/
mū arguit: Quis ipa corruptio ⁊ ap/
petitus: q̄ ſūt pena pctī: nō ſtatim in
baptiſmo deleant: nec vllū illis īpu/
tat delictū poſt baptiſmū niſi qd̄ ſua
volūtate fecerunt. Vn̄ apparet quia
corruptio ⁊ mala q̄ fuerūt pena pctī
⁊ poſt baptiſmū remanēt: nō ſūt p ſe
pctā. Sola nāq₃ ē p ſe īiuſticia pctm̄:
⁊ illa q̄ ſequūt iniuſticiā ꝓpter cauſā
ſuā iudicāt pctā donec ipſa remit/
tat. Nā ſi pctā eēnt: in baptiſmo de/
lerent in q̄ oīa pctā in ſanguine chri
ſti lauant. Itē ſi ꝓprie pctā dicerēt:
eēnt in brutis aīalib⁹ pctā ad q̄ꝝ ſimi
litudinē illa ꝓpter pctā noſtra ſuſti/
net natura. Eſt ⁊ aliud qd̄ valde ti/
V mendū ē qd̄ in p̄mo pctō hūane na/
Ps. 77. ture cognoſci pōt. Qm̄ eni homo ē
ſpūs vadēs ⁊ nō rediēs: poſtq̄ ſpō
te cadit (vt de volūtarijs pctīs nūc
loqmur tātū) nullo mō pt reſurgere
niſi grā releuet: ſ₃ merito ſuo: de pctō
in pctm̄ vſq₃ ī abyſſū pctōꝝ ſine fun/
do: h̄ ē pfūdo ſine eſtimatiōe deuer/
gat: niſi miſericordia retineat: ita vt
etiā illi bonū vertat in odiū ⁊ fit ei
Joh. 15. in mortē. Vn̄ dicit dn̄s apl̄is: Si mū
2. Cor. 2. dus vos odit ſcitote q₂ me priorē vo
bis odio habuit. Et Apl̄us: Bonus
odor ſum⁹ deo: alijs q̄dē odor mortis
in mortē: alijs aūt odor vite in vitā:
ꝓpt qd̄ dr̄ de eo: q₂ cui vult miſeret
Roma. 9 ⁊ quē vult indurat. Nec q̄ꝝ miſeret
nō oīm eq̄liter miſeret: neq₃ q̄s īdu
rat oēs eq̄lit indurat. Cur aūt ī hac
vita pſeueret in nobis pena pctī de/
leto pctō: alia q̄ſtio ē. De q̄ licet nūc
tractare nō ꝓpoſuerim⁹: breuiter tn̄
dico: q₂ ſi ī īcorruptionē ſtatim ī ba/
ptiſmo vel in martyrio mutarent fi/
deles: periret meritū: vt hoīes niſi illi q̄
p̄mi ſine exēplo crederēt: nullo mō ſal
uarent. Nēpe deficeret fides ⁊ ſpes:
ſine q̄b⁹ null⁹ hō hūs ītellectꝰ: regnū
dei mereri pōt: fides nāq₃ ⁊ ſpes ſūt
eaꝝ reꝝ q̄ nondū vident. Cū eni vi
derēt hoīes q̄ ad chriſtū ꝯuerterēt:
ſtatim trāſire ad incorruptibilitatē:
null⁹ eēt q̄ ſaltē velle poſſet ſe retra
here a tanta btītudine quā videret.
Ut glorioſi⁹ p fidei atq₃ ſpei meritū X
beatitudinē quā deſiderám⁹ adipiſ/
camur: manem⁹ q̄diu in hac vita ſu
mus in hoc qd̄ iā nō imputat ad pec
catū: quis euenerit ꝓpt pctm̄. Deni
q₃ nō ꝓmittit nob p baptiſmū ⁊ fidē
chriſtianā btītudo quā habebat adā
ante pctm̄ in pādiſo: ſ₃ quā habiturꝰ
erat qñ cōplet⁹ eſſet numer⁹ hoīm q̄
aſſumēdi erāt ad pficiendā ciuitatē
ſupernā: q̄ ⁊ de angel ⁊ d̄ hoīb⁹ ē cō
plenda: vbi nō generabūt homines ſi/
cut facerēt in pādiſo. Si ḡ ꝯuerſi ad
chriſtū mox trāſirēt in illā incorru/
ptibilitatē: nō eēnt hoīes d̄ q̄b⁹ col
ligi poſſet ille numer⁹: qm̄ ad btītu/
dinē quā viderēt: null⁹ poſſet nō fe/
ſtinare. Hoc puto eſſe qd̄ dicit Apl̄s
d̄ illis: Qui p fidē opati ſūt iuſticiā: Heb. 11
⁊ bn̄ tn̄ ḡt oēs teſtimonio fidei ꝓbati
nō acceperūt repromiſſionē deo pro
nobis meli⁹ aliqd ꝓuidēte ne ſine no
bis ꝯſūmarent. Si eni q̄ritur qd no/
bis meli⁹ ꝓuiderit ex h̄ q₂ illi nō ac/
ceperūt repromiſſionē: nihil ꝯuenie/
tius rn̄deri poſſe video: q̄ qd̄ ſup̄ di
xi: q₂ ſaltē ſi illis ꝓpagari ſi differret
ꝓmiſſa iuſtis btītudo periret meritū
in illis q̄ nō p fidē h̄: ſ₃ p experimētū co
gnoſcerent: ꝓpagatio eni hoīm de q̄
nati ſum⁹ deficeret: qm̄ oēs ad incor
ruptibilitatē quā pn̄tē viderēt: cur/
rerēt. Magnū itaq₃ bonū nob ꝓui/ Y
dit de⁹: cū ſanctis teſtimonio fidei pba
tis diſtulit acceptionē repromiſſiōis
vt ⁊ nos ꝓpagaremur ⁊ maneret fi/
des p quā cū illis repromiſſionē ꝓme
reremur ⁊ ſimul cū illis ꝯſūmaremur.
Alia q̄z rō eſt cur baptizati atq₃ mar
tyres nō ſtatim fiūt incorruptibiles.

Nẽpe si qs seruũ suũ: quẽ ꝓposuerat
magnis aliqñ ditare honorib⁹ gra/
uiter verberet ꝓ culpa ꝓ q̃ nullo mõ
ꝑ se queat satisfacere: post hãc v̾bera
tionẽ ꝯstituto tpe detrusit⁹ eũ ĩ hor
rendũ carcerẽ: vbi grauissimis torq̃/
atur supplicijs: ⁊ sit aliqs potẽs apd
dñm q ꝓ illo satisfaciẽs eũ recõciliet:
vtiqȝ plage qs re⁹ añ satisfactionem
diu erat in culpa merito suscepit: nõ
delent̃ sed maiora tormenta in q̃ dũ
retrusus fuerat recõciliatiõe ꝑueni/
ente auertentur: honores qȝ suos qs
suo tpe acceptur⁹ erat si nõ peccasset
⁊ qb⁹ caritur⁹ erat post culpã suã si
nõ recõciliaret̃ ꝓpt̃ ꝑfectã satisfacti/
onẽ: sic ꝑus statutũ fuerat: sine omni
Z mutatiõe tradũt̃. Quippe si añ re/
conciliationẽ exheredat⁹ esset illis ho/
noribus: quẽadmodũ exheredatus
erat post culpã: irrecupabilr si nõ re/
cõciliaret̃ nõ haberet locũ ꝯueniẽ
di vlla recõciliatio. Sȝ qm̃ nõ potu
it exheredari honore quẽ nondũ ha
bebat: nec hr̃e debebat: hanc exhere/
dationẽ ꝑuenire pt recõciliatio ⁊ eã
auertere. Si tñ seru⁹ ille diu iacet in
egritudine vapulationis donec ipsa
trãseat: corde ⁊ ore dño suo fidelita/
tẽ ⁊ correctionẽ vouet ⁊ soluit: ita ẽ
inter deũ ⁊ hoĩem. Quippe qñ hũa/
na natura primũ peccauit: hac pena
flagellata ẽ vt nũqȝ ꝓlẽ naturalr̃ ni
si talẽ q̃lẽ videm⁹ infantes nasci ge/
neraret: ac post hãc vitã ĩ inferno: a
regno dei ad qd facta erat in ꝑpetuũ
exularet: nisi aliqs illã quã vel qd ip
sa sola ꝑ se sola facere nõ poterat: re/
cõciliaret. At q aũt recõciliari queat
nõ ẽ nisi christ⁹. In oĩb⁹ igit̃ infanti
bus natura lr̃ genit⁹ in pctõ ⁊ flagel/
lata nascit̃: q̃ cũ recõciliationẽ acce/
pit: flagellatio merito remanet quam
ante recõciliationẽ suscepit. Nec au
tẽ in inferno tormẽta passura erat: in
illis qs christ⁹ redemit remittunt̃: et
regno dei qd post cõuersionẽ paradisi
terreni suo tpe acceptura erat: dona/
tur: si tñ in fide quã ꝓmittũt in bap/
tismo vsqȝ i fine ꝑseuerent. Qd aũt AA
qdã experimẽto existimãt ꝓbare nihil
valere liberũ arbitriũ: qȝ multi ĩmen
so conatu nitunt̃ vt bñ viuãt: ⁊ qdã
(vt aiũt) ĩpossibilitate obstãte: nihil
ꝓficiũt: aut post ꝓfectũ irrecupabilr
deficiũt: nõ destruũt qd rõnabiliter
monstratũ ẽ liberũ scȝ arbitriũ cũ gra
tia valere. Ut aũt nitẽtes nõ ꝓficiãt
aut post ꝓfectũ deficiãt nõ ĩpossibi/
litate: ſ aliqñ grauit: aliqñ facile supa
bili difficultate fieri existimo. Sepis/
sime nãqȝ asserere solem⁹ ĩpossibile
nobis esse: qd sine difficultate ꝑfice/
re nõ valem⁹. Si eñ diligẽter vnus/
qsqȝ mot⁹ volũtatis sue ꝯsideret: in/
telliget se nũqȝ rectitudinẽ volũtatꝭ
acceptã ꝑ gratiã nisi aliqd volendo:
qd sunt̃ velle neqt deserere. Qd cer
te nõ facit deficiẽte ptãte seruãdi eã/
dẽ rectitudinẽ: q̃ ptãs ẽ ipa libertas
arbitrij: ſ deficiẽte volũtate seruãdi
q̃ ꝑ se nõ deficit: ſ alia volũtate illã
vt dixi expellente. Qm̃ aũt ista ꝯsi/
deratio magꝭ versat̃ in volũtate: ali
qd alti⁹ de volũtate: qd vt puto nõ
erit inutile: dicẽdũ existimo. Sicut eñ
habem⁹ in corpe mẽbra ⁊ qnqȝ sens⁹
singula ad suos vsus apta: qb⁹ q̃si ĩ/
strumẽtis vtimur: vt sũt manus apte
ad capiẽdũ: pedes ad ambulandũ:
lingua ad loquẽdũ: visus ad viden/
dũ: ita ⁊ aĩa hȝ in se q̃sdã vires qb⁹
vtit̃ velut instrumẽtꝭ ad vsus ꝯgru/
os. Est nãqȝ rõ in aĩa q̃ sicut suo instru BB
mẽto vtit̃ ad ratiocinãdũ: ⁊ volun/
tas q̃ vtit̃ ad volendũ. Non eñ est
rõnalis volũtas tota aĩa: ſ ẽ vnaq̃/
qȝ aliqd in aĩa. Qm̃ g̃ singula instru
mẽta hñt: ⁊ hoc qd sũt ⁊ aptitudines su/
as ⁊ suos vsus: discernam⁹ in volũta
te ꝓpter quã ista dicim⁹ instrumẽtũ
⁊ aptitudines ei⁹ ⁊ vsũ ei⁹: qs aptitu
dines in volũtate possum⁹ noĩare af
fectiões. Affect⁹ qppe ẽ instrumẽti
volẽdi aptitudinib⁹ suis. Vñ dr ho/
minis aĩa cũ vehementer vult aliqd
affectã eẽ ad volendũ illud vel affe/
ctuose eẽ vł velle. Volũtas vtiqȝ di/

ei videtᷣ equivoce tripl'r. Aliud em̃ ẽ in/
ſtrumẽtũ volendi: aliud affectio: ali
ud vſus eiuſdẽ inſtrumẽti. Inſtrumẽ
tũ volẽdi ẽ vis illa aĩe q̃ vtimur ad
volendũ: ſicuti ẽ ratio inſtrumẽtũ ra
tiocinandi q̃ vtimur cũ rõcinamur: ⁊
viſus inſtrumentũ vidẽdi q̃ vtimur
cũ videm⁹. Affectio hui⁹ inſtrumẽti
eſt: q̃ ſic afficitᷣ ip̃m inſtrumentuꝫ ad
volendũ aliq̇d etiã qñ illd̕ qd̕ vult
non cogitat: vt ſi venit in memoriaꝫ
aut ſtatim: aut ſuo tp̃e illd̕ velit. Nã
ſic eſt inſtrumentũ volẽdi affectũ ad
volendũ ſalutẽ: ⁊ qñ illã nõ cogitat
applicare: vt mox cũ venerit in mẽo/
riã: ſtatim eam velit. Et ſic eſt affectũ
ad volendũ ſomnũ etiã qñ illũ non
cogitat: vt cum venit in mentẽ velit
illum ſuo tp̃e. Nunq̃ꝫ em̃ ita eſt affe/
ctum vt aliq̃ñ velit egritudinem aut
vt velit nunq̃ꝫ dormire. In iuſto q̄ꝫ
hoĩe ſimiliter eſt affectuꝫ idẽ inſtru/
mentũ ad volendũ iuſticiã: etiã cum
dormit: vt cũ eam cogitat: ſtatim eã
CC velit. Vſus vero eiuſdẽ inſtrumenti ẽ
quẽ non habem⁹ niſi cũ cogitam⁹ rẽ
quã volum⁹. Dicitᷣ aũt volũtas ⁊ in/
ſtrumentũ volendi: ⁊ affectio eius: ⁊
vſus ei⁹. Inſtrumentũ quidẽ volun
tatẽ vocam⁹: qñ dicim⁹ nos ↄuertere
ad diũſa volũtatẽ: mõ ſcꝫ ad volẽdũ
ãbulare: mõ ad volẽdũ ſedere: mõ ad
volendũ aliđ ⁊ aliud. Hoc inſtrumẽ
tũ ſp̲ habet hõ: q̃uis nõ ſp̲ illo vtatᷣ:
ſicut habet viſũ: q̄ eſt inſtrumentum
videndi etiã qñ illo nõ vtitur: vt cũ
dormit: ⁊ cũ eo vtitur cõuertit illum
modo ad videndũ celũ: modo ad vi
dendã terrã: modo ad videndũ ali/
q̇d aliud. Et ſic ſemp̲ habem⁹ inſtru
mentũ ratiocinandi: h̕ eſt rationeꝫ q̃
non ſemp̲ vtimur: ⁊ quã ratiocinan
do ad diuerſa ↄuertit animus. Affe
ctio vero inſtrumẽti volendi d̕r volũ/
tas: qñ dicim⁹ hoĩem ſemp̲ hẽre volũ
tatẽ vt bene ſibi ſit: vocam⁹ nãq̃ꝫ hãc
voluntatẽ: affectionẽ illã eiuſdeꝫ in/
ſtrumẽti: q̃ vult hõ bene ſibi eẽ. Eo/
dẽ mõ cũ ſanct⁹ hõ aſſeritᷣ etiã cum

dormit ⁊ nõ hoc cogitat: indeſinẽter
habere voluntateꝫ iuſte viuendi d̕r.
Et cũ hanc voluntatẽ aſſerim⁹ aliuꝫ
alio maiorẽ hẽre: non aliud dicim⁹ vo
luntatẽ q̃ꝫ illã affectionẽ ip̃ius inſtru
menti q̃ vult iuſte viuere. Inſtrumẽ
tum vero nõ eſt in alio mai⁹ ⁊ in alio
min⁹. Vſus autẽ hui⁹ inſtrumenti vo DD
luntas noĩatur: vt cũ dicit aliq̇s: mo
do habeo voluntatẽ legẽdi: id ẽ mõ
volo legere: aut mõ habeo volunta/
tẽ ſcribẽdi: h̕ ẽ mõ volo ſcribere. Sicut
em̃ videre eſt vti viſu: q̄ eſt inſtrumẽ
tum videndi: ⁊ vſus ei⁹ eſt viſio vel
viſus: qñ viſus ſignificat idẽ qđ vi/
ſio: ſignificat em̃ etiã viſus inſtrumẽ
tum ip̃m: ita velle ẽ vti voluntate q̃
eſt inſtrumentũ volendi: ⁊ vſus ei⁹
eſt voluntas q̃ nõ eſt niſi qñ cogita/
mus qđ volum⁹. Voluntas igitᷣ q̃ in/
ſtrumentuꝫ eſt: vna ſola eſt: id eſt in/
ſtrumentuꝫ volendi vnũ ſoluꝫ eſt in
hoĩe ſicut vna ſola eſt rõ: id eſt vnũ
ſoluꝫ inſtrumentũ ratiocinandi. Vo/
luntas vero q̃ inſtrumentũ illud affici
tur duplex eſt. Nã ſicut viſus plures
habet aptitudines ſcꝫ ad videndum
lucẽ: ⁊ p̲ lucẽ ad videndũ figuras: ⁊
p̲ figuras ad vidẽdũ colores: ita in/
ſtrumẽtũ volendi duas hꝫ aptitudi/
nes q̃s voco affectiões: Quarum vna
eſt ad volẽdũ cõmoditatẽ: altera ad
volẽdũ rectitudinẽ. Nempe nihil vult
voluntas q̃ eſt inſtrumentũ niſi aut
cõmoditatẽ aut rectitudinẽ. Quic/
q̇d em̃ aliud vult aut ꝑpter cõmodi
tatẽ aut ꝑpter rectitudinẽ vult: ⁊ ad
has etiã ſi fallitᷣ: putat ſe referre qđ
vult. Per affectionẽ q̇dẽ q̃ ad volẽ
dum cõmoditateꝫ ptinet: ſp̲ vult hõ
beatitudinẽ ⁊ beat⁹ eſſe. Per illã ve
ro q̃ nunc eſt ad volendũ rectitudi/
nẽ: rectitudinẽ vult: ⁊ rect⁹: id eſt in/
ſtus eẽ. Propť cõmoditatẽ aũt vult
aliq̇d: vt cum vult arare vel labora/
re vt habeat vñ tueatᷣ vitã ⁊ saluteꝫ
q̃ cõmoda iudicat eſſe: ꝑpter rectitu
dinẽ vero: vt cũ vult laborare: vel diſce
re, vt ſciat recte: id ẽ iuſte viuere. Vo

luntas ꝟo q̄ eſt vſus ſepedicti īſtru
menti nō eſt niſi cū cogitat aliq̄d qḋ
EE vult: vt dictū ē. Hui⁹ volūtatꝭ mul
tiplex eſt diuiſio: de q̄ non mō ſꝫ for/
ſitan al's dicem⁹. Velle aūt equocū
eſt: ſicut videre. Queadmodū nāqꝫ
dr̄ videre q̄ vtit̄ viſu ⁊ q̄ nō vtit̄ ſed
q̄ h̄ꝫ aptitudinē videndi: ita aſſerit̄
velle ⁊ q̄ vtitur inſtrumento volēdi
cogitādo qḋ vult: ⁊ q̄ nō vtit̄: q̄ñ af
fectionē: ſꝫ ē aptitudinē h̄ꝫ volendi.
Per ſꝫ etiā cognoſci poteſt aliā eſſe
voluntatē inſtrumentū volēdi: aliā
eius affectionē: aliū vſum eiuſdē in/
ſtrumenti: qꝛ ſi dr̄ iuſt⁹ hō etiā cum
dormit ⁊ nihil cogitat h̄re volunta/
tē iuſte viuendi: ⁊ iniuſtus hō negat̄
h̄re cū dormit voluntatē iuſte viuē
di: eadē voluntas negat̄ de iniuſto
FF q̄ aſſerit̄ d' iuſto. Palā aūt eſt qꝛ cū
dicim⁹ nō eſſe iniuſto dormienti vo/
luntatē iuſte viuendi: non negat̄ vo
luntas in eo eſſe quā dixi īſtrumētū:
q̄ñ eā ſp̄ h̄ꝫ oīs hō dormiens ⁊ vigi
lans. Quapropt̄ q̄ñ non alia volū
tas p̄nunciat̄ ſꝫ mō in bono eē ho ie
q̄ꝫ illa q̄ remouet̄ a malo: nō ſignifi/
catur in bono eſſe voluntas q̄ eſt in/
ſtrumentū: ſꝫ illa q̄ afficit̄ inſtrumen/
tum. Q̄ñ autem in dormiēte niſi ſō
niet non ſit voluntas que eſt vſ⁹: du
biū nō ē. q̄re cū dr̄ in dormiēte iuſta
volūtas iuſte viuēdi: non intelligit̄
volūtas vſ⁹. Nō ē igit̄ volūtas af/
fectio: volūtas īſtrumētū aut volū/
tas vſ⁹: volūtatē qꝫ īſtrumentū nō
eſſe voluntatē vſum: null⁹ ignorat:
quoniā cum dico me nō h̄re volun/
tatē ſcribendi: nemo intelligit me nō
h̄re inſtrumentū volendi. Alia eſt er
go voluntas inſtrumentū: alia volū
tas affectio: alia voluntas vſus. Uo
luntas q̄dē inſtrumentū mouet oīa
alia inſtrumenta q̄b⁹ ſpōte vtimur:
⁊ q̄ ſūt ī nobis: vt man⁹: lingua: viſ⁹:
⁊ q̄ ſunt extra nos: vt ſtil⁹ ⁊ ſecuris:
⁊ facit om̄es voluntarios mot⁹. Ip/
ſa ꝟo ſe ſuis affectionib⁹ mouet: vn/
de dici poteſt inſtrumentū ſeipm̄ mo

uens. Dico voluntatē inſtrumentū
om̄es voluntarios mot⁹ facere ſi dili
gent̄ ꝯſideram⁹: ſꝫ ille veri⁹ dr̄ facere
om̄e qḋ facit natura aut voluntas q̄
facit naturā ⁊ inſtrumentū volendi
cū affectionib⁹ ſuis: ſine q̄bus idem
inſtrumentū nihil facit. Ex his dua GG
bus affectionib⁹ q̄s etiā voluntates
dicim⁹ deſcendit om̄e meritū homi
nis ſiue bonum ſiue malū. Que due
voluntates etiam nihil differunt: qꝛ
illa que eſt ad volendum cōmodum
inſeparabilis ē: illa ꝟo que eſt ad volē
dum rectitudinem ſeparabilis fuit: ⁊
vt ſupra dixi in principio in angelis
⁊ in primis noſtris parentibus: ⁊ eſt
adhuc in hac vita manentibus. In
hoc qꝫ differunt: quia illa que eſt ad
volendum commodū: nō eſt hoc qḋ
ipſa vult: illa vero que ad volen/
dum rectitudinē: rectitudo eſt. Nul
lus quippe rectitudinē vult niſi re/
ctitudinem habens: neqꝫ poteſt ali/
quis rectitudinem velle niſi rectitu/
dine. Palam autem eſt eius volun/
tatis que eſt inſtrumentū: iſtam eſſe
rectitudinē. Hāc pronunciamus cū HH
iuſticia deſignatur rectitudo volun/
tatis propter ſe ſeruata. Hec eſt etiā
veritas illa voluntatis in qua argui
tur a domino diabolus non ſtetiſſe:
qḋ dixi in tractatu de ꝟitate. Nunc
ꝯſiderandū eſt quō ex his duab⁹ vo
luntatibus quas voco aptitudines
ſiue affectiones procedant ſicut dixi
merita hominū ſiue ad ſalutem ſiue
ad damnationē. Rectitudo quidem
quantū in ip̄a eſt: nullius mali cauſa
eſt ⁊ oīs meriti boni mater ē: hec em̄
fauet ſpiritui ꝯcupiſcenti adu̾ſ⁹ carnē Gal. 5.
⁊ delectat̄ legi dei ſc̄m interiorē ho/ Roma. 7
minē: id eſt ſc̄m eundē ſpm̄. Si autem
ex illa maiū aliq̄ñ ſequi videt̄: nō eſt
ex ip̄a ſꝫ ex alio. Per rectitudinē q̄p/
pe apl'i erant bon⁹ odor deo. Sꝫ qḋ 2. Cor. 2.
q̄buſdam erant odor mortis in mor/
tem: non procedebat ex apoſtolorū
iuſticia: ſed ex maliuolorū nequicia.
Illa vero voluntas que eſt ad volē/ II

dū cōmodū: non ſp mala: ſ; quando
cōſentit carni concupiſcenti aduerſ9
ſpm̄. Sed vt hoc plenius ītelligatur:
inueſtigandū ē vn̄ tā vitioſa ꝛ tā p
na ſit ad malū iſta voluntas. Nō eni
credēdū eſt talē illā deū feciſſe in pri
mis noſtris parentib9. Cū eni ptuli
naturā humanā ꝑpter pctm̄ incurriſ
ſe corruptionē ꝛ appetit9 ad ſilitudi
nē brutoꝝ aīaliū: nō dixi quō tal' vo
luntas orta ſit in hoīe. Aliud nanqꝫ
ſunt appetit9 vitioſi: aliud vitioſi vo
luntas appetitib9 ꝯſentiēs. De tali ġ
voluntate ꝗrendū puto vnde homi
acciderit. Sꝫ ſi primā rōnalis nature
ꝯditionē ꝯſideremus: facile nobis hu
ius talis voluntatꝭ cā patebit. Inte
tio nāqꝫ dei fuit vt iuſtā faceret atqꝫ
beatā naturā rōnalē ad fruendū ſe:
ſ; neqꝫ iuſta neqꝫ beata eē potuit ſine
volūtate iuſticie ꝛ beatitudinis. Vo
lūtas quidē iuſticie ē ipa iuſticia: vo
luntas vo beatitudinis nō ē beatitu
do: qꝛ nō oīs habet beatitudinē q̄ ha
bet ei9 volūtatē. In beatitudine aūt
ſm oīm ſenſū ē ſufficiētia cōpetētiū
cōmodoꝝ ſine oī indigētia: ſiue an
gelica ītelligit btitudo: ſiue illa quā
habebat adā in paradiſo. Cꝫuis eni
maior ſit beatitudo āgeloꝝ q̄ illa q̄
erat hoīs in pdiſo: nō tn̄ ideo nega
ri poteſt adā beatitudinē habuiſſe.
KK Sicut nāqꝫ calor magn9 ē ſine omni
frigore: ꝛ tn̄ poteſt eē alius maior ca
lor: ꝛ queadmodū frigus ē ſine omi
calore: cū tn̄ mai9 valeat frig9 eē: ita
nihil phibet adā beatum fuiſſe ī pa
radiſo ſine oī indigentia: licet maior
eēt angelica beatitudo. Nēpe aliqd
min9 alio habere: nō ſp ē indigere: ſꝫ
aliq̄ re cū eā haberi oporteat carere:
qd nō erat ī adā: eſt indigere: vbi ve
ro ē indigentia: ibi ē miſeria. Nō au
tem fecit de9 ſine pcedēte culpa rati
onalē creaturā miſerā quā ad intel
ligendū ꝛ amandū ſe creauit. Fecit
igit deus hominē beatū ſine oī indi
gentia. Simul ġ accepit rōnalis na
tura ꝛ beatitudinis voluntatē ꝛ bea
titudinē iuſticie: id eſt rectitudinē q̄
ē ipa iuſticia: ꝛ liberū arbitriū: ſine q̄
iuſticiā ſeruare non potuit. Si autē
deus ordinauit has duas volūtates
ſiue affectiōes: vt volūtas q̄ ē īſtru
mentū vteretur ea q̄ eſt iuſticia ad im
periū ꝛ regnū: docēte ſpū: q̄ ꝛ mens
ꝛ ratio dr: ꝛ altera vteret ad obediē
tiā ſine oī incōmoditate. Beatitudi
nē q̄dem dedit hoī: vt de angelis ta
ceā: ad cōmodū eius: iuſticiā vo ad
honorē ſuū. ſꝫ iuſticiā ita vt illā poſ
ſet deſerere: q̄ten9 cū illā n̄ deſereret
ſ; pſeuerāter ſuaret: puehi mereret
ad ꝯſortiū angeloꝝ. Qd ſi illā deſe
reret: nullaten9 eā p ſe deinceps reſu
mere poſſet: ꝛ beatitudinē angeloꝝ
non adipiſceretur: ꝛ illa quam habe
bat ꝑuareretur: ꝛ in ſilitudinē brutoꝝ
aīaliū cadēs cū illis corruptiōi ꝛ ſe
pe fatis appetitib9 ſbiaceret. Volun
tas tn̄ btitudinis maneret: vt p indi
gentiā bonoꝝ q̄ pdidiſſet graui miſe
ria iuſte puniretur. Qm̄ ġ deſeruit
iuſticiā: pdidit beatitudinē: ꝛ volun LL
tas quā bonā ꝛ ad bonū ſuū accepit
fruens deſiderio cōmodoꝝ q̄ nō vel
le neqt: qꝛ vera cōmoda rationali na
ture ꝯuenientia q̄ pdidit habere non
valꝫ: ad falſa ꝛ brutoꝝ aīaliū cōmo
da q̄ beſtiales appetit9 ſuggerūt: ſe cō
uertit: ꝛ ita cū ea vult īordinate re
ctitudinē: aut ne accipiat oblatā re
pellit aut expellit: cū vero licite vult
eam: non hec facit. Hoc igitur modo
volūtas inſtrumenti creata bonum
inquantū habet eſſe ꝛ iuſta ꝛ fortis
ad ſeruandū acceptā iuſticiā per li
berum arbitriū facta eſt mala: nō in
quantū eſt: ſed in quantū iniuſta fa
cta eſt per abſentiā ſponte deſerte iu
ſticie quā ſemꝑ habere deberet. In
firma q̄ꝫ modo facta eſt ad volendū
iuſticiā deſertam: Non eni per liberū
arbitriū ita poteſt eā velle: tamē illā
non habet queadmodū valet eā ſer
uare cū habet. Voluntas etiam com MM
modi: ꝯdita bonū inquātū ē aliqd:
mala: id eſt iniuſta facta eſt: quia nō

ē ſubdita iuſticie: ſine qua nihil vel-
le debet. Voluntas ergo inſtrumen-
tū: cū ſponte facta ſit iniuſta poſt de-
ſertā iuſticiā: manet in quantū in ipſa
ē neceſſitate iniuſta ⁊ ancilla iniuſti-
cie: qꝛ per ſe redire nequit ad iuſticiā
ſine qua nunq̄ libera eſt: qꝛ naturalꝭ
libtas arbitrij ſine illa ocioſa ē. An-
cilla etiā facta eſt ſue affectiōis q̄ ad
cōmodū eſt: qꝛ remota eſt iuſticia: ni
hil poteſt velle niſi qḋ illa vult. Di-
co aūt ⁊ inſtrumētū ⁊ affectionē eꝰ
velle: qꝛ ⁊ inſtrumentū ē volūtas ⁊
affectio volūtas. Nec icōgrue vtra
q̄ voluntas velle dicit̄: qꝛ illa vult
q̄ affectione ſua vult: ⁊ affectio vult
ꝑ quā illa vult: ſicut videre dr̄ ⁊ ho-
mo qui viſu videt: ⁊ viſus q̄ videt.
Unde nō abſurde poſſumꝰ dicere af
fectiōes eius volūtatis: quā īſtrumē
tū dixi aīe: quaſi inſtrumēta eiuſdē
inſtrumēti eſſe: qꝛ nihil niſi iſtis ope
rat̄. Perdito igit̄ inſtrumēto volen
di iuſticiā: id ē rectitudinē: nullo mō
niſi ꝑ gratiā reddat̄: poteſt volūtas
inſtrumentū velle iuſticiā. Quapro
pter qm̄ nihil velle debet niſi iuſte: q̄c
q̄d vult ſine rectitudine: vult iniuſte.
XIII Appetitus vō quos oēs vocat apo
ſtolus carnē ⁊ cōcupiſcentiā: inquā
tū ſunt: nō ſunt mali vel iniuſti: ſꝫ qꝛ
ſūt in rationali creatura vbi non de-
bēt eſſe: dicunt̄ iniuſti. In brutis ſiq̄
dem aīalibus nō ſunt mali vel iniu-
ſti: qꝛ ibi debent eſſe. Iam ex his que
dicta ſunt agnoſci poteſt hominē ī ō
non habere ſemꝑ iuſticiam quam ſi-
ne intermiſſione debet habere: quia
nullo mō poteſt illam per ſe adipiſci
vel recuꝑare. Palā etiā eſt qꝛ deus
bona facit opa ſua ſola bonitate: qm̄
ipſe creat voluntatē cum libero arbi-
trio: ⁊ dat illi iuſticiā ꝑ quā operat̄.
Mala vō facit ſola culpa hoīs: qꝛ
ea nō faceret ſi homo illa facere non
vellet: facit tamē hec q̄ ſunt: qm̄ con
didit in hoīe voluntatē qua ſine iu-
ſticia vtit̄ ſola culpa hoīs: mala ſūt
que opat̄. Nō aūt eſt culpa dei q̄ cre-
auit in eo cū libertate arbitrij volun
tatē: ⁊ contulit ei iuſticiā vt nihil niſ
ſi iuſte vellet: ſed culpa hoīs q̄ iuſti-
ciā deſeruit quā ſeruare potuit. Deꝰ
igit̄ habet in bonis quidem q̄ bona
ſunt ꝑ eſſentiā: ⁊ q̄ bona ſunt ꝑ iuſti
ciam: in malis vero ſolūmodo q̄ bo
na ſūt ꝑ eſſentiā: nō q̄ mala ſunt per
abſentiā debite iuſticie: que nō ē ali-
q̄d. Homo aūt habet in bonis q̄ ma
la nō ſunt: qꝛ cū poſſet deſerere iuſti-
ciā ⁊ mala facere nō deſeruit: ſed ſer
uauit ꝑ liberꝝ arbitriū dante ⁊ ſubſe-
quente gratia. In malis vero hoc ſo
lū qḋ mala ſunt: qꝛ ea ſolū ꝓpria: id
eſt iniuſta voluntate facit. Puto me XIIII
iam ꝯgrue poſſe finē ponere tracta-
tui de tribꝰ difficilibus queſtionibꝰ:
quē in ſpe auxilij dei incepi: in quo
ſiquidē dixi qḋ querenti cuilibet ſuf
ficere debeat: nō mihi imputo: ſꝫ gra-
tie dei mecū. Hoc aūt dico: qꝛ ſi quis
mihi querenti de q̄ſtionibus eiſdē qn̄
in eis mēs mea rationē querendo flu
ctuabat: ea q̄ renili reſpōdiſſet: gra-
tias egiſſē qꝛ mihi ſatiſfeciſſet. Cū
ſꝫ qḋ inde manifeſtā te deo cognoui:
mihi valde placuit: intelligens quia
ſimilit̄ quibuſdā placeret: ſi hoc ſcri
berē qḋ gratis accepi: gratis volui
petentibus impendere.

## Beati Anſelmi liber de cōcordia preſcientie ⁊ ꝑdeſtinationis: ⁊ gratie ⁊ liberi arbitrij: explicit.

## Capitulorū dialogi de libero arbitrio btī Anſelmi Cātuarieū archiepi: ānotatio.

Ca. j Qꝛ poteſtas peccādi nō ꝑtineat ad libertatē arbitrij.
ij Qꝛ tantū hō ⁊ angelꝰ peccauerūt per hanc poteſtatē et liberꝝ arbitriū: ⁊ q̄uis potuerunt ſeruire peccato: nō tamen eis potuit dn̄ari petm̄.
iij Qnō poſtq̄ ſe fecerūt ſeruos peccati: liberꝝ habuerūt arbi

triũ: ⁊ q̃d ſit liberū arbitriũ.
iiij Quõ ptātē habeāt ſeruandi rectitudinē quā nõ habēt.
v Qꝫ nulla tēptatio cogat inuitum peccare.
vj Quõ ſit noſtra voluntas potens contra tēptatiões licet videat̃ impotens.
vij Quõ volũtas fortior ſit q̃ꝫ tēptatio etiā cũ ab illa vincit̃.
viij Qꝫ nec deus poteſt auferre voluntatis rectitudinē.
ix Qꝫ nihil liberi⁹ ſit recta volũtate.
x Quõ peccās ſit ſeruus peccati: ⁊ q̃ꝫ malus miraculũ ſit cũ deus reddit rectitudinem illā deſerenti: q̃ꝫ cum mortuo reddit vitam.
xj Qꝫ iſta ſeruitus nõ auferat libertatē arbitrij.
xij Cur cũ hõ nõ habeat rectitudinē magis d̃r liber: q2 nõ poteſt ei auferri cum habet: q̃ꝫ cũ eā habet ſeruus: q2 cum nõ habet p ſe nõ põt recuperare eā.
xiij Qꝫ ptās ſeruandi rectitudinē voluntatis ppter ipam rectitudinem ſit perfecta diffinitio liberi arbitrij.
xiiij De diuiſiõe eiuſdē libertatis.

## Bti Anſelmi archiepi Cantuarienſis dialogus de libero arbitrio incipit.

### Qꝫ poteſtas peccandi non ptineat ad libertatem arbitrij: Ca.i. Diſcipulus

Vm liberum arbitriũ videat̃ repugnare gratie ⁊ p̃deſtinatiõi ⁊ p̃ſciētie dei: ipa libertas arbitrij q̃d ſit: noſſe deſidero: ⁊ vtrū illā ſp habeamus. Si eñ libertas arbitrij ē poſſe peccare ⁊ nõ peccare: ſic a q̃buſdā ſolet dici: ⁊ h̃ ſp habemus: quõ aliq̃ñ gratia indigem⁹? Si aũt h̃ n ſp habemus: cur nobis imputat̃ pctm̃ qñ ſine libero arbitrio peccam⁹? M Libertatē arbitrij nõ puto eſſe potētiā peccādi ⁊ nõ peccādi: Quippe ſi hec eius eſſet diffinitio: nec deus nec angel⁹ q̃ peccare nequeũt liberū haberēt arbitriũ: q̃d nefas ē dicere. D Quid ſi d̃r aliđ ēē liberū arbitriũ dei ⁊ angelorū bonorū: aliđ noſtrũ? M Quis differat liberū arbitriuꝫ hoı̄m a libero dei arbitrio ⁊ ãgelorū bonorũ: diffinitio tamē huius libertatis in vtriſq̃ꝫ ſm hoc nomē eadē debet ēē: licet eñ aı̄al differat ab aı̄ali ſiue ſubſtantialiter ſiue accidentaliter: diffinitio tamē ſm nomē aı̄alis oı̄b⁹ animalibus eſt eadē. Quapropter talē oportet dare diffinitionē libertatis arbitrij: que nec plus nec minus illa contineat. Quoniā ergo liberū arbitriũ diuinũ ⁊ bonorū angelorū peccare nõ poteſt: nõ pertinet ad diffinitionē libertatis arbitrij poſſe peccare. Deniq̃ꝫ nec libertas nec ps libertatis eſt peccandi poteſtas. Q̃d vt plane intelligas: intende ad ea que dicam. D Ad hoc hic ſum. M Que tibi voluntas liberior videt̃: illa q̃ ſic vult ⁊ poteſt nõ peccare vt nullatenus valeat flecti a nõ peccandi rectitudine: an illa q̃ flecti aliq̃ mõ poteſt ad peccandũ? D Cur nõ ſit liberior illa q̃ ad vtrũq̃ꝫ ſe habet nõ video. M An nõ vides qm̃ q̃ ſic hꝫ q̃d decet ⁊ quod expedit vt h̃ amittere nequeat: liberior ē q̃ꝫ ille q̃ ſic habet h̃ ipm vt poſſit pdere: ⁊ ad hoc q̃d dedecet ⁊ nõ expedit valeat adduci? D Nulli dubiũ h̃ ēē puto. M Hoc q̃ꝫ nõ min⁹ indubitabile dices: q2 peccare ſp dedecens ⁊ noxiũ ē. D Null⁹ ſane mētis aliter ſentit. M Liberior itaq̃ꝫ voluntas ē: q̃ a rectitudine nõ peccādi declinare neq̃t: q̃ꝫ q̃ illā põt deſerere. D Nihil mihi rõnabili⁹ aſſeri poſſe videt̃. M An putas q̃d additũ

minuit: ⁊ ſeparatū auget libertatē: id
aūt libertatem eē aut ptē libertatis?
D Nō h putare poſſū. M Pote
ſtas ĝ peccādi q̄ addita voluntati mi
nuit ei⁹ libertatē: ⁊ ſi deriuat̄: auget:
nec libertas ē: nec pars libertatis.

## Q̄ tm̄ hō ⁊ angelus peccauerūt ꝑ hāc ptātē ⁊ liberꝝ arbitriū: ⁊ q̄uis potuerūt ſeruire pctō: non tn̄ eis potuit dominari peccatū: Ca. II.

Diſcipulus.
Nihil ꝯſequentius. M Nō
ptinet ad libertatē arbitrij: qḋ
ſic eſt ex̄neū a libertate. D
Rationib⁹ tuis nullaten⁹ ꝯtradice-
re queo. Sed nō parꝝ me mouet: qꝛ ⁊
angelica ⁊ noſtra natura in ꝑncipio
habuit poteſtatē peccādi: quā ſi non
habuiſſet nō peccaſſet: q̄re ſi ꝑ hanc
poteſtatē q̄ ſic aliena eſt a libero ar-
bitrio peccauit vtraq; ꝑdicta natu-
ra: quō dicem⁹ eā peccaſſe ꝑ liberū
arbitriū? Aut ſi ꝑ liberꝝ arbitriū non
peccauit: ex necitate peccaſſe videt̄.
Nēpe aut ſpōte: aut ex necitate: aut
ſi ſpōte peccauit: quō niſi ꝑ liberꝝ ar
bitriū? Quare ſi n̄ ꝑ liberꝝ arbitriū:
vtiq; ex necitate peccaſſe videt̄. Eſt
⁊ aliud qḋ in hac peccandi ptāte me
mouet: Qui em̄ peccare pōt: ſeru⁹ pt
eē pctī: qm̄ q̄ facit pctm̄: ſeru⁹ ē pctī.
Joh. 8. Qui aūt ſeru⁹ pōt eē pctī: huic pōt
dn̄ari pctm̄: Quō libera fuit illa na-
tura: aut cuiuſmodi liberꝝ arbitriū il
lud erat cui pctm̄ dn̄ari poterat?
M Et ꝑ ptātē peccādi ⁊ ſpōte ꝑ li-
berꝝ arbitriū ⁊ nō ex necitate noſtra
⁊ angelica natura ꝑmitus peccauit ⁊
ſeruire potuit pctō: ⁊ tn̄ nō illi pctm̄
dn̄ari poterat: vñ illa non libera aut
ei⁹ arbitriū nō liberꝝ dici poſſit. D
Op⁹ hēo vt qḋ dicis apiat: qꝛ clau-
ſum eſt mihi. M Per liberꝝ arbi-
triū peccauit apoſtata angel⁹ ſiue ꝑ-
mus hō: qꝛ ꝑ ſuū arbitriū peccauit:
qḋ ſic liberꝝ erat vt nulla alia re cogi
poſſet ad peccādū: ⁊ iō iuſte repꝛhen
dit̄: qꝛ hāc haberet arbitrij ſui liber-
tatē: n̄ aliq̄ re cogēte: n̄ aliq̄ necitate:
ſed ſponte peccauit. Peccauit aūt ꝑ
arbitriū ſuū qḋ erat liberꝝ: ſ; non ꝑ h
vnde liberꝝ erat: id eſt ꝑ ptātē q̄ po-
terat n̄ peccare ⁊ pctō nō ſeruire: ſ; ꝑ
ptātē quā habuit peccādi: q̄ nec ad n̄
peccādi libertatē iuuabat̄ nec ad pec
candi ſeruitutē cogebat̄. Qḋ aūt cō
ſequi tibi videt̄: qꝛ ſi potuit ſeru⁹ eē
pctī: potuit ei dn̄ari pctm̄: ⁊ iō nec il
lū: nec eius arbitriū liberꝝ fuiſſe. Nō
ita eſt. Etem̄ q̄ ſue poteſtatis ē vt nō
ſeruiat nec aliene poteſtatis ē vt ſer-
uiat: q̄uis ptāte ſua ſeruire poſſit q̄-
diu non illa que eſt ſeruiendi ſed illa
que non eſt ſeruiendi vtit̄ poteſtate:
nulla res pt illi dn̄ari vt ſeruiat. Nā
etſi diues liber poſſit ſe facere ſeruū
paupis: q̄diu h nō facit nec ille no-
men amittit libertatis: nec paup illi
ꝑprie dicit̄ dn̄ari: Aut ſi dicit̄: iꝑpro
prie dr̄: qꝛ h nō in ei⁹ ſ; in alteri⁹ eſt
ptāte. Quobrē nihil ꝓhibet angelū
⁊ hoīem añ pctm̄ liberos fuiſſe aut
liberꝝ arbitriū habuiſſe.

## Quō poſtq̄ ſe fecerunt ſeruos pctī liberū habuerunt arbitriū: Ca. III.

D
Satiſfeciſti mihi quia nihil cer-
te hoc prohibet ante peccatū:
Sed poſtq̄ ſe fecerunt ſeruos
peccati: quomodo liberū arbitrium
ſeruare potuerunt? M Licet pec
cato ſe ſubdidiſſent: libertatem arbi
trij tamen naturalem in ſe interime-
re nequiuerunt: ſed facere potuerunt
vt iam non ſine alia gratia q̄ erat il
la quā prius habuerunt illa liberta-
te vti non valeant. D Credo:
ſed intelligere deſidero. M Cō
ſideremus cuiuſmodi arbitrij liberta
tem habuerunt ante peccatum: quia
certum eſt eos liberū arbitriū habu-
iſſe. D Hoc expecto. M Ad
quid tibi vident̄ habuiſſe illā liber-
tatē arbitrij? An ad aſſequendū qḋ
vellent: an ad volendū qḋ deberēt?

⁊ qđ illis velle expediret. D Ad
volēdū qđ deberent ⁊ qđ expediret
velle. M Ergo ad rectitudinē
voluntatis habuerunt libertatē ar-
bitrij. Q̄diu nāq; voluerūt qđ de-
buerūt: rectitudinē habuerūt volun
tatis. D Ita eſt. M Dubiū
eſt adhuc cū dr̄ q2 libertatē habuerūt
ad rectitudinē voluntatis: ſi non ad
datur aliud. Quero igit̄ quō habe-
bant illā libertatē ad rectitudinē vo
luntatis: an ad capiendū eā ſine da-
tore cū illam nondū haberēt: an ad
accipiendū nondū habitā ſi daretur
vt haberēt: an ad deſerēdū quā acce
perant ⁊ ꝓ ſe reſumendū deſertā: an
ad ſemꝑ ſeruandū acceptā? D
Ad capiendū rectitudinē ſine dato-
re nō puto illos habuiſſe libertatē:
q̄m nihil potuerūt habere qđ nō ac-
ceperant. Ad accipiendū xo a dato-
re quā nondū habebāt vt eam habe
rent: nō ē dicendū eos habuiſſe liber-
tatē: q2 nō eſt credendū eos factos
ſine recta voluntate: q̄uis nō negan
dū ſit eos libertatē habuiſſe recipiē-
di eandem rectitudinē ſi eā deſererēt
⁊ ab ipō datore p̄mo illis redderet:
qđ in hoīb9 ſepe videm9 q̄ de iniu-
ſticia ad iuſticiā ſupna gratia redu-
citur. M Unde eſt ꝙ dicis eos
poſſe recipere perditā rectitudinem
ſi reddat̄: ſed nos illā libertatē quā
habuerūt anteq̄ peccarēt q̄rimus: cū
ſine dubio liberū habuerīt arbitrium:
nō illā q̄ nullus indigeret ſi nūq̄ ve
ritatē deſeruiſſet. D Proſequar
itaq; ⁊ reſpondebo ad ea q̄ reſtant d̄
his q̄ interrogaſti. Ad deſerendū au
tem eandē rectitudinē eos liberta-
tem habuiſſe nō eſt verū: q2 deſerere
voluntatis rectitudinē eſt peccare: ⁊
poteſtatē peccandi nec libertatē nec
partē eſſe libertatis ſupra mōſtraſti.
Ad reſumendū xo ꝓ ſe rectitudinē
deſertā libertatē nō acceperūt: cū
ad hoc rectitudo illa data ſit vt nun
q̄ deſeratur. Ipa nāq; poteſtas reſu
mendi deſertā: generaret negligētiā

ſeruādi habitā. Quapropter reſtat
libertatē arbitrij datā eſſe rōnali cre
ature vel nature ad ſeruandā acce-
ptā rectitudinē voluntatis. M
Bene ad interrogata reſpōdiſti. Sꝫ
adhuc opus eſt vt ↄſideremꝰ ꝓpter
q̄d illā rectitudinē ſeruare debeat ra
tionalis creatura: an ꝓpter ipam re-
ctitudinē: aut propter aliud? D
Si nō illa libertas data eſſet illi na-
ture vt volūtatis rectitudinē ꝓpter
ipam ſeruaret rectitudinē: non vale-
ret ad iuſticiā: q̄m ↄſtat iuſticiā eſſe
rectitudinē voluntatis ꝓpter ſe ſer-
uatā: ſed ad iuſticiā ꝓdeſſe arbitrij
libertatē credimus: Quare indubi-
tanter aſſerendū eſt rationalē natu-
rā nō eā accepiſſe niſi ad ſeruandam
rectitudinē voluntatis ꝓpter ipſam
rectitudinē. M Quoniā oīs
libertas eſt poteſtas: illa libertas ar
bitrij eſt poteſtas ſeruandi rectitudi-
nē voluntatis ꝓpter ipam rectitudi
nem. D Nō poteſt aliud eſſe.
M Iam itaq; clarū eſt liberū arbi-
triū nō eſſe aliud q̄ arbitriū potens
ſeruare rectitudinē voluntatis ꝓpter
ipam rectitudinē. D Clarū itaq;
eſt. Sed q̄diu ipam rectitudinē ha
buit: ſeruare potuit qđ debuit. Poſt
q̄ aūt illā deſeruit: quō poteſt ſerua-
re qđ nō habet? Abſente ḡ rectitudi
ne quā ſeruare poſſit: non eſt liberū
arbitriū ꝙ eā ſeruare valeat. Non
eīm ſeruare valet qđ nō habet. M
Etiā ſi abſit rectitudo volūtatis: nō
tamen rōnalis natura minus habet
qđ ſuū eſt. Nullā nāq; poteſtatē ha-
bem9: vt puto q̄ ſola ſufficiat ſibi ad
actū: ⁊ tñ cū ea deſint ſine q̄bus ad
actū minime ꝓducūt̄ noſtre poteſta-
tes: nō min9 eas q̄tū in nobis ē hr̄e
dicimur. Sic̄ nullū inſtrumētū ſolū
ſibi ſufficit ad operandū: ⁊ tñ cū de-
ſunt illa ſine quib9 inſtrumento vti
nequimus: inſtrumentū nos cuiuſli-
bet operis habere ſine falſitate fate-
mur. Qđ vt in multis aduertas: in
vno tibi mōſtrabo. Nullus viſū ha-

 

bens dicitur nullatenus videre posse montem. D Qui montē videre non pōt: ꝑfecto nullū habet visum. M Habet ergo potestatē ⁊ instrumentū vidēdi montē qui visum habet: ⁊ tamē si mons abest ⁊ dicis ei: vide montem respondet tibi: Non possum qꝛ abest: si adesset possez videre. Item si mōs adesset ⁊ lux abesset: responderet se mōtem non posse videre: quia nō posset absente luce: sed si lux adesset tunc posset. Rursū si visum habenti lux ⁊ mōs presens esset: ⁊ aliquid visui obstaret: velut si aliquis illi oculos clauderet: diceret se nō posse videre montē: sed si nihil visui eius obsisteret: tunc sine dubio mōtem videndi potestatē haberet. D Hoc totū omnibus notuz est. M Uides ergo qꝛ potestas vidēdi aliqđ corpus: alia est in vidēte: alia est in re videnda: alia in medio: idē neqꝫ in vidente neqꝫ in re videnda: ⁊ ea que est in medio: alia est in adiuuante: alia in nō impediente: id est cum nihil quod impedire possit: īpedit. D Uideo plane. M Quattuor igiᵗ iste potestates sunt quarū si quelibet vna desit: alie tres sunt: nec singule nec oēs simul aliqđ possunt efficere: nec tamē absentibus alijs negamus: aut qui visum habet habere visum aut instrumētū siue potestatem videndi: aut rem visibilem posse videri: aut lucem posse visum iuuare.

## Quō potestatem habeant seruādi rectitudinē quā nō habent: Capitulum IIII.

Quarta aūt potestas īproprie dicitᵗ: quod eīn solet impedire visum: nō ob aliud dicitur dare potestatē videndi cū nō impedit: nisi qꝛ nō aufert. Potestas aūt videndi lucem nō nisi in tribus rebꝰ est: quia tū est idem ⁊ quod videtᵗ ⁊ quod adiuuat. Nam hoc est omnibus notū. D Nulli itaqꝫ est ignotum. M Si ergo absente re que videri possit: in tenebris positi ⁊ clausos siue ligatos oculos habētes quantū ad nos ꝑtinet vidēdi qualibet visibilez rem potestatē habemꝰ: quid ꝓhibet nos habere potestatem seruādi rectitudinē volūtatis ꝓpter ipsam rectitudinē: etiaz absente ipsa rectitudīe q̄diu ⁊ ratio in nobis est: qua eam valemꝰ cognoscere ⁊ volūtas qua illam tenere possumus? Ex his eīn cōstat ꝑfata libertas arbitrij. D Satisfecisti intellectui meo potestatem seruandi rectitudinē volūtatis rationali nature semꝑ inesse: atqꝫ hāc ꝑtātē in ꝑmi hoīs ⁊ angeloꝝ arbitrio liberā fuisse: quibꝰ īuitis rectitudo volūtatꝭ nō poterat auferri.

## Q nulla temptatio cogat inuitum peccare: Ca. V.

Sed nunc quomō est humane volūtatis arbitriū hac ꝑtāte liberū: cū sepe rectā habens homo voluntatē: ipam rectitudinez inuitus cogente tēptatione deserat? M Nemo illā deserit nisi volēdo. Si ergo inuitus dicitᵗ volens: nemo deserit illam inuitus: ligari enim homo pōt: ⁊ inuitꝰ qꝛ nolēs potest torqueri inuitus: quia nolens pōt occidi: velle aūt nō pōt inuitus: qꝛ nō potest velle nolens velle. nam omnis volens ipsum suū velle vult. D Quō dicitᵗ inuitus mētiri qui mentitur ne occidatᵗ: cum hoc nō nisi volens facit? Nam sicut inuitus mētitᵗ: sic inuitus vult mētiri: ⁊ qui inuitus mentiri vult: nolēs vult mētiri. M Ideo forsitan inuitus mētiri dicitᵗ: quia cū sic vult veritatē vt nō mentiatur nisi ꝓpter vitam: ⁊ vult mendacium quia propter vitā: ⁊ nō vult mendaciū propter mēdacium ipsum quoniā vult veritatē: ⁊ ideo volēs ⁊ nolēs mentitᵗ. Alia namqꝫ voluntas est qua volumus aliqđ propter se: vt cū volumus salutem ꝓpter se: ⁊ alia cū aliqđ volumus ꝓpter aliud:

vt cū volumus abſinthiū bibere ꝑ/
pter ſalutem. Unde poteſt forſitā di
ci ſm̄ has diuerſas volūtates:q2 in/
uitus ⁊ non inuitus mentitur. Qua
propter cum dicit̄ inuitus mētiri:quia
id nō vult inq̄ntū vult veritatē: nō
repugnat illi ſententie qua dico:ne/
minem inuitum deſerere rectitudinē
volūtatis:quia mētiendo vult eam
deſerere propter vitā:ſm̄ quā volū
tatem non inuitus eā deſerit: ſed vo
lens: de qua volūtate nunc loqui/
mur:de illa nanq3 loq̄mur qua vult
mentiri ꝓpter vitam:non de illa qua
nō vult mendaciū ꝓpter ſe. Aut id/
circo certe mentit̄ inuitus: quia inui
tus aut occidit̄ aut mentit̄:id eſt in/
uitus eſt in hac anguſtia:vt ex neceſ/
ſitate horum vnū quodlibet fiat:q̄/
uis cū neceſſe ſit illū aut occidi aut
mentiri: non tamē neceſſe ē illū oc/
cidi:quia poteſt nō occidi ſi mentit̄:
nec neceſſe eſt illū mentiri quia pōt
non mentiri ſi occidit̄. Neutrū enim
eſt determinate in neceſſitate: quia
vtrūlibet eſt in volūtate vel poteſta
te. Ita quoq3 licet inuitus aut occi/
datur aut mētiat̄:nō tamen ideo ſe/
quitur vt inuitus mentiat̄: aut vt in
uitus occidatur. Eſt ⁊ alia ratio quā
frequens habet vſus:cur inuitus ⁊
nolens ⁊ ex neceſſitate dicit̄ aliquis
facere quod tamen volens facit. Nā
qđ nō niſi difficile facere valemus ⁊
ideo non facimus: dicimus hoc nos
facere nō poſſe:⁊ ex neceſſitate nos ſi
ne inuitos deſerere:⁊ qđ ſine difficul
tate dimittere nequimus: ⁊ iccirco
cū facimus h': nos inuitos ⁊ nolētes
⁊ ex neceſſitate facere aſſerim⁹. Hoc
igitur modo qui mentit̄ ne moriatur
mentiri inuitus ⁊ nolēs dicitur ex ne
ceſſitate:quia mendaciū vitare non
valet ſine mortis difficultate. Sicut
igitur qui mentit̄ ꝓpter vitā:impro/
prie dicitur inuitus mentiri:quoniā
mentitur volens: ita non proprie di
citur inuitus velle mentiri:quoniam
hoc nō niſi volens vult. Nam ſicut
cum mentitur: vult ipſum mētiri:ſic
cum vult mentiri: vult ipſum velle.
D Non poſſū negare quod dicis.
M Quomodo itaq3 non eſt libe/
ra voluntas quā aliena poteſtas ſi/
ne ſuo aſſenſu ſubijcere non poteſt?
D Nonne ſimili ratione poſſum
dicere voluntatem equi eſſe liberam
quia appetitui carnis non ſeruit niſi
volens? M Non eſt hoc ſimilit̄:
In equo nanq3 non ipſa volūtas ſe
ſubijcit:ſed naturaliter ſubiecta ſem/
per neceſſitate appetitui carnis ſer/
uit: In homine vero q̄diu ipſa vo/
luntas recta eſt:nec ſeruit: nec ſubie/
cta eſt cui non debet:nec ab ipſa recti
tudine vlla vi aliena auertit̄ niſi ip/
ſa cui nō debet volens ꝯſentiat: quē
conſenſum nō naturaliter:nec ex ne/
ceſſitate ſicut equus:ſed ex ſe aperte
videtur habere. D Satiſfeciſti
huic obiectioni mee de volūtate eq̄:
Redi vbi eramus. M An nega
uimus omnem rem liberā eſſe ab ea
re a qua cogi non volens vel prohi/
beri non poteſt? D Non video
quomodo negem. M Dic etiā
quō ſuperat recta voluntas: ⁊ quō
ſuperat̄? D Uelle ipſam rectitu
dinē pſeuerāter eſt illi vincere: vel/
le aūt quod nō debet eſt illi vinci.
M Puto quia temptatio rectam
voluntatem nō niſi volentē aut ip/
ſa rectitudine ꝓhibere: aut ad id qđ
non debet cogere pōt:vt illam velit
⁊ iſtud nolit. D Nec hoc vlla
ratione falſum eſſe video. M
Quis ergo poteſt voluntatē dicere
nō eſſe liberam ad ſeruandā rectitu
dinem: ⁊ liberā a temptatiōe et pec/
cato:ſi nulla temptatio poteſt illam
niſi volentem auertere a rectitudine
ad peccatū:id eſt ad volendum qđ
nō debet? Cum ergo vincitur: non
aliena vincit̄ poteſtate:ſed ſua. D
Hoc mōſtrant ea q̄ dicta ſunt. M
Nonne vides ex his conſequi quia
nulla poteſtas poteſt vincere rectā
voluntatē? Nam ſi pōt:habet pote/

ſtatem vincẽdi ⁊ ſua poteſtate vincitur: ſed hoc eſſe non poteſt: quoniam voluntas nõ niſi ſua vincit̃ poteſtate. Quare nullatenus poteſt tẽptatio vincere rectam voluntatẽ: et cũ dicitur: improprie dicit̃. Non eñ aliud intelligit̃ ꝙ quia voluntas põt ſe ſubijcere temptationi: ſicut econuerſo cum imbecillis dicit̃ poſſe vinci a forti: non ſua poteſtate dicit̃ ſed aliena: quoniam nõ ſignificat̃ aliud niſi quia fortis habet poteſtatem vincẽdi imbecillem.

## Quomodo ſit noſtra volũtas potens contra temptationes: licet videatur impotens: Capl'm VI.

D Quamuis ſic oĩa impugnãtia voluntati noſtre ſubijcias: atꝙ nullam temptationem illi dominari pmittas: vt in nullo poſſim obuiare aſſertionibus tuis: non tñ poſſum diſſimulare quandã impotentiã eſſe in eadẽ voluntate: quã fere oẽs experimur: cum violẽtia temptationis ſuperamur. Quapropter niſi illam potentiã quã probas ⁊ illam impotentiam quã ſentimus facias cõuenire: non poteſt animus meus in quietem huius queſtiõis ꝑuenire. M Iſtam impotentiam quã dicis volũtatis: in q̃ putas eſſe? D In eo q᷑ non põt perſeuerãter rectitudini adherere. M Si per impotentiam non adheret: aliena vi auertitur a rectitudine. D Credo. M Que eſt hec vis? D Uis temptationis. M Hec vis non auertit a rectitudine: ſi ipſa non vult qđ ſuggerit temptatio. D Ita eſt. Sed ipa temptatio: ipſa ſua vi cogit eã velle qđ ſuggerit. M Quõ cogit eã velle? An ita vt poſſit eam quidem nolle: ſed nõ ſine graui moleſtia: an ita vt nullatenus poſſit nolle? D Quamuis fateri me oporteat nos aliqñ ſic premi temptationibus: vt ſine difficultate nõ valeamus nolle qđ ſuggerunt: non tñ poſſum dicere ꝙ ſic nos vnꝙ opprimãt: vt qđ mouẽt nullatenus nolle poſſimus. M Neſcio quõ poſſit dici. Si eñ vult homo mentiri: vt non ſuſtineat mortẽ: vt ſeruet vitam ad tempus: qs dicet impoſſibile velle eum nõ mentiri: vt vitet eternam mortẽ: ⁊ ſine fine viuat? Quapropt̃ iam dubitare hanc impotentiam ſeruandi rectitudinẽ non debes: quam dicis in noſtra voluntate eſſe: cũ tẽptatiõibꝫ ꝯſentimꝰ nõ eſſe ex ipoſſibilitate. ſ ex difficultate. Freq̃nti nãꝙ vſu dicimꝰ nos nõ poſſe aliq̃d: nõ q᷑ nobis eſt ĩpoſſibile: ſ q᷑ ſine difficultate non poſſumus. Hec aũt difficultas nõ pmittit libertatem volũtatis vĩci. Impugnare nãꝙ põt inuitã voluntatẽ: expugnare nequit inuitã. Hoc itaꝙ modo puto te poſſe videre: quõ cõueniãt potentia volũtatis quam ratio veritatis aſſerit: ⁊ impotentia quã humanitas noſtra ſentit. Sicut eñ difficultas nequaꝙ volũtatis interimit libertatem: ita illa impotentia quã non ob aliud in volũtate dicimus eſſe: niſi quia non põt tenere ſuam rectitudinẽ ſine difficultate: non aufert eidem voluntati perſeuerandi in rectitudine poteſtatem.

## Quomodo voluntas fortior ſit ꝙ temptatio: etiam cum ab illa vincitur. Capitulum VII.

D Sicut nequaꝙ valeo qđ probas negare: ita nullatenꝰ qđ voluntatẽ fortiorẽ eſſe temptationi cũ ab ea ſuperat̃: affirmare. Nam ſi volũtas ſeruãdi rectitudinẽ fortior eſſet ꝙ tẽptatiõis impetus: fortius illa volẽdo q̃ tenet reſiſteret: ꝙ illa inſiſteret. Nõ eñ aliũde ſcio me magis vel minus fortiorẽ hẽre voluntatẽ: niſi q᷑ magis vel minus fortit̃ volo. Quapropter cũ minus fortit̃ volo qđ debeo: ꝙ tẽptatio mihi ſuggerit qđ nõ debeo: quo/

modo temptatio fortior non ſit vo/
luntate mea nō video. M Ut vi/
deo: equiuocatio volūtatis te fallit.
D Ipſam vellem equiuocationē
cognoſcere. M Sicut viſus eq̄/
uoce dicit̄: ita ⁊ voluntas: Uocam⁹
enim viſum inſtrumentū videndi: id
eſt radium pcedentem p oculos quo
ſentimus lucē ⁊ ea que ſunt in luce:
⁊ dicimus viſum inſtrumenti ipſius
opus quādo illo vtimur: id eſt viſio
nem. Eodem modo dicit̄ voluntas
ipſum inſtrumentum volendi qđ eſt
in anima: ⁊ qđ cōuertimus ad volē/
dum hoc vel illud: ſicut viſū ad vi/
dendum diuerſa conuertimus: ⁊ di/
citur volūtas vſus eius voluntatis
que eſt inſtrumentū volēdi: ſicut di/
citur viſus vſus ei⁹ viſus qui eſt in/
ſtrumentū videndi. Sicut igit̄ vi/
ſum qui eſt inſtrumentū videndi ha
bemus etiam cū non videmus: viſ⁹
aūt quod eſt opus eius nō eſt niſi cū
videmus: ita voluntas inſtrumentū
ſcʒ volēdi ſemp eſt in anima: etiam
cum nō vult aliq̄d: velut cū dormit:
voluntatem vero quā dico vſum ſi/
ue opus eiuſdē inſtrumenti nō habe/
mus: niſi quādo volumus aliquid.
Illa itaq̄ volūtas quā voco inſtru/
mentum volendi: vna ⁊ eadē ſemp
eſt quicq̄d velimus. Illa vero que
opus eſt: tam multiplex eſt q̄ multa
⁊ q̄ ſepe volumus: quēadmodū vi/
ſus quē etiam in tenebris vel clauſis
oculis habemus: ſemper idem eſt q̄c
quid videam⁹. Uiſus aūt: id eſt op⁹
eius qui ⁊ viſio nominat̄: tam nume
roſus eſt q̄ numeroſa ⁊ q̄ numeroſe
videmus. D Plane video ⁊ amo
hanc voluntatis diſtinctionē: ⁊ iam
mihi videor videre quā ex ei⁹ igno/
rantia patiebar deceptionem: Sed
tamen tu pſequere quod incepiſti.
M Cum ergo videas duas volū/
tates eſſe inſtrumentum volendi: et
opus eius: in qua harū duarum intel
ligis fortitudinē cōſtare volendi?
D In illa que eſt inſtrumentū vo/
lendi. M Si ergo ſcias virum
ita fortem vt eo tenente taurū in/
domitū: taurus non poſſet ſe moue/
re: ⁊ videas eundem virum ita tenē/
tem arietem vt ipſe aries ſeſe de ma/
nibus eius excutiat: putabis ne illū
minus fortem in tenēdo arietem q̄
in tenēdo taurum? D Illum q̄/
dem nō diſſimiliter fortem in vtro/
q̄ opere iudicabo: ſed eum ſua forti/
tudine nō equaliter vti fatebor: for/
tius eū operat̄ in tauro q̄ in ariete.
Sed ille fortis eſt qui fortitudinem
habet: actio vero eius fortis dicitur:
quia fortiter fit. M Sic intelli/
ge voluntatem quā voco inſtrumē/
tum volendi: inſeparabilē fortitudi/
nem habere: qua aliquando magis:
aliquando minus vtit̄ in volendo.
Unde qđ fortius vult nullatenus
deſerit: ablato eo qđ minus fortiter
vult: ⁊ cū offert̄ fortius quod vult:
ſtatim dimittit qđ non pariter vult:
⁊ tunc voluntas quam dicere poſ/
ſumus actionem inſtrumenti huius
agit opus ſuum cum aliquid vult.
Tunc in q̄ volūtas actio magis vl̄
minus fortis dicit̄: quoniā magis vl̄
minus fortiter fit. D Aperta iā
mihi eſſe que explicas: neceſſe eſt vt
fatear. M Uides igit̄ quia cum
homo habitam rectitudinem volun/
tatis aliqua ingruēte deſerit tempta
tione: nulla vi aliena abſtrahit̄: ſed
ipſe cōuertit ſe ad id qđ forti⁹ vult.

## Q; nec de⁹ pōt auferre vo/luntatis rectitudinem: Capitulum VIII. D.

n Unquid vel deus pōt illi au/
ferre rectitudinē? M Ui/
de quō non poſſit. Totā q̄/
dem ſubſtantiam quam de nihilo fe/
cit: poteſt redigere in nihilū. A vo/
luntate vero habentem rectitudinē:
non valet illā ſeparare. D Hu/
ius tue mihi inaudite aſſertiōis mul/
tum a te rationem expecto. M
Nos loquimur de illa volūtatis re/

ctitudine: qua iuſta dicit̃ voluntas:
id eſt que ꝓpter ſe ſeruat̃. Nulla au
tem eſt iuſta voluntas: niſi que vult
quod deus vult eã velle. D Sic
oportet fateri: que hoc nõ vult: pla/
ne iniuſta eſt. M Seruare ita/
q̃ꝫ rectitudinẽ volũtatis propter ip/
ſam rectitudinẽ: eſt vnicuiq̃ꝫ ſeruan/
ti eam velle quod deus vult illum
velle. Si itaq̃ꝫ deus ſeparat hãc re/
ctitudinẽ ab alicuius voluntate: aut
volens facit hoc aut nolens? D
Nolens non pōt. M Si ſi itaq̃ꝫ
aufert alicuius volũtati prefatã re/
ctitudinem: vult quod facit? D
Abſq̃ꝫ dubio vult. M Utiq̃ꝫ
ſi ab alicuiꝰ volũtate vult ſeparare eã
dem rectitudinẽ: non vult eũ rectitu
dinẽ ſuare volũtatiſ ꝓpter ipſam re/
ctitudinẽ. D Sic ſequitur. M
Sed iam poſitũ eſt: ſeruare hoc mo/
do rectitudinem volũtatis: eſſe om/
ni ſeruanti velle quod deus vult il/
lum velle. D Si poſitũ non eſ/
ſet: ita tamen eſſet. M Ergo ſi de/
us hanc rectitudinẽ tollit ab aliquo:
non vult eum velle quod vult eum
velle. D Nihil ↄſequentius et
nihil impoſſibilius. M Igitur
nihil magis impoſſibile: q̃ꝫ deũ recti/
tudinem volũtatis auferre: Q̃ꝫ ta/
men facere dicitur: quando non fa/
cit vt eadem rectitudo non deſera/
tur. Porro diabolus vel temptatio
ideo dicit̃ hoc facere ſine voluntate
ipſam vincere ⁊ a rectitudine quam
tenet abſtrahere: quoniã non ꝑmit/
teret ei aliquid aut minaret̃ auferre:
quod magis q̃ꝫ ipſam rectitudinem
vult: nullatenus ipſa ſe ab illa quam
aliquatenus vult poſſe auertere. D
Sic planum videtur mihi quod di/
cis vt nihil ↄtradici poſſe exiſtimẽ.

## Q̃ꝫ nihil liberiꝰ ſit recta vo/ luntate: Capłm IX. M

S
Emis itaq̃ꝫ nihil liberius re/
cta voluntate: cui nulla vis
aliena pōt ſuam auferre recti
tudinem. Nempe ſi dicimus: q̃ꝛ cum
vult mẽtiri ne perdat vitam aut ſa/
lutem: cogit̃ deſerere timore mortis
aut tormenti veritatem: non eſt ve/
rum. Non enim cogitur magis velle
vitam q̃ꝫ veritatem: ſed quoniam vi
aliena ꝓhibetur vtrumq̃ꝫ ſeruare ſi/
mul: ipſa eligit quod mauult: ſponte
vtiq̃ꝫ ⁊ non inuita q̃uis in neceſſita
te vtramlibet deſerẽdi poſita ſit non
ſponte ſed inuita. Non enim minus
fortis eſt ad volẽdum veritatem: q̃ꝫ
ad volendum ſalutem: ſed fortius
vult ſalutem. Nam ſi p̄ſentem vide
ret gloriam eternã quam ſtatim poſt
ſeruatam veritatem aſſequeretur: et
inferni tormẽta quibus poſt mẽda/
cium ſine mora deputaretur: procul
dubio mox viriũ ſufficientiã ad ſer/
uandam veritatem habere cernere/
tur. D Aperte hoc videtur cum
maiores vires exhibere ad volendũ
ſalutem eternam propter ſe: ⁊ verita
tem propter premium: q̃ꝫ ad ſalutem
temporalem ſeruandam.

## Quomodo peccans ſit ſer/ uus peccati: ⁊ q̃ꝛ maius mi/ raculum ſit cum deus red/ dit rectitudinem illam deſe renti: q̃ꝫ cum mortuo reddit vitam: Capitulũ X. M

S
Emper itaq̃ꝫ habet ratiõalis
homo liberũ arbitrium: quia
ſemꝑ habet poteſtatẽ ſeruã/
di rectitudinẽ volũtatis propter ip/
ſam rectitudinẽ: q̃uis aliquãdo cum
difficultate. Sed cum libera volun/
tas deſerit rectitudinem per difficul/
tatem ſeruandi: vtiq̃ꝫ poſt ſeruit pec
cato per impoſſibilitatem per ſe recu
perandi. Sic ergo fit ſpiritus vadẽs
et nõ rediẽs: quoniã Qui facit pec/ Ps̄.77.
catum: ſeruus eſt peccati. Quippe ſi Job.8.
cut nulla volũtas anteq̃ꝫ haberet re/
ctitudinem potuit eam deo non dan
te capere: ita dũ deſerit acceptã non
pōt eam niſi deo reddẽte recipere. Et

maius miraculū exiſtimo cum deus volūtati deſertā reddit rectitudinē: q̄ʒ cum mortuo reddit vitā amiſſaʒ. Corpus eīn neceſſitate moriēdo non peccat vt vitā nunq̄ʒ recipiat: volūtas vero per ſe rectitudinē deſerendo meret vt illa ſp̄ indigeat. Et ſi q̄s ſpōte ſibi mortē infert: nō aufert ſibi aliq̄d q̄d nunq̄ʒ erat amiſſur⁹: Qui vero voluntatis rectitudinē deſerit: hoc abijcit q̄d ex debito erat ſeruaturus. D Valde verū eſt q̄d dicis de ſeruitute: Quia ſeru⁹ fit peccati q̄ facit peccatū: ⁊ de impoſſibilitate recuperandi deſertam rectitudinē niſi ab eo a quo prius data erat reddat: ⁊ vt illam ſemp̄ teneāt indeſinenter cōſiderandū eſt omnibus q̄bus dat.

Joh. 8.

## Q? iſta ſeruitus nō auferat libertatem arbitrij:

### Capitulum XI.

Sed hac ſententia multū repſiſti exultationē meā qua iam putabam eſſe ſecurū hominē ſemper habentē libertatem arbitrij. Quare ipſam ſeruitutē exponi mihi poſtulo: ne forte libertati prefate repugnare videat. Utraq̄ʒ eīn ſcʒ hec libertas ⁊ ſeruitus eſt in voluntate: ſm̄ q̄ʒlibet aut liber aut ſeru⁹ eſt homo. Si ergo ſeru⁹ quō liber eſt? Aut ſi liber quomō ſeruus? M Si bene diſcernas: quando non habet prefatam rectitudinē ſine repugnantia ⁊ ſeruus eſt ⁊ liber. Nunq̄ʒ enim eſt eius poteſtatis rectitudinem capere cum non habet: ſed ſemp̄ eſt eius poteſtatis ſeruare cum habet. Per hoc quia redire nō pōt a peccato: ſeruus eſt: per hoc quia abſtrahi non poteſt a rectitudine: liber eſt. Sed a peccato ⁊ eius ſeruitute non niſi p̄ alium pōt reuerti: A rectitudine vero nō niſi p̄ ſe poteſt auerti: ⁊ a libertate ſua nec per ſe nec per aliū pōt priuari. Semper eīn naturaliter liber eſt ad ſeruādam rectitudinem ſi eam habet: etiā quando quam ſeruet non habet. D Sufficit mihi hoc huius libertatis et ſeruitutis vt in eodem homine poſſint eſſe ſimul ſacra concordia.

## Cur cum homo non habet rectitudinem magis dicitur liber quia non poteſt ei auferri cum habet: q̄ʒ cū eam habet ſeruus: quia cū non habet: per ſe nō poteſt recuperare eam:

### Capitulum XII.

Sed multū noſce deſidero cur quando non habet rectitudinem magis dicit̄ liber q̄ nō poteſt ei ab alio auferri cū habet: q̄ʒ cum rectitudinē habet ſeruus q̄m eā non pōt recupare per ſe cum nō habet. Per hoc enim quia redire non poteſt a peccato: ſeruus eſt: per hoc q̄ abſtrahi non poteſt a rectitudinē liber eſt. Et ſicut nunq̄ʒ abſtrahi poteſt ſi habet: ita nunq̄ʒ poteſt redire ſi non habet. Quapropter ſicut ſemper habet illam libertatē: ita ſemper habere videt̄ illam ſeruitutem. M Iſta ſeruitus non eſt niſi īpotentia. Siue eīn dicam⁹ eam impotentiam eſſe redeundi ad rectitudinē ſiue impotentiam recuperandi aut iterū habendi rectitudinem: nō ob aliud eſt hō ſeru⁹ pctī: niſi p̄ h̄ q̄ neq̄t redire ad rectitudinē aut recupare aut h̄re illam qua poteſt homo non peccare. Cum aūt habet eādē rectitudinē nō habet īpotentiā nō peccādi: Quare quando habet rectitudinē illam nō eſt ſeruus peccati. Poteſtatem autē ſeruandi rectitudinē ſemp̄ habet: et cum rectitudinē habet ⁊ cum nō habet: ⁊ ideo ſemp̄ eſt liber. Qꝫ autem queris cur quādo non habet rectitudinem magis dicit̄ liber: idcirco q̄m ab alio non ei poteſt auferri quando habet: q̄m ſeruus tunc cum habet rectitudinem ideo q̄ nō poteſt eam recuperare per ſe quando nō habet: tale eſt ac ſi queras cur homo cum ſol

abeſt magis dicitur habere poteſtatem videndi ſolem: propter hoc q̄ᵃ intueri illum poteſt cum adeſt: quoniam dicit᷑ cum ſol abeſt habere impotentiam videndi ſolem: quoniam quando abeſt non poteſt eum facere ſibi preſentem. Sicut enim τ quando ſol abeſt habem⁹ in nobis viſum quo illum videmus cum adeſt: ſic etiam quando volūtatis rectitudo nobis deeſt: habemus tantum in nobis aptitudinem intelligendi τ volendi qua eam poſſumus ſeruare propter ſe cum eam habemus. Et ſicut quando nobis nihil deeſt ad videndū ſolem niſi preſentia eius: tunc ſolummodo non habemus illam poteſtatē quam nobis facit eius preſentia: ſic tantummodo quando nobis illa rectitudo deeſt: tunc habemus illam impotentiam quam facit nobis eius abſentia. Semꝑ igit᷑ homo habet arbitrij libertatē: ſed nō ſemper ſeruus eſt peccati: ſed quādo non habet rectam voluntatem. D Si intente cogitaſſez que ſupra dicta ſunt quādo videndi poteſtatem in quattuor ꝑtātes diſtribuiſti: nō h̄ dubitaſſez: quare fateor culpā huius dubitationis mee. M Parcam tibi tñ nūc τ h̄ deinceps ea q̄ dicim⁹ ſic ſint pñtia cū op⁹ erit hm̄oi vt ea nobis neceſſe non ſit repetere. D Gratā habeo tuam indulgentiam. Sed ne mireris ſi ea que non cōſueuit: non ſunt mihi ꝓpter vnā auditionē ſemꝑ om̄ia ad intuendum in corde preſentia.

## Qꝫ poteſtas ſeruādi rectitudinem voluntatis ꝓpter ipſam rectitudinē: ſit perfecta diffinitio liberi arbitrij: Capitulum XIII.

M d Ic adhuc ſi quid in diffinitione libertatis arbitrij quā fecimus dubitas? D Vnū eſt q̄ᵈ adhuc me aliq̄ꝫtulū ī ea ſollicitat. Nam ſepe habemus poteſtatez ſeruandi aliq̄d que tamē libera non eſt vt aliena vi impediri non poſſit: Quobrem cū dicis quia libertas arbitrij ē poteſtas ſeruādi rectitudinē voluntatis ꝓpter ipſam rectitudinē: vide ne forte addendū ſit quod illā poteſtatem tam liberam deſignet eē vt nulla vi ſuperari poſſit. M Si poteſtas ſeruandi rectitudinē volūtatis propter ipſam rectitudinē aliquādo inueniri poſſet abſq; illa quā perſpexim⁹ libertate: expediret vt q̄ᵈ dicis adderet᷑. Sed cum dicta diffinitio ſic perfecta ſit ex genere τ differentijs: vt nec minus aliquid claudat: nec plus q̄ꝫ illa quā querim⁹ libertas: nihil illi addendum aut demendum intelligi poteſt. Eſt eñ poteſtas libertatis genus. Qꝫ autem additum eſt: ſeruādi: ſeparat eam ab omni poteſtate que nō eſt ſeruādi: ſicut eſt poteſtas ridendi: aut ambulandi. Addēdo vero rectitudinē: decernimus eam a poteſtate ſeruandi aurum: τ quicquid nō eſt rectitudo. Per additamentū volūtatis: ſegregatur a poteſtate ſeruandi rectitudinem aliarū rerum: vt virge aut opinionis. Per hoc aūt q̄ꝫ dictū eſt: ꝓpter rectitudinē ipſam: diuidit᷑ a poteſtate ſeruandi rectitudinem voluntatis propter aliud: vt cum ſeruatur propter pecuniam aut naturaliter. Seruat eñ naturaliter canis rectitudinem volūtatis: cum amat catulos ſuos aut dominū ſuū ſibi bene facientem. Quoniā igit᷑ nihil eſt in hac diffinitiōe q̄ᵈ nō ſit neceſſariū ad cōcludendam libertatē arbitrij rōnalis voluntatis: τ ad alia excludenda: τ ſufficienter illa includit᷑: τ alia excludunt᷑: nec abundans vtiq; nec indigens eſt hec nr̄a diffinitio. Jta ne tibi videt᷑? D Mihi vtiq; pfecta videt᷑. M Dic quoq; ſi quid vis amplius de libertate hac propter quam imputat᷑ illam habenti ſiue faciat bonum ſiue malum. De hac enim ſola nunc noſter eſt ſermo.

## Diuiſio eiuſdē libertatis:

## Capitulum XIIII. D.

r Eſtat nunc vt diuidas eã/dẽ libertatẽ: Quis eñ ſcðm hanc diffinitionẽ cõmunis ſit omni rationali creature vel nature: multum tñ differt illa que dei eſt: ab illis que rationalis nature ſunt: ⁊ ille ab inuicẽ. M Libertas arbi/trij alia eſt a ſe que nec facta eſt nec ab alio accepta que eſt ſolius dei: alia a deo facta ⁊ accepta que eſt an/gelorũ. Facta aũt ſiue accepta: alia eſt habens rectitudinẽ quam ſeruet: alia carẽs. Habẽs: alia tenet ſepabi/liter: alia inſeparabiliter. Illa qui/dem que ſeparabiliter tenet: fuit an/gelorum omniũ anteq̃ʒ boni confir/marent̃ ⁊ mali caderent: ⁊ eſt omni/um hominũ ante mortẽ qui habent rectitudinem eandẽ. Que vero te/net inſeparabiliter: eſt electoꝝ ange/lorum ⁊ hominũ. Sed angelorũ ele/ctorum poſt reproborum ruinam: et hominũ poſt mortem ſuam. Illa aũt que caret rectitudine: alia caret recu/perabilit̃: alia irrecupabiliter. Que recuperabilit̃ caret: eſt tantũ in hac vita omniũ hominũ illa carentium: q̃uis illam multi non recuperent. Que aũt irrecuperabiliter caret: eſt reproborum hominũ ⁊ angelorum: ſcʒ angelorum poſt ruinam: ⁊ homi/num poſt hanc vitam. D De dif/finitione ⁊ diuiſiõe libertatis huius deo annuente mihi ſatiſfeciſti: vt ni/hil queam inuenire quod neceſſe ha/beam de illis interrogare.

Beati Anſelmi dialogus de li/bero arbitrio explicidt.

## Eiuſdem beati Anſelmi ar/chiepi Cantuarieñ. in dia/logũ de veritate: prolog⁹.

t Res tra/ctatus pertinentes ad ſtudiũ ſacre ſcri/pture quondam fe/ci diuerſis tempori/bus cõſimiles: in hoc quia facti ſunt per interrogationẽ ⁊ reſponſionem: ⁊ perſona interrogantis nomine no/catur diſcipuli: reſpondẽtis vero no/mine magiſtri. Quartum eñ quem ſimili modo edidi: non inutilem vt puto introducendis ad dialecticam: cuius initiũ eſt de grãmatico: quo/niam ad diuerſum ab his tribus ſtu/dium ptinet: iſtis volo cõnumerare. Unus horum trium eſt de veritate: quid ſcʒ ſit veritas: ⁊ in quibus reb⁹ ſoleat dici: ⁊ quid ſit iuſticia. Alius vero de libertate arbitrij quid ſit: et vtrum eam ſemper habeat homo: et quot ſint eius diuerſitates in haben/do vel non habendo rectitudinẽ vo/luntatis: ad quam ſeruandam eſt da/ta creature rationali: in quo natura/lem tantũ fortitudinem voluntatis ad cõſeruãdam acceptã rectitudinẽ non quomodo neceſſarium ad hoc ipſum illi ſit: ſ ad ħ vt grã ſubſeq̃tur oſtendi. Tertius autem eſt de que/ſtione qua querit̃: quid peccauit dia/bolus: quia non ſtetit in veritate: cũ deus non dederit ei perſeuerantiam quam niſi eo dante habere non po/tuit: quoniã ſi deus dediſſet: ille ha/buiſſet ſicut boni angeli habuerunt illam quia illis dedit deus. Quem tractatum q̃uis ibi de confirmatiõe bonorum angelorum dixerim: de ca/ſu diaboli intitulaui: quoniam illud contingẽs fuit qđ dixi de bonis an/gelis. Quod aũt ſcripſi de malis: ex ꝓpoſito fuit queſtionis. Qui videli/cet tractatus: q̃uis nulla continua/tione dictaminis cohereãt: materia tamen eorum ⁊ ſimilitudo diſputati/onis exigit: vt ſimul eo quo illos cõ/memoraui ordine cõſcribant̃: Licet itaq̃ʒ a quibuſdam feſtinãtibus alio ordine ſint conſcripti anteq̃ʒ perfe/cti eſſent: ſic tamen eos vt hic poſui volo ordinari.

Explicit Prologus.

## Capitulorꝝ dialogi de veri/tate Bti Anſelmi annotatio.

Ca. j Qꝛ veritas non habeat prin/ cipium vel finem.
ij De veritate ſignificationis et duab⁹ veritatibus enũ/ ciationis.
iij De veritate opinionis.
iiij De veritate voluntatis.
v De actionis naturalis ⁊ nõ naturalis veritate.
vj De ſenſuũ veritate: et ꝙ fal/ ſitas que putatur eẽ in ſen ſu eſt in opinione.
vij De veritate rerum eſſentie.
viij De diuerſis intellectibuſ de bere et non debere: poſſe ⁊ non poſſe.
ix Qꝛ omnis actio ſignificet aut verum aut falſum.
x. De veritatis latitudine.
xj De ſumma veritate.
xij De veritatis diffinitione.
xiij De iuſticia et eius diffinitio ne.
xiiij Qꝛ vna ſit veritas in omni bus veris.

## Beati Anſelmi Archie/ piſcopi Cantuarienſis dia logus de veritate incipit.

### Qꝛ veritas non habeat principium vel finem: Capitulum I.

D Q Uoniã deum veritatem eſſe credimus: et veritatem in mul tis alijs eſſe dici/ mus: vellem ſcire an vbicunqꝫ veritas dicitur: deum eam eſſe fateri debeamus. Nam tu quoqꝫ in monologio tuo per verita/ tem orationis probas ſummam ve/ ritatem non habere principium vel finem: dicẽs: Cogitet qui põt qñ in/ cepit aut qñ nõ fuit hoc verũ: ſcꝫ qꝛ futurum erat aliquid: aut quãdo de/ ſinet aut non erit hoc verum: ſcilicet quia preteritum erit aliquid. Qꝫ ſi neutrum iſtorum cogitari poteſt: et vtrũqꝫ hoꝝ veꝝ ſine veritate eſſe non poteſt: impoſſibile eſt vł cogita re ꝙ veritas principium aut finem habeat. Deniqꝫ ſi veritas habuit ꝑn cipium aut habebit finem: anteqꝫ ip/ ſa inciperet verum erat tunc qꝛ non erat veritas: ⁊ poſtqꝫ finita erit ve/ rum erit tunc: quia non erit veritas. At qꝛ verum nõ poteſt eſſe ſine veri tate: erat igitur veritas anteqꝫ eſſet veritas: ⁊ erit ṽitas poſtqꝫ finita erit veritas: qđ incõuenientiſſimũ ẽ. Si/ ue igił dicat veritas hr̃e: ſiue intelli gat nõ hr̃e principiũ vel finẽ: nullo claudi põt veritas ꝑncipio vel fine. Hoc tu in monologio tuo. Quapro pter veritatꝭ diffinitionẽ a te audire expecto. M Nõ memini me inueniſ/ ſe diffinitionẽ veritatis: ſꝫ ſi vis q̃ra mus per rerũ diuſitates: in qbus ve/ ritatẽ dicimus eſſe quid ſit veritas. D Si aliud non potero vel audi/ endo iuuabo.

### De veritate ſignificationis et duabus veritatibus enũ ciationis: Caplm II.

M Q Ueramus ergo primũ quid ſit veritas in enunciatione: quoniã hanc dicimus ſepius veram vel falſam. D Quere tu et quicquid inueneris ego ſeruabo. M Quãdo eſt enunciatio vera? D Quãdo eſt qđ enũciat ſiue af firmando ſiue negãdo. Dico autem qđ enunciat ⁊ quãdo negat eſſe qđ non eſt: qꝛ ſic enũciat quẽadmodũ res eſt. M An ergo tibi videtur ꝙ res enunciata ſit veritas enuncia/ tionis? D Non. M Qua/ re? D Quia nihil eſt verum niſi participando veritatem: ⁊ ideo ve/ ritas in ipſo vero eſt: res vero enun/ ciata: non eſt in enunciatione vera: vnde nõ eius veritas: ſed cauſa ve/ ritatis dicenda eſt. Quapropter nõ niſi in ipſa oratione querenda mihi

videtur eius veritas. M Vide
ergo an ipſa oratio aut eius ſignifi/
catio: aut aliq̄d coꝝ que ſunt in diffi/
nitione enunciationis ſit qđ queris.
D Non puto. M Quare? D
Quia ſi hoc eēt: ſemꝑ eſſet vera: qm̄
eadem manēt om̄ia que ſunt in enū/
ciationis diffinitiōe: ⁊ cum eſt quod
enunciat: ⁊ cū non eſt. Eadem eſt eñi
oratio ⁊ eadem ſignificatio: ⁊ cetera
ſimiliter. M Quid igiť tibi vi/
deť ibi veritas? D Nihil aliud
ſcio niſi cum ſignificat eſſe quod eſt:
tunc eſt in ea veritas: ⁊ eſt vera. M
Ad quid facta eſt affirmatio? D
Ad ſignificandū eſſe quod eſt. M
Hoc ergo debet. D Certum eſt.
M Cum ergo ſignificat eſſe quod
eſt: ſignificat qđ debet. D Pa/
lam eſt. M At cum ſignificat qđ
debet: recte ſignificat. D Ita eſt.
M Cum aūt ſignificat recte: recta
eſt ſignificatio? D Non eſt du/
biū. M Cum ergo ſignificat eſſe
quod eſt: recta eſt ſignificatio. D
Ita ſequiť. M Item cum ſigni
ficat eſſe qđ eſt: vera eſt ſignificatio?
D Vere ⁊ recta ⁊ vera eſt cum ſi/
gnificat eſſe quod eſt. M Idem
igiť eſt illi ⁊ rectā ⁊ verā eſſe: ⁊ ſigni
ficare eſſe qđ eſt? D Vere idem.
M Ergo non eſt illi aliud veritas
q̄ꝫ rectitudo. D Aperte nūc vi/
deo veritatē hanc eſſe rectitudineꝫ.
M Similiter cū enunciatio ſigni/
ficat non eſſe quod non eſt. D Vi
deo quod dicis: Sed doce me quid
reſpondere poſſim ſi quis dicat: q̄a
etiā oratio cū ſignificat hoc eſſe qđ
non eſt: ſignificat qđ debet: pariter
nanq̄ꝫ accepit ſignificare eſſe ⁊ quod
eſt: ⁊ qđ non eſt. Nam ſi nō accepiſ/
ſet ſignificare eſſe etiā quod non eſt:
nō idē ſignificaret. Quare etiam cū
ſignificat eſſe quod nō eſt: ſignificat
quod debet. At ſi quod debet ſigni/
ficando recta ⁊ vera eſt ſicut oſtēdi/
ſti: vera eſt oratio etiā cum enūciat
eſſe quod non eſt. M Vera qui/
dem non ſolet dici cum ſignificat eſſe
qđ non eſt: veritatē tñ ⁊ rectitudinē
habet: quia facit qđ debet. Sed cum
ſignificat eſſe qđ eſt: dupliciter facit
quod debet: quoniā ſignificat ⁊ qđ
accepit ſignificare ⁊ ad quod facta
eſt. Sed ſm hanc rectitudinem ⁊ ve/
ritatē qua ſignificat eſſe qđ eſt: vſu
recta ⁊ vera dicitur enunciatio: non
ſm illā qua ſignificat eſſe etiā qđ nō
eſt. Plus eñi debet propter qđ acce
pit ſignificationē: q̄ꝫ ꝓpter quod nō
accepit. Non eñi accepit ſignificare
rem eſſe cum non eſt: vel non eſſe cū
eſt: niſi qꝛ ñ potuit illi dare tūc ſolū
nō ſignificare eē qñ eſt: vel nō eſſe
qñ nō ē. Alia igiť ē rectitudo ⁊ vitas
enūciatiōis: qꝛ ſignificat qđ accepit
ſignificare ⁊ ad qđ ſignificādū facta
eſt: Alia vo qꝛ ſignificat qđ accepit
ſignificare. Quippe iſta īmutabilis
eſt ipſi orōi: illa vo mutabilis. Hāc
nāq̄ꝫ ſemꝑ habet: illā vero non ſp.
Iſtā eñi naturaliter habet: illam vo
accidentaliter ⁊ ſm vſum. Nam cū
dico dies eſt: ad ſignificandum eſſe
quod eſt: recte vtor huius orōnis ſi
gnificatiōe: quia ad hoc facta eſt: et
ideo tūc recte diciť ſignificare. Cum
vero eadem oratiōe ſignifico eſſe qđ
non eſt: non ea recte vtor: quia non
ad hoc facta eſt: ⁊ iccirco tunc nō re/
cta eiꝰ ſignificatio diciť: q̄ꝫuis ī qui/
buſdam enūciatiōibus inſeparabiles
ſint iſte due rectitudines ſeu verita/
tes: vt cū dicimꝰ: homo animal eſt:
aut homo lapis non eſt. Semper eñi
hec affirmatio ſignificat eſſe qđ eſt: ⁊
hec negatio nō eſſe qđ non eſt: nec il/
la poſſumus vti ad ſignificandū eſſe
quod non eſt. Semper eñi homo ani
mal eſt: nec iſta ad ſignificandū non
eſſe quod eſt: qꝛ homo nunq̄ꝫ lapis
eſt. De illa igiť veritate quam habet
oratio: ſm q̄ aliquis ea recte vtitur
incepimus querere: qm̄ ſm hāc verā
eam eſſe indicat vſus cōmunis locu
tionis. De illa aūt veritate quā non
habere non pōt: poſtea dicemꝰ. D
Redi igiť ad id quod incepiſti: qm̄
ſufficiēter mihi inter duas veritates

oratiōis diſcreuiſti: ſi tñ aliquā eā
veritatē oſtēderis habere cum mē/
titur ſicut tu dicis. M De veri/
tate ſignificatiōis de qua incepimus
interim iſta ſufficiāt. Eadē eñ ratio
veritatis: quā in ꝓpoſitione vocis ꝑ/
ſpeximus: cōſideranda eſt in oībꝰ
ſignis q̄ fiūt ad ſignificādū aliq̄d eē
vel non eſſe: vt ſunt ſcripture vel di
gitoꝝ loq̄la. D Ergo trāſi ad alia.

## De veritate opinionis: Capitulum III. M.

Ogitationem quoqꝫ dicimus
c veram: cum eſt quod aut ra/
tione aut aliquo mō putamꝰ
eſſe: ⁊ falſam cum non eſt. D Ita
vſus habet. M Quid ergo ti/
bi videt̄ veritas in cogitatione? D
Secundū ratiōnē quam in ꝓpoſitio/
ne vidimus: nihil rectius dicit̄ veri/
tas cogitatiōis q̄ꝫ rectitudo eiꝰ. Ad
hoc namqꝫ nobis datū eſt poſſe cogi/
tare eſſe vel nō eſſe aliq̄d: vt cogite/
mus eſſe quod eſt: ⁊ non eſſe qđ non
eſt. Quapropter qui putat eſſe qđ
eſt: putat quod debet: atqꝫ ideo recta
eſt cogitatio. Si ergo vera ⁊ recta
eſt cogitatio nō ob aliud q̄ꝫ quia pu/
tamꝰ eē qđ eſt: aut nō eſſe qđ nō eſt:
nō ē aliud eiꝰ v̾itas: q̄ꝫ rectitudo. M

## De v̾itate volūtatis: C. IIII

Ecte cōſideras. Sed ⁊ in vo
r luntate dicit ipſa veritas ve
ritatem eſſe: cum dicit diabo
Joh. 8. lum non ſtetiſſe in veritate. Non eñ
erat in veritate: neqꝫ deſeruit verita
tem niſi volūtate. D Ita credo.
Si eñ ſemꝑ voluiſſet qđ debuit: nū/
q̄ꝫ peccaſſet: qui nō niſi peccādo ve/
ritatē deſeruit. M Dic ḡ quid
ibi intelligas per veritatē? D Non
niſi rectitudinē. Naꝫ ſi q̄ꝫdiu voluit
qđ debuit ad qđ ſcꝫ voluntatē acce/
perat: in rectitudie ⁊ veritate fuit: ⁊
cū voluit qđ nō debuit: rectitudinē
et veritatē deſeruit. Non aliud pōt
ibi intelligi veritas q̄ꝫ rectitudo: qm̄
ſiue veritas ſiue rectitudo: nō aliud ī
eiꝰ volūtate fuit q̄ꝫ velle qđ debuit.

## De actionis naturalis ⁊ nō naturalis veritate: C. V. M

Ene intelligis. Ueꝝ in actiōe
b q̄qꝫ nihilominus veritas cre/
dēda eſt ſicut dñs dic̄: Quia Joh. 3.
qui male agit: odit lucē: ⁊ q̄ facit v̾i/
tatē: venit ad lucē. D Uideo qđ
dic̄. M Cōſidera igit̄ q̄d ibi ſit ve
ritas ſi potes. D Niſi fallor ea/
dem ratiōe q̄ ſupra veritatē in alijs
cognouimus: in actiōe quoqꝫ cōtem
plāda eſt. M Ita eſt. Nā ſi male
agere ⁊ veritatē facere oppoſita ſūt:
ſicut oſtēdit dñs cū dicit: Qui male Ibidem.
agit odit lucē: ⁊ qui facit veritatem
venit ad lucē: idē eſt veritatē facere
qđ eſt bene facere. Bene namqꝫ face/
re ad male facere cōtrariū eſt. Qua/
propter ſi veritatē facere ⁊ bene fa/
cere idem ſunt in oppoſitiōe: nō ſunt
diuerſa in ſignificatiōe. Sed ſnīa eſt
oīm: q̄ q̄ facit qđ debet: bñ facit ⁊ re
ctitudinē facit. Vñ ſequit̄ q̄ rectitu
dinē facere ē facere veritatē. Cōſtat
nāqꝫ facere v̾itatē: eē bene facere: ⁊
bñ facere eē rectitudinē facere. Qua
re nihil aptiꝰ q̄ꝫ veritatē actiōis eſſe
rectitudinē facere. D In nullo vi/
deo titubare eſtimationē tuā. M In
ſpice an oīs actio q̄ fac̄ qđ dꝫ: v̾itatē
facere cōuenienter dicat̄: Eſt quippe
actio rōnalis: vt dare elemoſynā: et
eſt irrōnalis actio ignis q̄ calefacit.
Uide ḡ an cōueniēter dicamꝰ ignem
facere veritatē? D Si ignis ab eo
a q̄ habere eē accepit calefacere cū ca/
lefacit: facit qđ debet. Nō nō video q̄
incōuenientia ſit: ignē facere v̾itatē ⁊
rectitudinē: cū facit qđ debet. M
Mihi q̄qꝫ aliter nō videt̄. Vñ aīad/
uerti pōt rectitudinē ſeu veritatē a/
ctiōis aliā eē neceſſariā: aliā nō neceſ
ſariā. Ex neceſſitate nāqꝫ ignis facit
veritatē ⁊ rectitudinē cū calefacit: ⁊
nō ex neceſſitate facit hō rectitudinē
⁊ veritatē cū bñ facit. Facere aūt nō
ſolum ꝓ eo qđ ꝓprie dr̄ facere: face/
re veritatem intelligitur: non tātum
in facto ſed etiam in verbo ⁊ in ſuffe/

rētia: ſed pro omni verbo dominus
voluit intelligere cum dixit: Quo/
Ioh.3. niam qui facit veritatē venit ad lu/
cem. Non enim ſeparat illum ab hac
veritate ſiue luce qui patit̄ perſecu/
tionem ꝓpter iuſticiā: aut qui eſt qñ
⁊ vbi debet eſſe: aut qui ſtat vł ſedet
quādo debet: ⁊ ſimilia. Nullus nā/
qꝫ dicit tales nō bene facere. Et cum
2.cor.5. dicit apl's: Quia recipiet vnuſquiſqꝫ
prout geſſit: intelligendum ibi eſt:
quicquid ſolemus dicere vel bene fa
cere vel male facere. D Uſus quo
qꝫ cōmunis locutionis hoc habet: vt
⁊ pati ⁊ multa alia dicat facere: que
nō ſunt facere: Quare rectā ꝙqꝫ vo
luntatem de cuius veritate ante veri
tatem actionis ſupra ꝯtemplati ſu/
mus: inter rectas actiones: niſi fallar:
computare poſſumus. M Non
falleris. Nam qui vult quod debet:
recte ⁊ bene facere dicitur: nec ab his
ꝙ veritatē faciūt excluditur. Sꝫ qm̄
de ỽitate īueſtigādo illā loqͤmur: et
dñs de illa veritate que in volunta/
te eſt: ſpecialiter vide diceret̄ cum di
Ioh.8. cit de diabolo: Quia in veritate nō
ſtetit: ideo ſeparatim quid in volun/
tate veritas eſſet: ꝯſiderare volui.
D Placet mihi ita factū eſſe. M
Cum ergo cōſtet actionis veritatē
aliam naturalē eſſe: aliam non natu/
ralem: ſub naturali ponenda eſt illa
veritas orōnis quā ſupra vidimus
ab illa non poſſe ſeparari. Sicut em̄
ignis cum calefacit: veritatē facit: qꝛ
ab eo accepit a quo habet eſſe: ita et
hec orō ſcꝫ dies eſt: veritatē facit cū
ſignificat diem eſſe: ſiue dies ſit ſiue
dies non ſit: quoniā hoc naturaliter
accepit facere. D Nunc ꝑmum
video in falſa oratione veritatem.

## De ſenſuū veritate: ⁊ qꝫ fal/ſitaſ que putat̄ eſſe in ſenſu: eſt in opinione: Ca. VI. M

Utaſne nos preter ſummam
p; veritatē om̄es ſedes inueniſ/
ſe veritatis? D Remini/
ſcor nunc cuiuſdam veritatis quā in
his de quibuſ tractaſti non inuenio.
M Que eſt illa? D Eſt quidem
in ſenſibus corporis veritas ſed non
ſemper: Nam fallūt nos aliquādo.
Nam cum video aliqñ per medium
vitrū aliquid: fallit me viſus: qꝛ ali/
quādo renūciat mihi corpus quod
video vltra vitꝝ: eiuſdem eſſe colo/
ris cuius eſt et vitrū: cum alterius ſit
coloris: aliquādo vero facit me pu/
tare vitrū habere colorem rei quam
vltra video cum nō habeat. Multa
ſunt alia in quibus viſus ⁊ alij ſen/
ſus fallunt. M Non mihi vide/
tur hec veritas vel falſitas in ſenſib⁹
eſſe: ſꝫ in opiniōe: Ipſe nāqꝫ ſenſus
interior ſe fallit: nō illi mētitur exte/
rior. Quod aliqñ facile cognoſcit̄:
aliqñ difficile. Cum enim puer timet
ſculptum draconem aꝑto ore: facile
cognoſcit̄ qꝛ hoc non facit viſus: ꝙ
nihil aliud puero renūciant qꝫ ſen/
ſus: ſed puerilis ſenſus interior qui
nondum bñ ſcit diſcernere inter rem
⁊ rei ſimilitudinē. Tale eſt em̄ cum
videntes hoīem alicui ſimilē: puta/
mus illū eſſe cui ſimilis eſt: aut cum
audiēs quis non hoīs vocē: putat eſ
ſe hominis vocem. Nam ⁊ hoc facit
ſenſus interior. Quod autē dicis de
vitro: ideo eſt: quia cum viſus trāſit
per corpus aliquod aerei coloris: nō
aliter impeditur aſſumere ſimilitu/
dinē coloris ꝙ vltra videtur qꝫ cum
trāſit per aera: niſi in qñtū illud cor
pus qđ tranſit: ſpiſſius aut obſcuri⁹
eſt aere: vt cū trāſit ꝑ vitrū ſui ꝓprij
coloris: id eſt cui nullꝰ alius admix/
tus eſt color: aut ꝑ puriſſimā aquā
aut per cryſtallū aut ꝑ aliqđ ſimilem
habēs colorē. Cum vero tranſit idē
viſus per aliū colorē, vt per vitrum
non ſui coloris: ſed cui aliꝰ color eſt
additus: ip̄m colorem qui prius oc/
currit accipit. Quapropter quoniā
poſt vnū acceptū colorem ſm̄ qꝫ illo
affect⁹ eſt: aliū quēcū qꝫ occurrat: aut
nullaten⁹ aut min⁹ integre accipit.

Ideo illũ quem prius cepit aut ſolũ
aut cũ eo qui poſt occurrit renũciat.
Si eñ viſus q̃ntum capax eſt colorꝫ
tm̃ afficit̃ priore colore: nõ poteſt ali
um ſentire ſimul colorem. Si autem
minus q̃ꝫ colorem ſẽtire poſſit priori
afficit̃: poteſt alium ſentire: vt ſi tran
ſit per aliqͦ corpus velut per vitrũ
quod ita perfecte ſit rubicundum vt
omnino viſus afficiat̃ eius rubore
neq̃t diuerſo ſimul affici colore. Si
aũt nõ tam perfectum inuenit rubo/
rem qui prior occurrit quantũ colo/
ris capax eſt quaſi nondum plenus
adhuc aliũ valet aſſumere colorẽ in
q̃ntũ eius capacitas priori colorẽ nõ
eſt ſatiata. Qui ergo hoc neſcit: pu/
tat viſuz renũciare hͦ ſcꝫ: quia oĩa q́
poſt prius aſſumptum colorem ſen/
tit: aut om̃ino aut aliquatenus eiuſ/
dem ſint coloris. Unde cõtingit vt
ſenſus interior culpam ſuaꝫ imputet
ſenſui exteriori. Similiter cũ fuſtis
integer cuiꝰ pars eſt intra aquã ꝛ pars
extra putat̃ fractus: aut cũ putamus
ꝙ viſus noſter vultus noſtros inue
niat ĩ ſpeculo: ꝛ cũ m̃lta alia nobis ali
ter videnť: viſus ꝛ alij ſenſus nũcia/
re q̃ꝫ ſint: non culpa ſenſuum eſt qui
renunciãt quod poſſunt: quoniã ita
poſſe acceperunt: ſed iudicio anime
imputandum eſt ꝙ non bene diſcer/
nit quid poſſint illi aut q̃d debeãt.
Quod oſtendere quoniam magis
laborioſum eſt q̃ꝫ fructuoſum ad
hoc quod intendimus: in hoc modo
tempus cõſumendum non arbitror.
Hoc tm̃ ſufficiat dicere: qꝛ ſenſus q̃c/
quid renunciare videant̃: ſiue ex ſua
natura hͦ faciant: ſiue ex aliq̃ alia cã
hoc faciũt qͦ debent: ꝛ ideo rectitu/
dinem ꝛ veritatẽ faciũt. Et cõtinet̃
hec veritas ſub illa veritate que eſt
in actione. D Satiſfeciſti mihi
tua rñſione: ꝛ nolo te amplius mora
ri in hac de ſenſibus queſtione.

## De veritate rerum eſſentie: Capitulum VII. M

Tam cõſidera an preter ſummã
veritatẽ in aliqua re veritas
ſit intelligẽda exceptis his q̃
ſupra ↄſpecta ſũt. D Quid illo
eſſe poteſt? M An putas aliq̃d
eſſe aliquãdo aut alicubi qͦ non ſit
in ſũma veritate: ꝛ qͦ inde non acce
perit ꝙ eſt in q̃ꝫtũ ẽ: aut qͦ poſſit ali
ud eſſe q̃ꝫ quod ibi eſt? D Non
eſt putandum. M Quicq̃d igit̃
eſt: vere eſt in q̃ꝫtuꝫ hoc eſt quod ibi
eſt. D Abſolute ↄcludere potes:
qꝛ omne quod eſt vere eſt: qm̃ nõ ẽ
aliud q̃ꝫ qͦ ibi eſt. M Eſt igit̃ ve
ritas in omnibuꝫ que ſunt eſſentia: qꝛ
hoc ſunt qͦ in ſumma veritate ſunt.
D Video ita ibi eſſe veritatem: vt
nulla poſſit eſſe falſitas: qm̃ qͦ fal/
ſo eſt nõ eſt. M Bene dicis. Sꝫ
dic an aliquid aliud debeat eẽ q̃ꝫ qͦ
eſt in ſumma veritate? D Non.

## De diuerſis intellectibꝰ debere ꝛ nõ debere: poſſe ꝛ nõ poſſe: Capitulum VIII. M

Si ergo omnia hic ſunt qͦ ibi
ſunt: ſine dubio hic ſunt qͦ
debẽt. D Vere hͦ ſũt qͦ
debent. M Quicq̃d vero eſt qͦ
debet eſſe: recte eſt. D Nihil cõ/
ſequentius: aliter nõ põt eſſe. M
Igit̃ omne quod eſt recte eſt. D
Nihil cõſequẽtius. M Si ergo
veritas ꝛ rectitudo iccirco ſunt in re/
rum eſſentia: quia hoc ſunt qͦ ſunt
in ſumma veritate certum eſt verita/
tem rerũ eſſe rectitudinẽ. D Ni
hil planius q̃ꝫtum ad cõſequẽtiã ar/
gumẽtatiõis. Sed q̃m rei veritatem
quõ poſſumꝰ dicere: qꝛ q̃equid ẽ qͦ
debet eſſe: cum ſint multa opa mala:
que certũ eſt non eſſe debere. M
Quid mirũ ſi eadem res debet eſſe ꝛ
non eſſe? D Quõ põt hoc eſſe?
M Scio te non dubitare: qꝛ nihil
oĩno eſt: niſi deo aut faciẽte aut per/
mittente. D Nihil mihi certius.
M An audebis dicere: quia deus
aliquid faciat aut permittat ſapienter

ſiut nõ bene? D Immo aſſero: q2 nihil niſi bene ꝛ ſapienter. M An iudicabis nõ debere eſſe qđ tãta bonitas ꝛ tãta ſapiẽ facit aut pmittit? D Quis intelligẽs audeat h cogitare? M Debet igit eẽ pariter ꝛ qđ faciẽte ꝛ qđ pmittẽte deo fit. D Patet qđ dicis. M Dic etiam an putes eſſe debere male volũtatẽ effectũ? D Idẽ eſt acſi dicas an debeat eſſe opꝰ malũ qđ nullꝰ ſenſatus ꝯcedit. M Permittit tñ deꝰ aliquos male facere qđ male volunt. D Utinã nõ tam ſepe pmitteret. M Idẽ igit debet eſſe ꝛ nõ eſſe. Debet em̃ eſſe q2 bñ ꝛ ſapiẽter ab eo q nõ pmittẽte fieri nõ poſſet pmittit: ꝛ non debet eſſe qʒtũ ad illũ cuiꝰ iniq volũtate cõcipit. Hoc igit mõ: q2 dñs ieſus solꝰ innocẽs erat nõ debuit mortẽ pati: nec vllꝰ eã illi debuit inferre: ꝛ tñ eã debuit pati: q2 ipe ſapiẽter ꝛ benigne ꝛ vtilit voluit eã ſufferre.

## Q oĩs actio ſignificet aut verũ aut falſum: Ca. IX.

Ualis em̃ mõis eadẽ res ſuſcipit diuerſis cõſideratiõibꝰ cõtraria: qđ in actiõe ſepe cõtingit: vt ĩ pcuſſiõe. Percuſſio nãq ꝛ agẽtis eſt ꝛ patiẽtis: vñ ꝛ actio dici ꝛ paſſio pt: qʒuis ſm ipm nomen actio vl pcuſſio: ꝛ q ſilr dicta a paſſiuis ĩ actiua ſignificatiõe dicunt: magis videant eẽ patiẽtis q̃ agentis. Quippe ſm id qđ agit: magẽ ꝓprie videt dici agẽtia vl pcutiẽtia: ꝛ ſm id qđ patitur actio vl pcuſſio. Nam agẽtia ꝛ pcutiẽtia ab agẽte ꝛ pcutiẽte dicunt: ſic ꝓuidẽtia a ꝓuidente et ꝯtinẽtia a ꝯtinẽte: q ſcʒ agẽs ꝛ pcutiens: ꝓuidẽs ꝛ ꝯtinẽs actiua ſũt: actio vo ꝛ pcuſſio ab acto ꝛ pcuſſo q paſſiua ſunt deriuant. Sʒ qm̃ vt ĩ vno dicã qđ in ceteris itelligas: ſic pcutiẽs nõ eſt ſine pcuſſo: nec pcuſſus abſq pcutiẽte: ita pcutiẽtia ꝛ pcuſſio ſine inuicẽ eẽ nequnt: imo vna ꝛ eadẽ res eſt diũſis noĩbꝰ ſm dĩũſas ptes ſignificata: ideirco percuſſio ꝛ pcutiẽtis ꝛ pcuſſi eẽ dr. Quaꝓpt ſm q agẽs vl patiẽs eidẽ ſbiacẽt iudicio vel cõtrariis: ipa q actio ex vtraq pte ſilr iudicabit aut cõtrarie. Cũ g ꝛ q pcutit recte pcutit ꝛ q pcutit recte pcutitur: vt cũ peccãs ab eo ad quẽ ptinet corrigit: ex vtraq pte recta eſt: q2 ex vtraq pte debet eẽ pcuſſio. Ecõtrario qñ ab iniq iuſtꝰ pcutit: q2 nec iſte pcuti: nec ille pcutere debet: ex vtraq pte nõ recta ẽ: q2 ex neutra pte debet eſſe pcuſſio. Cũ vo peccãs ab eo ad quẽ ñ ptinet pcutit: qm̃ ꝛ iſte debet pcuti: ꝛ ille nõ debet pcutere: debet ꝛ nõ debet eſſe pcuſſio: ꝛ ideo recta ꝛ nõ recta negari nõ põt. Qđ ſi ad ſupne ſapiẽ bonitatiſq cõſideres iudiciũ: ſiue ex altera tm̃: ſiue ex vtraq pte: agẽtis ſcʒ ꝛ patientis non debeat eẽ pcuſſio: q̃s audebit negare debere eẽ qđ tãta bonitate ꝛ ſapiã ꝓmittit? D Neget q audet: ego vo nõ audeo. M Quid etiã ſi ſm naturã rer ꝯſidereſ: vt cũ claui ferrei ĩfixi ſunt in corpꝰ dñi: an dices fragilẽ carnẽ non debuiſſe penetrari: aut acuto ferro penetratã ñ debuiſſe dolere? D Cõtra naturã dicerẽ. M Põt igit ꝯtingere vt debeat eẽ ſm naturã actio vl paſſio: q ſm agentẽ vl patientẽ eſſe nõ debet: qm̃ nec ille agere nec iſte debet pati. D Nihil hoꝝ negare poſſũ. M Uides igit ſepiſſime poſſe ꝯtigere vt eadẽ actio debeat eẽ ꝛ ñ debeat eẽ: diũſis ꝯſideratiõibꝰ. D Ita apte h oñdis vt nõ poſſim nõ videre. M Unuʒ inter h te ſcire volo: q2 debere ꝛ non debere aliqñ dr ĩpropriẽ: vt cũ dico q a debeo amari a te. Si em̃ debeo ve debitor ſũ reddere qđ debeo: ꝛ ĩ culpa ſum ſi nõ amor a te. D Ita ſequit. M Sʒ cũ debeo amari a te: nõ eſt a me exigendũ: ſ a te. D Fateri me ita optet. M Cum g eſſe dico q2 debeo amari a te: non ita dr q̃ſi ego debeã: ſ q2 tu debes amare me. Silr cũ dico: q2 ñ debeo amari a te: nõ aliđ intelligit: q̃ q2 tu nõ debes amare me. Qui modꝰ loquendi eſt etiã ĩ potẽtia ꝛ ĩ ĩpotẽtia: vt cũ

dr̄: Hector potuit vinci ab achille: ⁊ achilles nō potuit vinci ab hectore. Nō eīm fuit potētia ī illo ꝙ potuit vīci ſꝫ ī illo ꝙ vīcere potuit: nec ĩpotētia in illo ꝙ vīci nō potuit: ſꝫ in illo ꝙ vīcere ñ potuit. D Placet mihi qꝺ dic̄. Quippe vtile puto h̄ cogſcere.

## De latitudīe v̄itatis: X. C

Ecce putas: ſꝫ redeam⁹ ad v̄itatē ſignificatiōis a q̄ iō incepi vt te a notiorib⁹ ad ignotiora pducerē. Oēs eīm de veritate ſignificatiōis loquunē: v̄itatē v̄o q̄ eſt in rex̄ eēntia pauci cōſiderāt. D Profuit mihi qꝛ h̄ ordine me duxiſti. M Videam⁹ ḡ q̄ꝫ lata ſit v̄itas ſignificatiōis. Nā qꝫ nō ſolū in his q̄ ſigna ſolem⁹ dicere: ſꝫ ⁊ in alijs oīb⁹ q̄ dixim⁹ eſt ſignificatio v̄a vel falſa. Qm̄ nāqꝫ nō eſt ab aliq̄ faciēdū niſi qꝺ q̄s debet facere: eo ip̄o qꝫ aliq̄s aliq̄d fac̄: dic̄: ⁊ ſignificat h̄ ſe debere facere: qꝺ ſi dꝫ facere qꝺ facit vex̄ dic̄: ſi aūt ñ dꝫ: mētit̄. D Quāuiſ videar mihi ītelligere: tñ qꝺ mihi inauditū hacten⁹ fuit: aptī⁹ oñde qꝺ dic̄. M Si eēs in loco vbi ſcires eē ſalubres herbas ⁊ mortiferas: ſꝫ neſcires eas diſcernere: ⁊ eēt ibi aliquis de q̄ nō dubitares: q̄n illas diſcernere ſciret: tibiqꝫ interrogāti: q̄ ſalubres eſſēt ⁊ q̄ mortifere: alias v̄bo ſalubres dicerꝫ eē: aliaſ cōederet: cui magis crederes: v̄bo an actiōi ei⁹? D Nō tm̄ crederē v̄bo q̄ꝫ opi. M Pl⁹ ḡ tibi diceret q̄ ſalubres eſſent ope q̄ꝫ v̄bo. D Ita ē. M Sic itaqꝫ ſi neſcires ñ eē mētiēdū: ⁊ mētiret̄ aliq̄ſ corā te: etiā ſi diceret tibi ip̄e ſe ñ debere mētiri: pl⁹ ip̄e tibi diceret ope ſe mētiri debere q̄ꝫ v̄bo ñ debere. Silr̄ dū cogitat aliq̄ſ aliq̄d: aut vlt aliq̄d ſi neſcires an deberet id velle: ſiue cogitare: ſi volūtatē ei⁹ ⁊ cogitationē videres: ſignificaret tibi in ip̄o ope qꝛ h̄ deberet cogitare ⁊ velle. Qꝺ ſi ita deberet: vex̄ diceret: ſin aūt mētiret̄. In rex̄ q̄qꝫ exñtia ē ſilr̄ vera vel falſa ſignificatio: qm̄ eo ip̄o qꝛ ē: dic̄ ſe debere eē. D Video nūc apte quod hactenus non animaduerti.

## De ſūma v̄itate: Ca. XI. C

Progrediamur ad ea q̄ reſtāt. D Precede ⁊ ſeq̄r. M Sūmā aūt v̄itatē ñ negabis eſſe rectitudinē? D Immo nihil aliꝺ illā poſſū fateri. M Conſidera: qꝛ oēs ſupradicte rectitudines iō ſunt rectitudīes: qꝛ illa in q̄b⁹ ſūt aut ſūt: aut faciūt qꝺ debent: ſūma v̄itas ñ iō ē rectitudo qꝛ debꝫ aliq̄d. Oīa eīm illi debēt aliq̄d: ip̄a v̄o nulli q̄cq̄ꝫ dꝫ: nec vlla rōne ē qꝺ ē niſi qꝛ eſt. D Intelligo. M Vides etiā quō iſta rectitudo cā ſit oīm aliax̄ v̄itatū ⁊ rectitudinū: ⁊ nihil ſit cā illi⁹. D Video ⁊ aīaduīto in alijs q̄ſdā eē tm̄ effecta: quaſdam vero eē cauſas et effecta: vt cū v̄itas q̄ ē ī rerū exñtia ſit effectū ſūme v̄itat̄: ip̄a q̄ꝫ cā ē v̄itat̄ q̄ cogitatiōis ē: ⁊ eius q̄ ē ī ꝓpōe: ⁊ iſte due v̄itates nullius ſunt cauſa v̄itat̄. M Bñ ꝯſideras: vñ iā intelligere poteſ: quō ſūmā v̄itatē ī meo monologiō ꝓbaui nō hr̄e p̄ncipiū vl̄ finē p v̄itatē orōnis. Cū eīm dixi qñ ñ fuit vex̄: qꝛ futux̄ erat aliq̄d: nō ita dixi acſi abſqꝫ principio iſta orō fuiſſet q̄ aſſereret futux̄ aliq̄d eē aut iſta v̄itaſ eēt de⁹: ſꝫ qm̄ ñ p̄t ītelligi qñ orō iſta eēt v̄itas illi deeēt: vt p h̄ qꝛ nō ītelligitur qñ iſta v̄itas eē nō potuit ſi eēt orō in q̄ eē poſſet: ītelligat̄ illa v̄itaſ ſine p̄ncipio fuiſſe: q̄ p̄ma cā ē hui⁹ v̄itatis. Quippe v̄itaſ orōis ñ ſp̄ poſſet eē: ſi ei⁹ cā nō ſp̄ eēt. Etem̄ nō ē v̄a orō: q̄ dicit̄ futurū eē aliꝺ niſi re ip̄a ſit aliquid futux̄: neqꝫ aliquid eſt futux̄ ſi nō ſit ī ſūma v̄itate. Silr̄ de illa ītelligēdū ē v̄itate orōe: q̄ dic̄: qꝛ p̄teritū ē aliq̄d. Nā ſi ullō ītellectu v̄itas orationi huic ſi facta fuerit deeē poterit: neceſſe eſt vt eius veritatis que ſumma cauſa eſt iſtius nullus finis intelligi poſſit. Idcirco nāqꝫ vere p̄teritū dicit̄ eſſe aliquid: qꝛ ita ē in re: ⁊ ideo eſt aliquid p̄teritū: quia ſic eſt in veritate ſumma. Quapropter ſi nunqꝫ potuit nō eſſe verū fu-

turum eſſe aliquid: ⁊ nunq̄ȝ poterit nō eſſe verū p̄teritū aliq̇d eſſe: impoſſibile eſt pncipiū ſumme veritatis fuiſſe aut finē futuꝝ eſſe. D Nihil tue ratiōi obijci poſſe video.

## De veritatis diffinitione: Capitulum XII.

M r Edeamus ad indagationē veritatis quā incepim⁹. D Totū hoc ptinet ad indagandam veritatē: verū tn̄ redi ad quod vis. M Dic ẜ mihi: an tibi videatur eſſe aliq̄ rectitudo alia: p̄ter has quas cōtemplati ſum⁹? D Non alia p̄ter has: niſi illa: q̄ eſt in rebus corꝑeis: q̄ multū eſt aliena ab iſtis: vt rectitudo virge. M In quo tibi illa videtur differre ab iſtis? D Quia illa viſu corporeo cognoſci pōt: iſtas rōis capit cōtemplatio. M Nōne rectitudo illa corporum ratione intelligitur preter ſubiectum ⁊ cognoſcit̄? Aut ſi de alicui⁹ corꝑis abſentis linea dubitet̄ an recta ſit: et mōſtrari pōt: q̄ in nullā ptē flectit̄: Nōne rōne colligit̄: q̄ rectā eā neceſſe eſt eſſe? D Etiā. Sȝ eadem q̄ ſic rōne intelligit̄: viſu ſentit̄ ī ſubiecto: Ille vero nō: niſi ſola mēte ꝑcipi poſſunt. M Poſſum⁹ igit̄ niſi fallor: diffinire: q̄ veritas eſt rectitudo ſola mēte ꝑceptibilis? D Nullo mō hoc dicentem falli video. Nempe nec pl⁹ nec min⁹ cōtinet iſta diffinitio veritatis q̄ȝ expediat: qm̄ nomē rectitudīs diuidit eā ab omni re q̄ rectitudo nō vocat̄. Qd̄ vero ſola mēte p̄cipi dicit̄: ſepat eā a rectitudīe viſibili: Sȝ qm̄ docuiſti me oēm veritatē eē rectitudinē: et rectitudo idē videt̄ mihi eē qd̄ iuſticia.

## De iuſticia ⁊ eius diffinitione: Caplm̄ XIII.

(d) Ico eñ: q: ſi ea ꝑditur⁹ ē: aut ipe volet ea ꝑdere ſua ſpōte: aut de⁹ volet ei inuolenti illa auferre: aut aliq̄s alius deo fortior ſuperueniens: ea tollat ab illo: deo ⁊ ipſo non volēte. Sz certe nec ipe abiecto tāto bono in miſerias q̄s ſe euaſiſſe gloſ⁹ exultabit recidere volet: nec de⁹ q̄ il-

ıud tã larga ⁊ clemẽti bonitate do/
nauit: id ei aliqñ auferre volet: nec
vll⁹ fortioꝛ deo ſupueniet ꝙ deo in/
ſtũ ꝓtegẽte ꝟ illi inuito aliqten⁹ tol
let. Mal⁹ ꝟo ⁊ ſp tormẽta ꝗ patieꝛ
pauebit: ⁊ nũꝗ̃ ex eiſ euadere poꝛit.

De gaudio ⁊ triſticia: Ca. lxxj

Uartadecima igiꝛ beatitudi/
q nis pꝛo gaudiũ: miſerie ꝟo tri/
ſticia eſt. Gaudiuꝫ pfectũ ſol⁹
ılle põt hr̃e: ꝗ p̃dictas oẽs beatitudi
nis ptes põt obtinere. Quaꝛ qꝛ vl/
lã nemo hic hr̃e põt: patet: qꝛ nec gau
diuꝫ ſummũ ꝟ retinere valet: ſic ⁊ il
le ſol⁹ vere triſticiã patiꝛ ſũmã quẽ
p̃dicte oẽs miſerie ptes om̃ino coar/
tãt. Ueꝛ qꝛ null⁹ ex toto ꝟ eas pati/
tur: liq̃t: qꝛ nec in ſumma triſticia hic
habieaꝛ: In ſeculo autẽ futuro aut le
ticia aut triſticia ꝗſqꝫ replebiꝛ ſũma.
Bon⁹ eñ ꝗſqꝫ om̃io tũc poterit gau
dere: qꝛ p̃dictas oẽs beatitudinis p/
tes obtinebit pfecte. Quid ꝗ̊ beati⁹
iſto ꝗ tunc repiebiꝛ iuſtus gaudio?
Adhuc tñ ad cumulũ btĩtudinis ſue
aliꝺ habebit vnde magis poſſit gau
dere: qꝛ eñ quiſqꝫ ſic vt ſe alteꝛ ama
bit: ſ̃patet: qꝛ ſic de illius felicitate
vt de ſua gaudebit. O ꝗ̊t igiꝛ ⁊ q̃n/
ta gaudia quiſqꝫ obtinebit ꝗ ꝺ tot ⁊
tãtis beatitudinib⁹ ſanctoꝝ ſubilla/
bit. Qꝛ ſi tñ de alijs ꝗ̊s vt ſe diliget
gaudebit: quantũ de deo quẽ ſupꝛa
ſe diliget: exultabit? Gaudiũ eñ erit
ei intus ⁊ extra: gaudiuꝫ ſurſum atqꝫ
deoꝛſum: gaudiũ circumcirca: vbiqꝫ
gaudium plenũ. Malus vero econ/
tra triſticia replebitur ſumma: quia
om̃es miſerie partes quibus nihilo/
minus ſe circũſeptum ſentiet: ineui/
tabiliter ſine fine patietur ⁊ indeſi/
nenter. (Ca. lxxij.

De cupiditate mundani honoꝛis:

Ic agũt illi qui mũdi huius ho
ſ noꝛes appetunt: quõ pueri qui
ſequũꝛ papiliões. Papiliões
eñ cũ volant: tramitẽ rectũ nũꝗ̃ te
nẽt: ꝟ huc illucqꝫ ſe agitãt: cũqꝫ ali/
cubi reſidere videãꝛ nec ibi diu moꝛã
tur. Hos aũt cũ pueri cape volũt: ci/
to p⁹ eos currere ſatagũt: ⁊ qꝛ nõ ad
ſuos pedes ſed ad papiliones inten/
dunt: aliquãdo in foueam cadunt:
ſeqꝫ immaniter ledunt. Plerũqꝫ ve/
ro cũ eos vident alicubi reſediſſe: in/
cedunt ſuauiter ⁊ caute vt eos vale
ant comp̃hendere: qꝺ dũ faciũt: ma
nibus ꝗ̊ꝫ plaudunt: ⁊ ad inuicẽ leni
voce dicunt: Ecce iã eos habebim⁹.
Sed cum ꝓpius accedentes: eos ap
p̃hendere temptant: papiliões auo/
lant: ſi quando ꝟo eos apprehende
rint: exultant ꝺ nihilo: quaſi magnũ
quid fuerint adepti. Similiter auteꝫ
faciunt qui huius mũdi honoꝛes ap
petunt. Honoꝛes eñ huı⁹ mundi nũ
ꝗ̃ certã tenẽt viã: ꝟ incertis diuerti/
culis de vno ad aliũ trãſuolant. Cũ
qꝫ ſub alicuius ſubſtiterint poteſta/
te: nec ibi diu poſſũt remanere. Hõa
ergo cũ ſtulti hoĩes aſſequi cupiunt:
feſtinãt poſt eos quibuſcũqꝫ modis
poſſunt: ⁊ qꝛ nõ ↄſiderant ꝗ eos mo
do aſſequanꝛ: ſed vt ꝗ̊quo mõ adipi
ſcanꝛ: ſepius in grauia crimina deci/
dunt ꝗ̊bus ſuas aĩas vehemẽter le/
dunt. Aliqñ ꝟo cũ viderint eos ali
cubi q̃ſi paratos ſibi eſſe: accedunt il
luc latenter ⁊ multũ callide: vt qua
ſi nullo ſciente valeãt eos obtinere:
quo dũ appꝛopiãt: vehementer gau
dent ⁊ exultãt: ꝟ cũ ꝓpi⁹ acceſſerint:
eoſqꝫ ſe poſſe iã app̃hendere putaue
rint: honoꝛes de manibus eoꝝ ſe ex/
cutiũt: ⁊ aliqua ꝺ cauſa ad alios ali/
quos ſe tranſſerũt. Quos ſi q̃ſi ade/
pti fuerint: gratulanꝛ q̃ſi aliquẽ veꝝ
honoꝛẽ fuerĩt aſſecuti: cũ ad veri ho
noris culmẽ ꝑuenire nõ poſſint: ſi nõ
hos cũ ſuoꝝ ſatiſfactione commiſſo/
rum reliquerint.

De ſimilitudine inter deum ⁊ ali
quẽ dominũ: Ca. lxxiij.

Ta iter deũ ⁊ hoĩes agiꝛ: quõ
ſ inter dñm aliquẽ ⁊ ſeruos ill⁹
ꝗ vulgo naturales vocanꝛ. Si
eñ dñs naturali ſeruo aliquid iuſſe
rit: ⁊ ſeru⁹ domino libẽter obedierit:

agit ſeruꝰ qđ debet ⁊ qđ dño placet.
Si aūt dñi ſui p̄ceptis reſtiterit: gr̄az
ipſiꝰ ſtatim amittit: Quā ſi voluerit
recupare: ac deinceps dño ſuo fideli-
ter ſeruire: ſicut prius debuerat natu-
raliter feciſſe: ſi ei dñs tunc iuſſerit:
iurat ꝙ eius obediat p̄ceptis: eiqꝫ fi-
deliter ſeruiet q̄ꝫdiu vixerit. Quo fa-
cto dñs ei condonat qđ deliquit: ⁊ ſi-
ita ſibi placuerit: aliq̄d ꝓprietatꝭ vñ
viuat habere ꝯcedit. Verū aliquan-
to tp̄is trāſacto: ſeruꝰ paulatim inci-
pit q̄ iurauerat obliuiſci: ⁊ ab amore
dñi ſui tepeſcit: Et q2 ea q̄ dñs iubet:
ſibi dura videt̄: p̄us quedā ꝯpoſtmo-
dū plura tranſgredit̄: donec cū oībus
pene plurimis habeat̄: ſicqꝫ rurſus dñi
ſui gratiā perdit quā p̄us recupaue-
rat ſponſione correctionis: Quid ḡ
amplius faciet? Quid aliud ꝓmitte-
re p̄ōt? Naturale ius corrupit: iuſiu-
randū violauit: Eſt tamen aliud qđ
adhuc faciendū inuenit ſeruꝰ: Licē-
tia ei dñi ſui aliq̄d retinuerat đ ꝓp̄e-
tate vnde ſe poteſt vt antea reconci-
liare. Poſtqꝫ ḡ ſe erraſſe cognoſcit:
ad dñm ſuū redit: cū exorans huiuſ-
modi verbis: Dñe inquit confiteor
meā iniquitatē: q2 qđ tibi naturalit̄
debuerā: quodqꝫ poſtmodum iureiu-
rando ꝓmiſerā: totum ad meā tranſ-
greſſus ſū miſeriā. Sed adhuc ſemel
indulge mihi ſi placet q̄cq̄d deliq̄:
⁊ ego tibi reddā quicq̄d ꝓprietatis
ꝑ tuā licentiā hactenꝰ retinui: me au-
tē ipm̄ ita in tuo ſeruitio aſtringā ꝙ
meā ex toto voluntatē dimittā: tuā
xo inquantū potero faciā. Et vt eā
ſemꝑ valeā implere: ponā me in illo-
rū ſubiectiōe: q̄ me illā ſciāt ⁊ velint
docere: ⁊ admonēdo: corripiendo: ca-
ſtigando faciāt cuſtodire. De q̄bus
oībus faciā tibi iuſiurandū: ſi mihi
indulſeris q̄cq̄d hactenꝰ deliqui.
Tūc dñs: ⁊ ego adhuc inquit indul-
geo tibi oīa que petis ſi tu oīa feceris
que ꝓmittis: Sed hoc ſcias: q2 niſi
hanc ꝯuentionē cuſtodieris: vl ſi eā
caſu in aliq̄ violaueris: niſi ad eandē
penitendo redieris ꝑ aliā ꝯuentionē
me placare n̄ poteris. Eodē itaqꝫ mo-
do inter deū ⁊ hoīes agit̄. Deꝰ eni
primo homini q̄ddā p̄cepit: cui ſi ille
obediſſet: ꝑfecto feciſſꝫ qđ facere de-
buiſſet ⁊ qđ deo placuiſſet. Sed q2
illius p̄ceptū p̄teriit: gratiā eius ſta-
tim ꝑdidit. Hāc ergo ſi voluerit ho-
mo recupare ſicut deus iubet: iurat
i baptiſmate qđ audiuimꝰ illū ſeruū
iuraſſe. Sꝫ q2 ⁊ h̄ ipm̄ ſepiꝰ trāſgre-
dit̄: relictis oībus cū ꝓpria volunta-
te monachus efficit̄: aut ḡ monachꝰ
ſaluabit̄: aut aliter dānabit̄.

De ſimilitudine inter diabolū ⁊ im-
probū placitatorem: Ca. lxxiiii.

Verū ſciendū ē: q2 ſic placitat
diabolus ꝯtra hoīez: quō im-
probus placitator ꝯtra aliquē
aliquē. Improbus eñ placitator li-
cet nō habeat rectū: tamē ꝓpter im-
probitatē ſuā veniēs ad placitū: hoc
qđ ē iuſtū iniuſtū: ⁊ qđ ē iuſtū oñdere
vult iniuſtū. Sed cū eū aliq̄s iuriſ-
peritus audit: ⁊ q2 nō rectā habeat
cauſā agnoſcit: iudicat eſſe iniuſtū
qđ ille dicebat iuſtū: ⁊ eē iuſtū qđ il-
le aſſerebat iniuſtū: ſicqꝫ ille ꝯuictꝰ a
placito diſcedit dolēs ꝙ aliq̄d facere
n̄ poterit. Sꝫ aliq̄ꝫto tp̄e trāſacto po-
ſtqꝫ hoc iudiciū putat obliuiōi eē tra-
ditū: rurſus ſuā incipit cauſam: dicēs
ſibi fieri iniuriā. Qz ſi aliq̄s ſibi dixe-
rit: hoc iā eſſe diffinitū: dicit nō recte
eſſe iudicatū. Sed ille q̄ ſemel iā vi-
cit: non attendat ad ea que dicit: ſed
tm̄ dicat: q2 qđ ſemel eſt bene diffini-
tū: nō eſſe iterꝫ incipiendū. Sic enim
ſine labore ſemꝑ ab inimico ſuo ſe li-
berare poterit. Silr̄ aūt diabolꝰ pla-
citat ꝯtra hoīem. Locus aūt placiti
huius eſt cor hoīs alicuiꝰ: Ad hunc
itaqꝫ locū diabolꝰ venit ad placitū:
Et licet ſciat ꝙ rectū n̄ habeat: tamē
ibi aſſerit verū eſſe qđ falſum eſt: et
ecōtra. Ibi nāqꝫ dic̄ cogitatōēs quā
imittit verā eē: ſcꝫ ꝙ hō debeat mū-
dū diligere: diuitias ⁊ honores appe-
tere: deſideria carnis adimplere: hec

ꝛ his ſimilia facere: qꝺ quidē falſum
eſt. Ex alia vero pte dicit eſſe falſuz ꝙ
homo debeat mundū relinquere: di/
uitias ꝛ honores contemnere: deſide
ria carnis abſcidere: elemoſynis pec
cata ſua redimere: monachatū demū
accipe: hec ꝛ alia plura facere. Qꝺ
totū verꝫ ꝓbatur eſſe. Sed cum ali/
quis q̄ inter rectos nō rectoſq̄ꝫ cogi/
tatus ſcit diſcernere: audit diabolū
in corde ſuo hec dicere: iudicat iniu/
ſtū eſſe cogitatuz quē ille eſſe iuſtum
dicebat: ꝛ eſſe iuſtū quē iniuſtū affir
mabat. Et hoc iudicio facto abijcit i/
iuſtū ꝛ ſequit̄ iuſtū: ↄtēnenſq̄ꝫ ſeculū
accipit monachatū. Sicq̄ꝫ diabolus
ↄuict⁹ a cordis placito recedit: ↄtri/
ſtatūrq̄ꝫ qꝛ vincere nō potuit: ſ; poſt
q̄ꝫ ſperat diabolus qꝛ homo oblitus
fuerit qꝺ antea ſic iudicauerat: putās
eū i aliq̄ pte poſſe inuenire īmunitū:
ad eundē locū cordis reuertit̄: reno/
uatoq̄ꝫ placito q̄ſi nō recte diffinito
ↄquerit. Qꝛ ſi ille ꝑ certo cognoue/
rit qꝛ rectū iudicauit ī eo ꝙ ſeclm re
linquendū eſſe cenſuit: diabol⁹ ſta/
tim nō eſſe rectū reſpondet: vt eū tā
cito vł ita oīno deſereret: adhuc poſ/
ſe ſibijpſi remanēdo in ſeculo indul/
gere: paupibus vł ſuis ad eū reſpici/
entib⁹ ſbuenire. S; ille q̄ ſemel mū/
dū ipmq̄ꝫ diabolū recte ſupauit: non
curat ea que fraudulenter ille dicit:
ſed firmum tenet: qꝛ qꝺ ſemel iuſte ē
ſtabilitū: nō eſſe denuo deſtruendū:
Et qꝺ recte diffiniuit relinquēdū: nō
eē iterꝫ appetēdū: Sic eñ facile deo
ſubueniente diabolū poterit ſupare.

De ſimilitudine inter deū ꝛ quēli
bet regem: Ca. lxxv.

D Eus ipſe ſic inimicitias exercet
aduerſus diabolū quō rex q̄/
dā contra principē quendā inimicū
ſuū. Hic autē rex h; in regno ſuo vil
lā admodū amplam.

De regno ꝛ villa ꝛ caſtello ꝛ diui/
gione: Ca. lxxvj.

I N villa vero caſtellū quoddaz:
ſupra caſtellū autē vnū diuigi/
onē. In villa quedā dom⁹ ſunt vali
de: plures inualide. In caſtello autē
firmitas eſt tanta: vt ſi aliq̄s illuc cō
fugerit: niſi inde redierit: ab aliq̄ ledi
nō poſſit. Tāta vero ſecuritas eſt ī di/
uigione: vt ſi q̄s illuc ſemel poterit
aſcendere: nuq̄ꝫ cū inde libeat redi/
re. Hec autez oīa ille rex h; in ptāte
ſua. Inimic⁹ vero ei⁹ ē ita fortis vt q̄c
q̄d extͣ villā inuenit: ſine vllo obſtacu
lo comphenſū abducit. In ipam q̄;
villā ſepi⁹ intrat: ꝛ domos q̄s inuēit
inualidas: violat: eoſq̄ꝫ qui inhabi/
tāt captiuos cū ſuis aſportat. Illas
vero q̄s firmas inuenit poſtq̄ꝫ eas irrū/
pere neq̄t: ad extremū inuitus dimit
tit. In caſtellū q̄; nō pōt aſcendere:
nec illuc ↄfugientibus q̄cq̄ꝫ mali fa/
cere: niſi redierint ad ꝑtū ville. S; ſi
amore ſuorꝫ parētū redierint: qꝛ eos
audiūt occidi ꝛ male tractari: vel ꝑ
foramē aut feneſtrā curioſe reſpexe/
rint: tunc eos facile occidere aut vul
nerare poterit. Quapropt̄ neceſſe ē
eis vt nūq̄ꝫ ad clamorē parentū attē
dant: nec ad bellandū reuertant̄ vel
reſpiciāt: ſ; ſp vt ceperunt fugiāt: do
nec vſq̄ꝫ ad ſummitatē diuigiōis ꝑuene
rint. Poſtq̄ꝫ eñ illuc ꝑuenerint erūt
oīno ſecuri. Itaq̄ꝫ rex ille de⁹ eſt qui
cū diabolo bellū habet. Hic ī ſuo re/
gno habet chriſtianiſmū: in ſuo ve/
ro chriſtianiſmo monachatuz: ſupra
mōachatū ↄuſationē tātūmō āgelo
rū. In chriſtianiſmo q̄dā in virtuti/
bus ſunt validi: plures vero inualidi.
In monachatu aūt firmitas ē tanta:
vt ſi q̄s illuc ↄfugiens: monach⁹ effe
ctus fuerit: niſi inde penitēdo redie/
rit: a diabolo ledi nō poſſit. In ange
lorꝫ vero ↄuerſatiōe gaudiū ē ſecuri/
tatiſ tāte: vt q̄ſq̄ſ illuc aſcēderit: nolit
īde vnq̄ꝫ redire. Hec aūt oīa rex idē
de⁹ habet in ptāte ſua. Inimicus vero
ei⁹: id eſt diabol⁹ tāte ptātis ē: ꝙ oēs
iudeos atq̄ꝫ paganos q̄s extͣ chriſtia/
niſmū ſuū repit: nllo obſiſtēte rapit:
ꝛ i infernū demergit. In ipm q̄; chri
ſtianiſmū ſepi⁹ intrat: ꝛ eos q̄s debi.

tes inuenit: tēptādo violat: aīas qꝫ
corpib⁹ inhītātes captiuas aſportat:
Illos vō q̄ fortes ſunt ⁊ bn̄ muniti:
poſtq̄ꝫ eos ſupare neq̄t: tā d̄e licet tri
ſtꝫ dimittit. In mōachatū q̄ꝫ ſi valet
irrūpe: nec his q̄ mōachi effecti ſūt:
q̄cq̄ꝫ facere mali: niſi ad ſeculū redie
rint corpe vel aliq̄ pentū affectiōe.

De ſilitudine inter monachū ⁊ po
tionē ⁊ medicū ⁊ abbatē. Ca. lxxvij.

a Ttēdāt nouicij q꜊ ſic agit qui
monachat⁹ arripit difficultatē
queādmodū infirm⁹ q̄ graueꝫ
accipit potiōꝫ. Dicꝫ qꝫ etem ↄtīgit
vt q̄ aliquā patit̄ īfirmitatē corpis:
potionē q̄rat q̄ ab illa infirmitate cu
rari valeat. Cū qꝫ ei medic⁹ dic̄ vt il
lā vl' illā potionē accipiat: ⁊ ſic ſana
ri poſſit. Emit eā: vl' gratꝫ eā accipit
datā. Sꝫ cū potio fortꝫ: ei⁹ viſcera ri
mat̄: mēbra oīa pcurrit: malos hūo-
res ↄhit: vires tollit: corp⁹ diſſoluit:
terre infirmū pſternit: deſideriū ma
ximū bibēdi in eo accēdit: vl' dormi-
endi vel foras ad vētū eūdi: eiqꝫ me
dic⁹ hec interdicit cōminans: q꜊ mo-
riet̄ ſi h̄ fecerit. Heu me infirm⁹ inq̄t:
cur potioneꝫ hanc accepi? male mihi
erat: ⁊ mō ē pei⁹. Heu q̄nto meo ma
lo illos vidi q̄ h̄ ↄſiliū mihi dedert̄:
nec mihi q꜊ ⁊ h̄ me opteret pati p̄di-
xerūt. Si em̄ h̄ ſciſſeꝫ nunq̄ꝫ potionē
accepiſſem. Sic ⁊ ſic iſte ↄquerit̄ dū
potiōe coartat̄. Cū vō mali hūores
deſinere cepint: totū qꝫ corp⁹ paula-
tim leuiari: gaudet ⁊ exultat: q꜊ ta-
lē potionē accepit p quā ad p̄ſtinā
ſanitateꝫ redire ſe ſentit: ⁊ hoīes q̄ h̄
ↄſiliū ei dederūt benedicit. Silr̄ vō
multotiēs accidit vt aliq̄s q̄ aīe ſue
infirmitatē ↄſiderat: medicinā inde
ſpūalē q̄rat: q̄ ab illa vitiorꝫ ſuorū
infirmitate mūdari valeat. Cū qꝫ ei
aliq̄s ſpūalis hō dicit: q꜊ p monacha
tū poſſet ſaluari: dat quicq̄d habet:
vt in monaſterio aliquo ſuſcipiatur:
vel ei gratis aliq̄n ↄcedit̄ ⁊ ſuſcipit̄.
Sꝫ cū ordīs difficultas cogit eū vi-
gilare dūꝫ vellet dormire: eſurire dū
vellet edere: ſitire cū vellet bibere: ta-
cere dū vellet loq̄: legere vl' cātare cū
vellꝫ q̄ſcere: ſedere cū vellꝫ ſtare vl'
ābulare: aut ſtare vl' ābulare cū vel-
let ſedere: Iniurias ſuſtinere iniuſtas:
ꝓp̄ā volūtatē ex toto deſerere: Me
miſerꝫ inq̄t h̄ūc hītū q̄re ſuſcepi? antea
male agebāꝫ: ſꝫ mō pei⁹ ago: q꜊ tot ⁊
tāta q̄ mihi iubent̄: adīplere ſi valeo:
⁊ vix niſi inuit⁹ aliquid boni pficere
valeo. Quid igit̄? ve mihi ve mihi:
vt q̄d his credidi q̄ mihi h̄ ↄſuluert̄?
Putabā q꜊ oēs iſti hoīes eēnt ſācti.
Hec ⁊ his ſilia nouici⁹ dicit dū ordo
illi ī p̄mis videt̄ grauis. Sed poſtq̄ꝫ
ſentit ⁊ ſecuꝫ ↄſiderat: q꜊ hec vnani-
miter patiēdo ſic oīa ſua poſſe abo
leri pectā: ſicqꝫ ſanitatē aīe citi⁹ recu-
perare: totiꝫ q̄d antea graue videba
tur: paulatim leue efficit̄: ⁊ q̄ſi iā ni-
hil male habēs: letari incipit: deo gra
tias agit q꜊ monachatuꝫ ſuſcipe meꝫ
ruerit: ⁊ oēs qui tale conſiliū ſibi de-
derūt: benedicit.

De contentione inter monachos
nutritos ⁊ ↄuerſos. Ca. lxxviij.

v Erū q꜊ de ↄuerſis ⁊ nutritꝫ cō
gregat̄ ordo monachorꝫ: dicē
dū quia ſolet eſſe ↄtētio que-
dā inter nutritos monachos atqꝫ cō
uerſos. Attendunt em̄ nutriti ſe nul-
la crimina commiſiſſe: nec ſe in ſeculi
ſordibus coinq̄naſſe: ſꝫ quia mūdaꝫ
ab infantia vitam duxerunt: ⁊ in dei
ſeruitio ſemp labo:auerūt: Illos ve
ro ↄcōtrario vixiſſe ↄſiderāt: ⁊ ideo
merito inferiores eſſe iudicāt. At cō
tra quia conuerſi ſcientiā exteriorꝫ
habent: res monaſterij ſapienter tra-
ctant: nutritis ip̄is neceſſaria inueni-
unt: ordinem q̄ꝫ ſuū feruentius ple-
rumqꝫ cuſtodiūt: Illos vero parum
in his valere ↄſiderant: ideo ſe melio-
res illis eſtimant: ſicqꝫ alijs alij ſe p̄
ferunt dum non ſuam ſed aliorꝫ infir
mitatē attendūt. Sꝫ ſi vere mōachi
eēnt: ſic eſſet int̄ eos quō inter ange-
los in celis ⁊ hoīes ſctōs. Angeli em̄
ſūt q̄ſi nutriti: ſcti vō hoīes q̄ſi ↄuſi.

Sz nec angeli ſanctos deſpiciūt: q2
tēptatiōib9 aliq̄n victi ſūt: nec ſancti
āgelos: q2 nullā quā vincerēt paſſi
ſunt tēptationē. Si eñi michael dice
ret petro: Tu dn̄m negaſti: poſſet pe
trus reſpōdere: Ue2 q̄dē ē q̄d dicis:
ſ3 tu ꝓ dn̄o nunq̄ vel vllū colaphū3
ſuſtinuiſti. Qd̄ oīno nō faciūt: ſ3 ita
exiſtunt ↄcordes ac ſi oēs eſſent an/
geli vł hoīes. Sic ẜ ſunt iſti ac ſi nu/
triti ſint oēs aut ↄuerſi.

De ſilitudine inter monachos ⁊ an/
gelos: Ca. lxxix.

Hic eſt inter monacho2 ↄgrega
tionē in terris ⁊ ↄgregationē3
angelo2 in celis: quō inter eos
q̄ adhuc ſunt exterius in cella noui/
tio2: ⁊ illos q̄ iam ſunt interius ī cō/
gregatione monacho2: q̄ vt p̄ualēt
in oñibus ſe ꝑfecte cuſtodiunt. Hos
eñi abbas ꝑ ſemetipm̄ iā oīa docuit
que vult eos obſeruare: illis xo ma/
giſtros ex iſtis p̄ponit q̄ eos doceant
q̄ debeant cuſtodire. Iſti iam ꝓbati
ſunt in oñi hūilitate ⁊ obedientia et
patientia ⁊ obſeruatione oīm q̄ or/
do expoſcit: Illi xo adhuc ꝓbandi
ſunt vt2 velint eſſe humiles: obedi/
entes: patientes ⁊ obſeruare oñia q̄
ordo req̄rit. Unū quenq3 ẜ illorum
is q̄ ei magiſter deputat9 ē ꝓbat ⁊ ar
guendo: increpando. Plerū q3 etiā3
flagellando tēptat an aptus ad ſuſci
piendū ī ↄgregatione alio2 exiſtat.
Quē ſi viderit cuncta patiēter ſuſti
nere: ⁊ alio2 ↄſortio ꝑ oñia dignū3
eſſe: venit ad abbatē annūciās ei co
ram oñi ↄgregatione: Dn̄e inq̄t no/
uiti9 ille quē mihi cōmēdaſtis ita ꝑfe
cte ſe habet oīb9 mōis q2 iā eſt dign9
inter nos eſſe ſi iubetis. Quibus au
ditis abbas aut eū recipit cōmuni cō
ſilio fratrū: aut adhuc dimittit ad ex/
emplū alio2 nouitio2. Sicq3 de iſto
nouitio ↄdigne agiẜ q̄ ſeruo2 dei cō/
ſortio iam dignus habeẜ. Illū autē
nouitiū quē magiſter ſu9 viderit ino
bedientē: impatientē: ſuperbū: ſuſce
ptione indignū: poſtq̄ eū diu tolera
uit: multiſq3 modis emendare tēpta/
uit: tandē ſi nihil ꝓficere pōt: venit
ad abbatē: ⁊ talia ei refert: Dn̄e inq̄t
nouitius ille quē habebā in cuſtodia
vt eū docerē: quō poſſet eſſe dignus
ↄuerſatione noſtra: ita ꝑuerſe ſe ha/
bet in oībus q̄ agit: vt nec inter reli/
quos nouitios dignus ſit conuerſa/
ri. Prouidere itaq3 vos cōuenit q̄d
potius de eo faciendū ſit. Ad hoc il/
le reſpondēs: magiſtrū hortaẜ vt eū
adhuc oībus modis emendare cone
tur: dicens: melius eſſe illū inter reli
quos tolerare q̄3 ad ſeculū reuerti di
mittere. Sicq3 nouitius iſte nec in cō
gregatione recipiẜ: nec a cella noui/
tio2 expelliẜ. Siliẜ ẜ eſt ↄſiderandū
ꝑ oñia inter deū ⁊ angelos ⁊ mona/
chos: quomodo inter illū abbatē3 ⁊
magiſtros atq3 nouitios.

De ſimilitudine inter deū ⁊ quēli
bet impatorē: Ca. lxxx.

Videndū eſt ſic eſſe inter deum
⁊ hoīes ⁊ angelos: quō inter
impatorem terrenū ⁊ ſibi obſe
quentes. Tria q̄ppe ſunt genera ho/
minū q̄ terreno īpatori ſeruiūt. Alij
eñi ſeruiūt ꝓ terris q̄s habent: nihil
aliud q̄rentes niſi qd̄ tenēt. Alij q2
terras recupare volunt quas eo2 pa
rentes aliqua ſua culpa ꝑdiderunt.
Alij xo ꝓ ſolidatis tm̄. Illos itaq3
dn̄s honeſti9 tractat q̄ nihil vnq̄3 de/
liquerunt: nec aliud q̄3 qd̄ habent q̄/
runt. Hi radicati ſunt ⁊ fundati: nec
euelli formidant: dū ſe in voluntate
dn̄i ſui ↄſeruant. Illos xo quorum
parētes ſibi peccauerūt: quiq3 ꝓ illo/
rū hereditate ſibi ſeruiūt: aliquādo
vilius tractat: modiſq3 diuerſis tem/
ptat: videlicet ↄuitiādo: cōminādo:
quedā grauia iubendo: q̄nq3 etiā fla
gellando. Qui ſi hec oīa humiliẜ ſu/
ſtinuerint: ⁊ dn̄i ſui miſericordiā pa/
tienter expectauerint: tandē eis dn̄s
hereditatē patrū ſuo2 reddit. Si ve
ro noluerint hec tolerare: nec ſuā va
lēt hereditatē recuperare: nec aliud
vult eis dn̄s dare. Illi autem q̄ nihil

aliud querunt q̄ʒ ſolidatas: ⁊ vt bn̄ paſcant̄: tā diu imp̄atori obſequunt̄ q̄ʒdiu h̄ eis largit̄. Que ſi illis abundāter donauerit: laudāt eū: ⁊ dicūt: qꝛ de dn̄o tali ſeruiendū eſt: qꝛ talia ſeruiētibus ſibi cōfert. Si vero hec illis dare deſtiterit: ſtatim recedūt ipſo vituperato: ⁊ incipiūt ſeruire ipſi⁹ inimico. Tria igit̄ hec ſunt genera hominū alicui terreno imp̄atori militātium. Silr̄ aūt tria ſunt genera eorū qui ſup̄no regi deſeruiūt. Primum em̄ gen⁹ ſunt angeli: qui eterna beatitudine ſtabiles ſibi ſine omni intermiſſione ſunt ſeruientes. Aliud vero hoīes boni ſunt q̄ in q̄ʒtū p̄nt ſue voluntati obediūt ſicq̄ʒ ad regnū celoꝝ in p̄ēts ſui ade culpa p̄ditum hereditario iure p̄uenire cōtendūt. Tertiū aūt hi qui tm̄ ꝓ terrenis ſeruiunt cōmodis q̄ſi milites ſtipēdiarij. Sic ergo per oīa eſt cōſiderandū inter hec tria genera ⁊ deū: quō inter alia tria ſupra dicta ⁊ imperatorem ſunt.

Quid mōacho ꝓſit: ſi aliqđ bonū inuitus faciat: Caplm̄. lxxxi.

Contingit aliqn̄ quēpiam ſic abūdare humorib⁹ malis vt niſi ſecetur aliter ſanari non poſſit. Ut ergo ab eis poſſit ex toto mūdari: ſpōte ſua prius ſe facit ligari: rogās etiā eos qui eū ſecturi ſunt vt nō eum dimittāt q̄cq̄d ipe dicat: donec eum p̄fecte ſecuerint. Cum ꝙ putredinē pungere ceperint ⁊ reſecare: clamat ⁊ dicit ſe pri⁹ nihil mali habere: cōminat̄q̄ʒ eos niſi eū dimiſerit occidere. Sʒ illi q̄ eū h̄ dicere ꝓpter dolorem ſciūt: nō verba illius attendūt: ſʒ vt ceperāt putredinē p̄fecte abſcidūt. Cum aūt ad plenū mūdatus meli⁹ habuerit: eſdē q̄s antea minabat̄ occidere: grās agit: q̄ nō eū ad voluntatem ſuā dimiſerit. Quid ꝙ? Nunqđ nō ideo ꝓdeſt ei ſectio qꝛ eā tolerauit inuit⁹ cum ad eam tolerandā ſe fecit ligari ſpōtane⁹? Prodeſt reuera: qꝛ per eā abſciſa eſt infirmitas: ⁊ reparata eſt ſanitas. Similiter aūt plerumq̄ʒ contingit vt aliquis redūdet vitijs ⁊ intelligat q̄ aliť ſaluari ñ valeat niſi a ſe ferro diſtrictioris penitētie fuerit reſecata: vt ꝙ inde purgari p̄fecte q̄at: alicubi ī monaſterio ſpōte ſua ſe alligat. Profeſſionē etenī faciēs ſibi ſtabilitatē morū q̄ʒ ſuoꝝ ꝯuerſionē p̄mittit: ſeq̄ʒ intra monaſterij clauſtra eo tenore recludit: vt medici ſpūales videlicʒ ſui paſtores qui eū corrigere debent: q̄cquid ipſe poſtea dicat nō eum dimittant: ſʒ ei⁹ vitia reſecēt ⁊ emendēt. Ut plerū q̄ʒ cum eum ceperīt ad meliora ſtimulare: ⁊ eius vitia corripiendo reſecare: recalcitrat atq̄ʒ iraſcit̄: dicens ſe non eſſe culpabilem vnde rep̄hēditur: ipſoſq̄ʒ qui eū arguūt aliquādo etiā perimere minat̄. Hi vero qui hoc eū ꝓferre propter ordinis deſtrictionē cognoſcunt: nō eum ideo dimittunt: ſed ab eo diſtricte ſtulticiā vt p̄ualēt nunc hoc: nūc illo modo abſcidunt. Cum itaq̄ʒ fuerit emēdatus a vitijs: ⁊ melior factus: ad ſe reuerſus eiſdē gratias reddit: quibus iraſcebat̄ q̄ eum rep̄hēſum correxerint. Quid igit̄? Nunqđ nā ideo nō ſibi ꝓderit illa tāta diſtrictio: q̄a eā infirmitatē carnis inuit⁹ ſuſtinuit: cū ad eā ſufferendam ſpōte ſua in monaſterio ſe alligauerit? Proderit vtiq̄ʒ: qꝛ ⁊ p̄ eā liberatur ab omni infirmitate vitiorum: ⁊ redit ad veram ſanitatē virtutuʒ. Sed dicet aliquis: Meli⁹ eſſet vt deo ſine profeſſione ſeruiret ſpontaneus q̄ʒ in monaſterio ꝓfeſſione ſe alligans ſeruire cogeretur inuitus.

Quā magna ſit ſpes monachi profeſſi: Capitulum lxxxij.

Huic autē reſpondendum: q̄a tanta diſtātia eſt inter illum qui non vult facere deo promiſſionem ſeruiendi ſibi: ⁊ eum qui libēter eam facit: q̄ʒta inter homines duos qui ambo ex debito debent ſeruire dominū vni: ſed vnus eorum accedit ad dominū ⁊ dicit: Domine ex toto corde tibi ſeruire volo: ſed me

eſſe tibi fidelem ꝓmittere nolo: quia ſi hoc tibi ꝓmitto: ⁊ poſtea tibi peccarem: grauiꝰ delinquēs grauiori vindicta dignus exiſterē: quāto aūt melius potero ſeruiā tibi: ſed ſi qñ peccarero tibi: iudica me vt illū qui ſe tibi eſſe fidelem minime ꝓmiſit. Aliꝰ vero venit ⁊ dicit: Domine ex toto corde te diligo: tibiqꝫ fidelitatē ⁊ ſbiectionem ꝓmitto: vt ſi aliquādo fecero cōtra ꝑceptum tuū: non me iudices vt alienū: ẜ emēdes vt ꝓpriū ẜuū. His itaqꝫ dictis euenit vt ambo idem peccatum poſtea faciant: ac deinde penitētes ad miſericordiam domini ſui veniāt. Dicit itaqꝫ dominus illi qui ſibi fidelitatem promittere noluit: Quare hͦ feciſti? At ille: Domine inquit cōfiteor quia deliqui: ẜ tamē non me tibi non eſſe delicturū ꝓmiſi. Sed ille: Ideo ne inquit noluiſti mihi fidelitatem ꝓmittere: vt poſſes cōtra me liberius peccare? Ergo ⁊ ego cōtra te: nō vt erga meū: ẜ vt aduerſus alienū agam: totūqꝫ qđ erit mei iuris vſqꝫ ad vltimum quadrātē exigā. Hoc ita iudicato ꝯuerſꝰ ad aliū ⁊ dicit: Et tu ſerue q̄ mihi fidelitatē ꝓmiſeras: ⁊ iō tibi magis cauere debueras: q̄re hͦ feciſti? At ille. Dñe ait: Cōfiteor reuera me deliq̄ſſe: tibiqꝫ fidelitatē ꝓmiſiſſe: ẜ poſtqꝫ me pēitet q2 deliq̄: debeo ego peiꝰ pati q2 tibi fidelitatē aūqꝫ deliq̄ſſē ꝓmiſi: qꝫ ille q̄ hāc tibi nō vult ꝓmittere et poſtqꝫ peccauit? Ideo quippe me volui eſſe tuū: vt ſi quādo peccarem nō me iudicares vt alienū: ẜ emēdares vt ꝓpriū. At dñs: Ita eſt inq̄t vt dicis: Cum g̃ voluero de te vindictā accipiā vt de meo. Sic aūt ⁊ deꝰ inter ꝓfeſſū monachū ⁊ nolentē ꝓfiteri iudicat ſi eos cōtra eū peccaſſe peniteat. Non ſolum autē ꝓfeſſum minus iudicat nō ꝓfeſſo: ẜ etiam q̄libet laico adhuc in ſeculo ꝯſtituto. Licet enī vterqꝫ idē peccm̄ cōmittat: tñ toto ex corde monachū peniteat deliq̄ſſe: eumqꝫ ordinem cui ſe ſubdidit feruenti amore cuſtodiat: maiorem qꝫ laicus miſericordiam conſequetur: qꝫtumlibet ille peniteat ſecularibus adhuc detētus. Si vero penitere noluerit: maiori qꝫ laicus dānationi ſubiacebit.

De ſimilitudine inter monachū peccantē ⁊ laicum: Capl'm lxxiij.

Quod vt apertius a ſimili videamus: hoīes duos vniꝰ dñi ẜuos intueamur. Ambo itaqꝫ a domino illo poſſeſſiōes ꝓprias obtineāt ſibi: iureiurando ꝓmiſſo ꝙ ei fideles exiſtant. Vnus tñ illoꝝ cōditione tali hoc faciat: ꝙ ſi quid in eū qñqꝫ delinquat: de ꝓprio ſuo ꝓut fuerit iuſtum ſibi emēdet. Aliter vero dñm adeo diligat vt nihil ꝓpriū retinere: ſed omnibus ei dimiſſis familiarius ſibi malit ſeruire. Hoc etiam pactū cum eo faciat ꝙ ſi aliquando quid ꝯtra eum cōmittat: de ſeipſo nō de re aliena ſed vt de ꝓprio quā voluerit vindictam aſſumat. His igiť actis ſi culpā eandē cōmittat vterqꝫ: ac deinde penitentia ducti velint emendare: ſed ille de ꝓprio qꝺ nec adhuc totū vult dare pro illius culpe ſatiſfactione: iſte vero de ſeipſo quoniā etiam totū iam prius domini ſui mancipauerat poteſtati: videatqꝫ dominꝰ ꝙ ille tantū facere noluerit: ſed poſtqꝫ ſibi peccauit qꝫtum iſte prius qꝫ in eum delinqueret fecit: De quo inqꝫ maiorē velle videť habere miſericordiā: an cum illo videtur velle mitiꝰ agere quē operibꝰ cōprobat ſe minꝰ diligere? Et ſi hūc alteꝝ velit altero duriꝰ arguere: Serue inquiens male tu qꝫto mihi eras familiarior: tanto es culpabilior: Poteſt iſte ſibi reſpondere: Dñe inquiēs verum eſt quod dicis: ſed qꝫdiu penitere nolui: ac poſtqꝫ toto ex corde peniteo: meqꝫ ipſum in emēdationem trado: nunq̄d nam peiꝰ illo debeo pati qui nec illud quod habet tibi totum vult dare pro ſatiſfactione ſui cōmiſſi? Iuſtum ne videtur vt quia te ma/

gis dilexi: minorē debeam miſericor/
diam conſequi: immo maiorem mi/
hi facere deberes miſericordiā quo
nullam maiorem tibi facere poſſum
ſatiſfactionem? Quid aliud dominꝰ
diceret: ꝗ quod veritas habet? Hūc
ergo mitiꝰ iudicat vt ex toto propri/
um: Illum vero ſeuerius vt minus
ſibi priuatū. Sic ergo ⁊ deus celeriꝰ
indulget monacho qui ſe ei totū cō/
mittit: ꝗ laico dare nolenti vel ſua
pro his que commiſit.

De ſimilitudine inter monachum
⁊ arborem: Capitulum lxxxiij.

Etenim rurſus a ſimili poteſt
videri: acceptabilius eſt deo
bonum opus monachi ꝗ ho/
minis cuiuſꝗ ſecularis. Solet ꝗp/
pe accidere duos eſſe homīes ſub do
mino vno: ſingulas habentes arbo/
res in proprio ſolo. Arbores aūt ille
fructum ferunt bonum vtriqꝫ: Verū
illi quia dominum inequaliter dili/
gunt: ⁊ ei de fructu earum impariť
ſeruiūt: Unus enim eorum quia cū
minus diligit: cum arboris ſue fru/
ctus fuerit maturus: colligit: ferťqꝫ
inde dño ſuo ꝗtum ſibi fuerit viſū.
Alter aūtē dominum alius amat vt
ad eum veniēs arborem ipſam ei of/
ferat: Domīe inquit arborem habeo
quandam: bonum valde fructum fe
rentem: que quia veſtre congruit di/
gnitati: malo eam veſtri eſſe iuris
ꝗ mei: eam igitur offero vobis vt
amodo vobis fructificet ſoli: ipſam
quoqꝫ veſtro aſſignabo prepoſito:
vt ex ea fructū colligat: ideqꝫ vobis
prout velle vos nouerit diligenter
deſeruiat: Sꝫ etiā ego ꝗta diligētia
potero: eandē veſtre vtilitati cuſto/
dire curabo. Cuius igiť horum ob/
ſequiū dño illi magiſ videť acceptū?
An illius ꝗ ꝗtū cunqꝫ voluerit dat
ei de fructu ꝓprie arboris? Immo
magiſ illiꝰ ꝗ arborē totā dat ei cū fru
ctu. Sic ꝗ ⁊ ſeruitiū monachi deo eſt
magis acceptū: ꝗ hoīs ſecłaris. Ip
ſi enī ſunt hoīes duo: ꝗ ſb deo velut
arbores ꝗſdā hn̄t ſeipſos. Ipſi quoqꝫ
vtriqꝫ ſunt apti ad ferendū fructum
opis boni. At ꝗꝫ non eodē mō dili
gūt deū: nec ei ꝑiter bene oꝑando de
ſeruiūt. Secularis enī q: eū minꝰ di
ligit: tūc tm̄ cū bn̄ oꝑandi animū ha
buerit: boni oꝑis offert deo quantū
voluerit: Monachꝰ xp̄o cū diligit in
tantum: vt ad eum accedens totum ei
offerat ſeipſum: factis ac verbis allo/
quens eum: Domine inquit nec ha/
ctenꝰ poteſtatis erā: quodqꝫ mihi li/
bebat bonum malum ve faciebam:
Uerum quia tuus omnino debeo eē:
tibiqꝫ ſoli tantum bona opera fructi
ficare: me totum tue trado poteſtati:
vt amodo tibi fructificem ſoli: quod
vt meliꝰ tibi facere valeā: me vni ex
eccleſie tue prelatiſ ſubdā: qui me cu
ſtodiens ea tantū opera doceat age/
re que tibi nouerit magis placere. Sꝫ
et ego pro modulo meo meipſum cu
ſtodire ſtudebo: Cuius ergo munus
deo eſt acceptabilius? An illius qui
ſibi offert quedam ex operibus ſu/
is: plurima vero ſubtrahit? Immo
illius magis qui dat ei ſeipſum cum
oꝑibus cūctis. Nec ideo propria ꝑ/
uatur mercede: quia ſepe bonū opꝰ
cogitur agere. Sicut enim is qui ar/
borem totam commiſit ꝑpoſito dñi
ſui vt ex ea fructum colligeret: ex ꝗ ⁊
dño ſuo ꝓut eū velle noſſet deſeruiret:
vt inꝗ ꝓpriū nō ꝑdat meritū: ſed il/
le colligat fructū priꝰ ꝗ matureſcat:
aut vt in arbore dimittat eccōtra do/
nec putreſcat: Sic monachꝰ ꝗ ſe totū
cōmiſit ꝑlato vt eū cuſtodiret: eaqꝫ
oꝑa tm̄ ab eo agēda exiget que deo
placere potiꝰ noſſet: Sic inꝗ ꝓpriā
nō ꝑdit mercedē ſi ꝗd oꝑis boni age
re cogať aūꝗ velit: vel eccōtra ꝓhi/
beať cū agere velit: donec ⁊ ipſam
amittat volūtatē agēdi. Non ergo
omittere debet quicꝗd boni ꝑlatus
ei ꝑcipiat: vł ꝑſumere vt agat a qui
buſcunqꝫ cū ꝓhibeat. Sit enī illiꝰ ꝓ/
uidere ꝗd precipiat ꝗd ve ꝓhibeat:
huius vero ſequi eum ī bono ꝑ oīa.

De ſimilitudine inter matronã et diuinã voluntatẽ: Caplm lxxxv.

Ccidit quandoq; matronam
a aliquam: filias cum ancillis
ſuis magiſtre cõmendare: vt eas opera mulieribꝰ congrua doce/at. Illis vero p̃cipit vt ei cuncte obediant: q̃dq; faciendũ iniũ xerit expedire adimpleãt. Hoc itaq; diſpoſito magiſtra eas in vnũ cõgregat: iniungit cuiq; quid agere debeat: ⁊ ne fo/ras egrediantur obſeruat.

De filiabus matrone: Ca. lxxxvi.

Uibus ita ſub eiꝰ magiſterio
q aſtrictis: bone quidem filie
per omnia ſibi obtemperant: ſed nec abeundi foras licẽtiam que/rere curant.

De ancillis eiꝰ bonis: Ca. lxxxvij.

Ncille quoq; ſimiliter faciũt
a excepto ꝙ inſtabiliores exi/
ſtunt: qꝛ enĩ tedet eas i cuſtodia diutiꝰ eſſe: licentiã foras exeundi querunt q̃nq;: Quã ſi obtinere non valẽt: ñ inde triſtanť vľ murmurãt: tñ dicũt q̃a datã libẽter acciperẽt. Qꝫ ſi eis conceſſa fuerint: egrediunť quo eis viſũ fuerit: ceſſant q; interim ab operibus ſuis.

De ancilla latrone: Ca. lxxxviij

Nter eas autẽ q̃nq; eſt latro
l q̃dã p̃ceptꝭ mgr̃e vix obedire
volens. Hec igiť qꝛ cuſtodia tedio ſemꝑ ei exiſtit: licentiã exeundi ſepius querit: ⁊ cauſas que rõnabi/les videanť adinuenit: quã ſi obtinere nõ põt: ꝯtriſtať vehemẽter ⁊ dolet ſueq; mgr̃e ſi audet durius r̃ndet. Si ỽo apta cã ei ñ fuerit: ei occulte de/trahit: q̃dq; faciebat opus intermittit. Qꝫ ſi opari fuerit iuſſa: p̃tẽdit ꝓtinꝰ ꝙ ſit īfirma. Ac ſi q̃n ſe ſolã viderit ꝓtinus exilit: oſtiũ petit: huc illucq; circumſpicit: mãdat illi vel illi licẽtiã querere ſecum loq̃ndi. Qꝫ ſi in hoc reperta fuerit atq; correpta: proſilit ſtatim in huiuſmodi verba: Quid inq̃t feci ꝙ ſic debeã corripi: q̃ mira viſa ſum agere qꝛ inferunť mihi contumelie: ꝗ iam ſatis aptũ videť ꝙ͛ iniuſte ꝯtra me agať. Itaq; reſidet me/ſta: dolẽs ꝙ ita ſit rep̃heſa. At poſt/ꝙ͛ ad modicũ ille dolor recedit: ma/turitatẽ q̃ndã p̃tẽdit: cumq; eſtimat ꝙ ab alijs reputeť matura: licẽtiã rurſus q̇rere tẽptat: quã ſi hĩc nequerit ꝓtinꝰ ſꝫdit: Stultus eſt inq̃t q̇ bene agit cum eque boni tractenť ⁊ mali. Qꝫ ſi licẽtiã hĩe poterit: foras ꝯfeſtĩ egrediť: huc illucq; vagať: iuuenum ꝯſortia expetit: iuſta nõ agẽda ꝯmit/tit. At ꝗ hac ſimilitudie põt colligi: tria ſũt genera volũtatis in ſꝫditis.

De obedientia: licentia ⁊ inobedientia: Capitulum lxxxix.

Rĩu ſũt p̃mũ obediẽtia: Se
b cũdũ licẽtia: Tertiũ īobediẽ
tia. Hec ỽo genera oĩa inueniri pñt in monachis: q̃s matrona q̃dã mgr̃e cuidã cõmẽdauit. i. volũtas diuĩa volũtati abbatis eoꝝ ſuppoſuit.

Licẽtia igiť multos decipit: obediẽtia ỽo ⁊ inobediẽtia ꝯtria ſunt: harũ De licen/
media licẽtia eſt. Is ꝗ quẽ obediẽtia tia. ꝯſtringit clauſtra nõ egredi: vult tñ extre reguleq; diſtrictionẽ licẽter declinare: ꝙ͛uis nolit ſine licẽtia id p̃ſumere: et iccirco actũ ſuũ licentia quã p̃ualet conatur defendere: petĩ profecto hꝫ ex illa illicita volũtate. Nõ enĩ poſtq̃ꝫ mortuꝰ mũdo clauſtrĩ ſubijt ad mũdi negocia vľ volũtate vľ latenꝰ redire debuit: velle tñ ſuũ ñ niſi ꝑmiſſus facto īplere voluit. Obediẽtia ꝗ quã in ħ amplexꝰ eſt: ipm̃ ſa ctũ excuſabit: ꝗ velle q̃d ꝯtra obediẽtiã hũit ꝑicľoſũ niſi penituerit illi erit. Q̃d nõnulli minꝰ attẽdẽtes licentia quã ꝓ implẽda volũtate ſua expetũt ſepe fallunť. At igiť breuiter loq̃r ⁊ ſuccincte: ſub ip̃a obediẽtia viuẽtes ſunt matrone regalis filie: Ancillaꝝ ỽo noĩe licẽtie adherẽtes accipe. In obediẽtia vero q̇ dicitur ⁊ ip̃a latro rebelliões ſignanť in ordĩe mõaſtico.

De ſimilitudine inter monachũ et denarium: Capitulum xc.

r Urſus a filii poſſumus videre

 147

que in pfecto monacho debeant eſſe.
Tria cuiqꝫ bono inſunt denario: que
cuiqꝫ pfecto debēt ineſſe monacho.
Denarius qppe bon⁹ puro ex ere: re/
cto pōdere monetaqꝫ legitīa debet
cōſtare: Si em̄ vnū ex his defuerit:
venalis eſſe nō poterit. Ut ḡ vena/
lis valeat eſſe: hec tria pariter debet
hr̄e. Hec quoqꝫ debet habere ⁊ mōa
chus vt ꝟe monach⁹ eē reputet̄. Ei⁹
quippe metalli puritas: pura eſt eius
obediētia: Nulla em̄ inobediētie im
puritas: ſꝫ ſola in eo debet eſſe obedi
entia. Rectū vero illi⁹ pōdus: ſtabili
tas eſt ꝓpoſiti eius. Non ḡ leuit̄ ex/
uſſlari debet ab eo qꝺ ceperit: ſꝫ vſqꝫ
in finē pſeuerare ſtabilis. Illius aūt
moneta habit⁹ eſt monachalis atqꝫ
tōſura añ ⁊ retro: ⁊ his ꝯſimilia. Si
cut em̄ denari⁹ a moneta dinoſcitur
cuius ſit regionis: ſic ab iſtis mona/
ch⁹ cui⁹ ſit ordinis. Is aūt monach⁹
qui adeo eſt ſenex vt ante ⁊ retro iaꝫ
neq̄at inclinare: denario illi eſt ſilis
cui⁹ monetā tp̄is antiq̄tas iam dele
uit. Iſte vero q̄ habitū monachalē
nō adhuc ſed vitā ſuſcepit: ⁊ iō no/
men nō habet monachi: aſſimilatur
nūmo pōderoſo: monetā tm̄ nō habē
ti: ⁊ iō nō eque venali: verum ſicut
q̄ theſauꝝ congregare deſiderat: hu
iuſmodi nummum ita vt habentem
monetam amat. Sic deus qui the/
ſauro celeſti nos oēs reponere cupit:
hm̄oi hominē eque vt habitū mona/
chi habentē ibi reponit. Quē aūt vi
derit habitū qdem monachalē hr̄e:
ſꝫ ex ere īpuro: id eſt inobediētē eſſe:
hunc theſauro celeſti nūqꝫ reponit:
ſicut nullus denariū falſum licet ap/
te monetatū ſuo theſauro reponere
q̄rit. Quē ꝟo viderit obedientē eē:
etſi aliq̄n fragilitate peccet hūana: n̄
hūc tm̄ repellit ſi ꝟe peniteat. Ut em̄
a valido dēario denari⁹ fals⁹: ſic a p/
fecto differt monach⁹ imperfect⁹. In
ualidus qppe denarius min⁹ habet
pōd⁹ q̄ꝫ debeat hr̄e: ſꝫ illud qꝺ habet
puro ex ere cōſtat. Falſus vero eādē
quā bon⁹ monetā ꝑtēdit: ſꝫ interi⁹
latet falſitas eris: Sic falſus mona/
chus eundē quē pfectus habitū ha/
bet: ſꝫ inobediētie falſitas interi⁹ la/
tet. Debilis ꝟo ſꝫ obediēs licet nō tā/
tā qn̄ aliqn̄ cadat habeat ſtabilitatē:
obedientie tm̄ retinet puritatē. Mox
etem̄ penitet eū q2 deliq̄t: qꝺqꝫ el p̄/
cipit̄: pura obediētia facit. Ille ḡ vt
denarius falſus a celeſti theſauri re/
pellit̄: hic vero ꝓ ſui modulo vigo/
ris ibi reponit̄. Nihil igit̄ cuiq̄ꝫ pro/
deſt habitū monachi exteriorē habe/
re ſi n̄ ſtuduerit ⁊ interiorē retinere.
Duo qppe ſunt ordinis genera viro
religioſo ꝯueniētia. Unū exterius q̄
religioſus videt̄: aliud vero interi⁹
q̄ religioſus habet̄: Et illud quidē ex
teri⁹ facticiū: hoc vero interi⁹ natu/
ralis eſt ordīs. Facticij quippe ordi/
nis facticie ſunt ꝯſuetudīes: vt in or
dine monachoꝝ repertuntur plures.
Has em̄ hoīes adinuenerūt: q̄buſdā
qꝫ de cauſis rōnabilibus ſeruandas
inſtituerūt. Naturalis vero ordinis
naturales ſunt ꝟtutes: vt hūilitas:
charitas: ⁊ alij plēs. Has em̄ de⁹ ipē
naturalit̄ īdidit hoī ſueqꝫ cā ſalutis
ſuādas mādauit. Ille itaqꝫ facttic⁹
ordo ſine iſto nihil hoī prodeſt: iſte
vero ſine illo etiā ſaluare hominem
poteſt: vt tm̄ ſeruari valeat iſte val/
de neceſſarius ſibi eſt ⁊ ille.

De ſimilitudine inter corrigiā
⁊ ſotularem ⁊ ordinem facticiū ⁊ na
turalem: Capitulum xcj.

[S]Ic em̄ eſt īter ordinē facticiū
⁊ naturalē: quō īter corrigiā
⁊ ſotularem. Corrigia nanqꝫ
ſola colligata pedi: nullo eſt munimē
to pedi: imo magis incōueniēs videt̄
eē ſi ibi ſola circūliget̄. Sotularis ve
ro etiam ſolus pedē munit: ſatiſqꝫ de
center cōuenit ei: ne tm̄ cadat vl' tor/
tus fiat: neceſſaria ſibi eſt corrigia vt
ligetur ex ea: Sic licet facticius ordo
nihil ſolus ꝓſit: ſed magis dedeceat:
naturalis vero ſine illo et ꝓſit ⁊ dece
at: vt tm̄ iſte firmi⁹ teneat̄: neceſſari⁹

ſile ſibi habet. Hinc quippe eſt ꝙ q̄ religionē interiꝰ ſeruare deſiderat: habitu monachali exteriꝰ ſe alligat: qui qđ exteriꝰ demõſtrat: ſp eū eſſe coarguat: Q ſi poſtea noluerit hoc eſſe: magis dedecet eū habitꝰ ipſe. Si eñ verbi grã: monachꝰ ſupbꝰ fuerit qui habitu exteriori hũilitatē ꝑtēdit: mlto incõuenientiꝰ eſſe videt ꝙ ſi careret hũilitatis habitu. Decet igit vt qđ oſtēdit exteriꝰ: ſtudeat ⁊ hr̃e interiꝰ. Nihil eñ pene exteriꝰ habet ĩ habitu vł ꝓfeſſiõe ſine ꝯſuetudine: qđ nõ eū cõmoneat aliqđ interius hr̃e.

De veſtibus monachi: Ca. xcij.

Quod eñ viles nigraſq; fert veſtes: vt ſe vilē reputet pctõrē q; cõmonet. Q ꝙ eiſdē a capite vſq; ad pedes tegit: hoc cum facere a principio vite vſq; ad finem hortat. Hec eñ eſt talaris tunica ⁊ polymita quã filio ſuo ioſeph feciſſe
Geñ. 37. legit iacob pr̃iarcha. Q aũt eedem in modũ ſunt crucis: eum ſp habere cõmonet memoriam dñice paſſiõis.

De corona ⁊ tonſura monachi: Capitulum xciij.

Corona denique capillorumq; tõſura: eū eſſe debere ſacerdotē ⁊ regē demonſtrat. Sacerdotes q̄ppe in lege mitra tegebant caput: ad ſilitudinē cuiꝰ ⁊ huic caput radit. Reges aũt coronis vtunt: ad cuiꝰ ſilitudinē huiꝰ capilli tondent. Hec itaq; cohortant eū vt ſacerdotis ⁊ regis gerat officiū.

De ſpũali ſacrificio monachorum: Capitulum xciiij.

Officiū ſacerdotis erat in lege: generis diuſi pecora mactare. Huius ꝗ ſilr officiū debet eſſe leonē ire ⁊ crudelitatis: lupū rapacitatis: taurū feritatis: vulpem aſtutie: hircū ĩmundicie: glirē ſomnolētie: equū ⁊ mulū luxurie: aſinū pigritie: aliaſq; beſtialia vitia occidere. Regis aũt officiū ꝓpriū eſt regere regnū: hoſtes inde ꝓpellere: ne iniuſto iuſtꝰ iniuriã faciat ꝓuidere: malis deꝓſſis bonos exaltare. Hoc itaq; officiū debet eſſe monachi: vt ſue mētis regnū regat ⁊ corpis: hīc eñ omnia expellere debet vitia: ꝓuidere ne malus bono appetitꝰ reſiſtat: ſ; vt bonꝰ malū ſibi ſp ſbijciat. Quicqđ poſtremo exteriꝰ oſidit in habitu vł ꝯſuetudine vł etiã in ipſa ꝓfeſſiõe: ſtudeat ⁊ interiꝰ hr̃e: Alioqn nihil ſibi corona ſine tõſura ꝓderit vlꝰ ve habitꝰ monachalis. At ſunt plerıq; q̄ factitio ordini ĩputãt ꝙ naturalē nõ ſeruãt: Dicũt eñ bono aĩo ſe pati ñ poſſe qđ eis ĩponunt ꝯſuetudĩes tante. Querunt etiã ꝙ in ſeculo meliores fuerint: eoſq; monachatꝰ deteriores effecerit. Verū q̄ſq̄s h̄ dicit: denario falſo eſt ſimilis.

De ſilitudine inter monachatū ⁊ ignem: Capitulum xcv.

Falſus q̄ppe denarꝰ bonꝰ plerũq; eē videt: at ſi in ignē fuerit miſſꝰ: ꝓtinꝰ falſus eē ꝓbatur. Sic plerũq; male morigeratꝰ hõ: bonis eē moribꝰ videt in ſeculo: verũ ſi rigorē arripuerit aliq̄ inſtinctu mõachatꝰ: culpiſq; poſtmodũ exigentibꝰ regulariter increpatꝰ: ꝓtinꝰ ꝓbat nõ eē qđ videbat. Qui eñ humilis videbat ⁊ patiēs: mox ſuperbus inuenit ⁊ impatiēs. Q ſi h̄ imputauerit ordini: tale ē ac ſi denariꝰ dicat igni: tu me falſũ feciſti. Nõ aũt falſũ eū fecit: ſ; qđ erat oſidit. Sic deniq; iſtũ non ordo male morigeratū effecit: ſ; q̄ h̄ iam eſſe declarauit. Nõ igit ordinē ſ; ſeipm accuſet: moreſq; ꝑuerſos in bonos cõmutet: Niſi eñ eē bonis moribus videat: bona ſi q̄ exterius agit paruipenduntur.

De interiori virtute ⁊ exteriori: Capitulum xcvj.

Duo q̄ppe virtutis ſũt genera: q̄ inter ſeſe ſic differũt vt corpus ⁊ aĩa. Vnũ eñ interiꝰ ⁊ inuiſibile. Aliud vero exteriꝰ ē atq; viſibile. Interiꝰ nanq; eſt charitas: humilitas: patiã: benignitas: ceteraq; ſiliã. Exteriꝰ vero ieiunare: elemoſy-

nas dare: in orōib⁹ vigilare: lachrimari: alia q̄ƺ hm̄ōi. At ſic corp⁹ ſine aīa nō diu ſubſiſtere valet: aīa vero ſine corpe pōt: Sic exteri⁹ gen⁹ ſine interiori n̄ diu ſbſiſtit: cū īteri⁹ faciat ſine exteriori. Diu eīn charitatē hr̄e q̄s pt ētā ſi nō ieiunet: cū diu ꝓ deo ieiunare nō poſſit: ſi eū mō amet. At tn̄ plerū q̄ƺ ſpūs malign⁹ corp⁹ aſſumit: illud q̄ƺ vegetādo ſbſiſtere fac̄: Sic i anis glia cor hoīs intrat: illud q̄ƺ virtutis gen⁹ exteri⁹ ſilat. Sic eīn charitas ieiunare: ſic ⁊ ianis glia facit. At ſicut corp⁹ exaīatū cito feret atq̄ƺ cōtemnit̄: ſic exteri⁹ gen⁹ ſine interiori deſpicit̄. Cū eīn quiſpiā ieiunio q̄dē intētus: ꝫ iraſci facile videt̄: ſi de ieiunio laudet̄ ab aliq̄: ꝯfeſtim rn̄det̄ ab altero: q̄s inq̄t de illius curet ieiunio q̄ ſic iſtat̄ ꝓ nihilo? Si aūt freq̄nti⁹ mādu caret: ꝫ hūilis ⁊ patiēs eſſe videat̄: ſi q2 n̄ ieiunat: ab aliq̄ reꝓhendat̄: ilico ab altero reſpondet̄: Bene vtiq̄ƺ vt manducet promeret̄ quia adeo patiens eſt ⁊ benignus.

De ſimilitudine inter monachū ⁊ hortolanum: Capitulum xcvij.

ſ Ciendū ad virtutes tendenti q̄ agere debeat more hortolani. Hortolan⁹ q̄ppe: q̄ plātare appetit herbas: pri⁹ terre naturā ꝯſiderat vbi eas plātet: Niſi eīn terre earū natura ꝯuenerit: creſcere ⁊ fructificare nullatenu⁹ poterūt. Sic q̄ virtutū facere vlt plātariū: q̄ ī loco plātet eas ſibi ē ꝓuidēdū. Si eīn loc⁹ fuerit vitioſus ⁊ ipſe virtutes in vitia (redigent̄.

De edificāte domū: ⁊ q̄ ſuperbia ſit vallis maxima: beſtijs vitioꝝ plena: Capitulū. xcviij.

r Urſus ſic eum agere decet: velut q̄ domū edificare debet. Qui eīn edificiū facere: vult ſtabile: ſoliditatē pri⁹ cōſiderat terre q̄ ſc3 fundamentū firmū ſupponere: parietē erigere: tectū ſupimpōere: tutuſq̄ƺ poſſit inhabitare: Sic q̄ virtutū vult facere edificiū q̄ ſecur⁹ inhabitet ab inſidijs demonū: q̄ ī loco ſuo ꝯſtituat illd: ſibi eſt ꝓuidēdū: Si eīn loc⁹ nō fuerit firm⁹: nec edificiū diu ſubſiſtere poterit. Hoc itaq̄ƺ ſolū vel terra bona: eſt hūilitas: cuius cūctis ꝟtutib⁹ congruit natura easq̄ƺ velut firmū fundamentū ſuſtētat. Non eſt in altū eleuata ſuperbia: ſicut quidā putant: ſed demiſſa ⁊ vallis maxima beſtijs vitioꝝ plena ⁊ caligine tenebrarum dēſiſſima. Nam q̄to amplius quis ſupbia inuoluitur: tanto lucem veritatis minus intuetur: Nec clare iuſtū ab iniuſto q̄ƺdiu in tenebris: id eſt ī cecitate cordis ſui iacet: diſcernere ſupbos pōt: ꝫ que ſunt diſtorta eque ſectat̄ vt recta. Unde fit vt in valle iſta tenebroſa vitiorū ſit copia quaſi beſtiarū crudeliū multitudo magna. Nam leones crudelitatis: vulpes calliditatis: ſerpentes quoq̄ƺ venenoſe inuidie: rane garrulitatis ⁊ iracundie: cetera etiam vitiorum aīalia ibi ſolēt ſupabūdare. Que q̄to plus cuiq̄ƺ familiares habent̄: tāto minus q̄ƺ ſint crudeles vident̄. Cōſuetudo eīn vitij eſt vt nō facile videat̄ ab illo q̄ eo premit̄: ſed mox vt ceſſauerit ⁊ ab eo ſe alienauerit: tunc demū ꝯſiderat in q̄ta feditate ⁊ miſeria iacuerat: ⁊ q̄ƺ graues morſus malaꝝ beſtiaꝝ tolerauerat.

De monte humilitatis ⁊ ſeptem gradibus eius: Capitulum xcix.

h Umilitas aūt mons magnus eſt: in cuius ſummitate lux eſt non modica: ⁊ honeſtaꝝ perſonarum: id eſt ſanctaꝝ virtutū pulcherrima turba. Sed qui ad hūc peruenire deſiderat: neceſſe eſt vt ꝑ gradus quoſdam aſcendat ſi hunc montem agnoſcere ⁊ inhabitare affectat.

De primo gradu hūilitatis: Ca. c.

p Rimus itaq̄ƺ gradus in monte hūilitatis: eſt cognitio ſui. Hūc vnuſquiſq̄ƺ ſic debet habere vt ſe inferiorem omib⁹ iudicet eſſe: imitā s apoſtolū qui ſe oīm ſuorum coapſtolorū dixit eſſe minimū. Si nā eēt aliq̄s hō q̄ ita peccaſſet: vt do- 1. cor. 15.

minus eius ſibi iuſto iudicio pedes ⁊ manus amputare: oculos eruere et totū corp⁹ dilaniare poſſet: nec tñ faceret: ſed ex ſua miſericordia illū tolleraret: vehement̄ ſe dñi ſui debitorē cognoſcere deberet: ⁊ eo magis hūiliari: quo ſe min⁹ ꝓpenderet meruiſſe a domino ſic tolerari. Nos igit̄ dñm noſtrū in multis offendim⁹ omnes: ⁊ iuſtū vt nos ex vīdicta iuſticie ſue mēbratim poſſet dilaniare: aut iugi languore in pñti affligere: aut penis poſtmodū eternis tradere.

Qꝫ qui in deū peccat: omnē creaturam cōtra ſe excitat: Capitulū cj.

[e]x qua offenſione nō ſolū irā dei ꝓmeruim⁹: ſed etiā totā creaturā aduerſū nos excitamus. Etenī ſi ſeruus alicuius a dño ſuo recederet: ⁊ inimico dñi ſui adhereret: nō ſolū ipſū dñm exacerbaret: ſꝫ etiā totā eius familiā iuſtiſſime irritaret. Cum igit̄ dñm creatorē cunctoꝝ offenderim⁹: aduſum nos oēm creaturam ꝗntum ſpectat ad meritū noſtrū in iram cōmouimus. Poteſt ergo nobis iuſta cōſideratione terra dicere: Non debeo vos ſuſtinere: ſꝫ poti⁹ abſorbere: quiā a creatore meo nō timuiſtis peccādo recedere: ⁊ inimico ei⁹ diabolo ſcꝫ adherere. Pōt etiā cib⁹ dicere ⁊ potus: Non meruiſtis vt vos paſcere debeam⁹: immo potius vt confuſionem vobis preparemus: Ab illo enim peccando receſſiſtis: per quem nec aies eſurit. Sol quoqꝫ: Vobis ad ſalutem nō debeo lucere: ſꝫ ad vindictā domini mei qui eſt lux lucis ⁊ fons luminū penitus coercere. Sic etiā ſingule queqꝫ creature contra nos poſſunt ſurgere irrefragabili ratione. Proinde expedit nobis hūiliari: ne diu dilata vindicta: tanto acrius adueniendo mala noſtra puniat: ꝙto diutius tolerauit qđ pri⁹ punire poterat. At ꝙ humiliemur: qđ ſum⁹: qđ nati fuerim⁹. vel quid fecerim⁹: mente ꝑtractem⁹: et nos viles peccatores multoqꝫ ſupplicio digniſſimos fore cognoſcem⁹. Qui ſe ergo talē iudicat: iam in primo gradu humilitatis ſtat.

De ſecundo gradu humilitatis: Capitulum cij.

[ſ]ecundus gradus eſt dolor. Nam ſunt nōnulli qui ſe peccatores eſſe cognoſcūt: ſꝫ nullum inde dolorē habere dinoſcunt̄: quibus neceſſe eſt vt doleant ſi veniam mereri deſiderant: quia nō valet ad ſalutem vt ſe cognoſcat quis peccatorem niſi inde habeat dolorē. Nam ſi dño ſuo aliqͣs peccaret: ⁊ inde dolorem non haberet: quid putas dominus eius de eo diceret? Quō ei offenſam poſſet dimittere ꝙ diu eum pro offenſione ſua nequaqꝫ ſciret dolorē habere? Ridiculū potius ꝙ aliud videret̄ ſi veniam peteret de hoc vnde ſe non dolere fateretur. Neceſſe eſt enim vt dolorem habeat: quiſquis de perpetratis culpis veniam conſequi deſiderat.

De tertio gradu humilitatis: Capitulum ciij.

[d]einde ſequit̄ ꝯfeſſio: quia qualiter ſe peccator cognoſcat et doleat: cōfiteri ſtudeat. Multi enī ſunt qͥ ſe peccaſſe cognoſcūt et dolēt: ⁊ tñ celāt qm̄qđ ē hꝫ ꝯfiteri erubeſcentes non audēt. Et qꝛ ſciūt confeſſionē neceſſariā ad ſalutē fore: ita in cordibus ſuis corā deo penitent ⁊ illi cōfiteri ꝓponunt: multoqꝫ maiorem penitentiā agūt: ꝙ ſi ꝯfiterentur eis iniūgeret aliqͣs ſacerdotū. Nec ꝓ in hac re penit⁹ decipiunt̄: qꝛ nullus deo quicqꝫ cōfiteri pōt qđ ipſe ignoret: Oīa enī ei nuda ſūt ⁊ apta. Vult itaqꝫ de⁹ vt quicūqꝫ ei peccauerit ac ſi ipſe neſciret: ita ſuo loco alij neſciēti ꝯfiteri ne diſſimulet: quaten⁹ hꝫ iudicio manifeſte comprobet: quia ſi deus hoc ignoraret: ipſe veraciter ei manifeſtaret. Ad hoc ſi is qui maiorem penitentiā ex ꝓprio arbitrio nō ꝯfeſſus vult agere ꝙ aliqͣs ſi cōfiteret̄ vellet ei imponere: putat mai⁹ ſe

De cōfeſſione.

Heb. 4.

feciſſe ex ꝓpria volũtate ꝙ ſi ↄfiteretur: penſent apud ſe ꝗd ſibi pl⁹ conſtiterit: an cõfiteri ⁊ gnã penitẽtiam agere: an ſine ↄfeſſione ſpõtanea voluntate longo penitere tpe. Cumqȝ magis eligit penitentiã gratis ꝑterlare ꝙ reatũ ſuũ p confeſſionẽ manifeſtare: agnoſcat ꝑ certo quia nõ dũ vere cõfeſſioni illam ſuã ſpontaneã penitẽtiam ꝙlibet grauis fuerit adequauit: qm̃ quidẽ nec dum ſibi tãtũ ↄſtitit grauiter clam penituiſſe ꝙtũ ↄfeſſionẽ cui eam facere debuit feciſſe. Quare minus eſt ſemp quẽlibet grauiter ſine cõfeſſione penitere: ꝙ puro ex corde confeſſionem facere.

De quarto gradu humilitatis: Capitulum ciiij.

Cum itaqȝ tres gradus in mõtem humilitatis habeamus: ſequit̃ pſuaſio q̃ vnicuiqȝ habenda eſt: quartus videlicet ꝓlibate virtutis gradus. Cum eñ neceſſarium ſit vt cõfiteamur: Sciendũ eſt ꝙ ita ↄfiteri debemus: vt hoc ipſum qͦ ↄfitemur ita eẽ pſuadeam⁹: Tũc enim pura eſt confeſſio: ſi eam ſequitur voluntaria perſuaſio.

De quinto gradu humilitatis: Capitulum cv.

Quinto igit̃ gradu ↄfeſſio apponat̃: vt ſcȝ q̃lẽ ſe ꝗs cognoſcit: volet: cõfitet̃ ⁊ ſuadet: talem ꝗqȝ ſe ab alijs ↄſentiat iudicari. Sũt eñ plerīqȝ ſatis ſemetipſos iudicãtes: ꝟ neqꝗ ꝓñt ab alijs pati iudicari: vitupari. Qui eñ vt ad mõtẽ vere hũilitatis aſcẽdant: neceſſe eſt vt ſicẽ ſemetipſos deſpiciẽdos iudicant: ſic ⁊ alios ſi ſe iudicando deſpexerĩt: tolerare ſciant: Qua in re opus eſt patiẽtia: q̃ ſexto loco eſt apponẽda.

De ſexto gradu hũilitatis: Ca. cvj.

q̄. Tūc iudas oſculabat̄ eū. Cui di/
xit ieſus: Iuda oſculo tradis filium
hoīs? At illi iniecerūt man⁹ in Ieſū
ꝛ tenuerūt eū. Tūc petr⁹ eduxit gla
diū: ꝛ pcuſſit ſeruū p̄ncipis ſacerdo/
tū q̄ vocabatur malch⁹. A Cō/ C
tigit ibi aliqd̄ miraculū? M Fi/
li⁹ meus applicuit ſibi ſeruū: ꝛ cura/
uit auriculā ei⁹: ꝛ dixit petro: Mit/

Matt.26 te gladiũ tuũ invaginam: Oĩs eñ q̃
accepit gladiũ: gladio ꝑibit: An pu/
tas qꝛ nõ poſſum rogare patrẽ meũ
ꝛ exhibebit mihi plus q̃ȝ duodecim
legiones angeloꝝ. Tunc omnes di/
ſcipuli relicto eo fugierunt. A
Dic piiſſima domina fuiſti tunc cum
illo? M Non. A Quare:
cũ eũ tãtũ diligeres? M Nox in/
ſtabat ꝛ nõ expediebat vt mulieres
tunc foris inuenirent̃. A Ubi ꝗ
dulciſſima fuiſti tunc? M Fui
in domo ſororis mee: matris ioãnis
euãgeliſte. A Quõ ꝗ vel a quo
nũciatũ tibi fuit factũ huiõi? M
Audi nũc qđ multũ eſt lamẽtabile:
Uenerũt diſcipli currẽtes ꝛ lachry/
mabilit̃ clamãtes: O chariſſima do/
mina: dilectus filius tu⁹ magiſter nr̃
captus eſt: ꝛ neſcimus q̃ ducat̃ vł q̃d
fiat ei. A Fleuiſti tunc domina?
M Licet ſcirem ꝙ gen⁹ humanũ
redimere deberet: tñ ꝓpter maternũ
affectũ: doloris gladius animã meã
ꝑtranſiuit. A Quo tũc fuit du
D ct⁹ filius tu⁹ dilect⁹? M De hor
to p̃dicto per vallẽ ioſaphat in ciui/
tatẽ: ꝛ ducebat̃ in palaciũ ſcribaꝝ et
pontificũ ꝛ phariſeoꝝ iuxta tẽpliũ in
domũ anne: ꝛ queſiuit annas de do/
ctrina ei⁹: ꝛ diſcipulis. At ille rñdit:
Ego palam locutus ſum mũdo: ego
ſemꝑ docui in ſynagoga: in templo
vbi omnes iudei conueniũt: ꝛ in oc/
culto locut⁹ ſum nihil: Quid me in/
terrogas? Tũc aſſiſtens vnus mini/
ſtroꝝ dabat ei alapã inexpte crude/
litatis dicẽs: Sic rñdes põtifici? Fi/
lius aũt me⁹ vt agn⁹ mãſuetus rñdit
ei: Si male locut⁹ ſum: teſtimoniũ ꝑ
hibe de malo: ſi aũt bene: q̃d me ce/
dis? Tũ eligauerũt oculos eius tã/
q̃ȝ furi: Qđ tñ nulli fit niſi prius cõ
demnet̃. Et illuſerunt ei tota nocte
ſpuẽtes in faciẽ ſuã: ꝛ ꝑcutientes eũ
dixerũt: Prophetiza nobis: q̃s eſt q̃
te ꝑcuſſit? Johẽs vero exiſtẽs intus
qui not⁹ erat põtifici: introduxit pe
trũ. Quẽ videns oſtiaria dixit: Tu
es ex diſcipulis hoĩs iſtius. Petrus
vero ter negauit cũ iuramẽto ꝙ nũ
q̃ȝ eũ vidiſſet neq; nouiſſet: Et ſtatĩ
gallus cantauit. Et ↄuerſus ieſus re/
ſpexit petrũ: Et recordatus eſt petr⁹
verbi domini qđ dixerat ei: Quia pri
us q̃ȝ gallus cantet: ter me negabis.
Et egreſſus petr⁹ fleuit amare. A E
Ubi fuiſti chariſſima dña cũ hec
fierent? M Statim cũ diſcipu/
li mihi dixiſſent q̃ facta fuerãt: om/
nia oſſa mea cõtremuerũt: ſurgẽſq;
cucurri cũ Maria magdalena iuxta
templũ: audienſq; tumultũ: volui in
trare: ſed non fui ꝑmiſſa: vnde ſta/
bam foris plorans ꝛ clamans: Heu
dilecte fili mi: lumen oculoꝝ meoꝝ:
quis dabit capiti meo aquã ꝛ oculis
meis fontẽ lachrymarũ: vt plangam
interfectũ filij mei? Maria ergo ma/
gdalena circuibat vndiq;: ꝛ introſpi
ciẽs ꝑ feneſtras: ꝛ audiens negatio/
nem petri: cõmota eſt in totis viſce/
ribus ꝓ deſolatiõe vnici filij mei: eo
ꝙ princeps diſcipuloꝝ eũ negaſſet:
ꝛ dixit: O ieſu bone: q̃lẽ finẽ ſortit⁹
es: vel quid fiet de te: cum iſte prin/
ceps diſcipulorũ te negauerit? O ie/
ſu nõ te negabo in eternũ. Ego autẽ
ſtabã plena dolore audiens omnes
illuſiones ꝛ ↄtumelias q̃s filio meo
dilecto inferebãt: ꝛ petrũ negantem
et oĩa que tota nocte ibi fiebant. Cũ
ergo petrus eũ tertio negaſſet: filiuſ
q; meuſ eũ reſpexiſſet: ꝛ ꝓpter qđ eũ
negauerat fleuiſſet amare: egreſſus
foras inuenit nos foris ſtantes: cui
cũ dolore dixi: Petre petre q̃d agit̃
cum ieſu? Qui clamãs ꝛ eiulans la/
chrymoſa voce reſpõdit: Heu chariſ
ſima dña abſq; miſericordia tractat̃
et cruciat̃ vſq; ad mortẽ. Et currens
abſcõdit ſe ꝑ timore in lapide qui vo
cat̃ gallicantus: ꝛ nõ comparuit do
nec ieſus mortu⁹ fuit in cruce. A
F Dic dña chariſſima quid feciſti cũ
h audires? M Gladius ſymeo/
nis ꝑtrãſiuit aĩaȝ meã. A Quid
factum fuit poſt hec? M Mane

facto eduxerũt eũ de domo Anne: ⁊
duxerunt eũ ad cayphã principẽ ſa/
cerdotũ: Tunc primo poſtꝙ captus
fuerat vidi eum: et accurrens quaſi
leena raptis fetib⁹: videbã illã deſi/
derabilẽ faciẽ ſputꝭ iudeoꝝ macula/
tã: dicẽs lachrymãdo: Heu dilectiſ/
ſime fili: ꝙ miſerabilitẽ te mõ video:
q̃ totiẽs tuo dulciſſimo aſpectu gau/
debam: Et volẽs illũ amplecti: non
fui ꝑmiſſa accedere: ſꝫ truſa a iudeis
huc ⁊ illuc: ꝯtumelioſe ſũ amota: et
pplis vndiqꝫ ꝯcurrebat: ſicut qñ fu/
res ⁊ latrones ꝯdemnantur. A

Habuiſti tunc aliquam ſpem ꝙ li/
berari poſſet? M Etiã: ſciebam
eñi ꝙ ita ingenioſus fuit et facũdus:
⁊ ſperabam ꝙ ſe excuſaturus eſſet: ſi
Isa. 35. ad iudiciũ veniret: Tũ ſtetit quaſi
agn⁹ mãſuetiſſimus ⁊ nõ aperuit os
ſuũ. Item fuit etiã ita amicabilis ꝙ
ſperabã ꝙ deberent ei⁹ miſereri. Et
modico tꝑe dilapſo: adeo ꝯſput⁹ fuit
ꝙ q̃ſi leproſus apparebat. Inuene/
rũt eñi mlta falſa teſtimonia: dicẽtes
eũ eſſe legis deſtructorẽ ⁊ ppli ꝑuer
ſorẽ. Tandẽ duo falſi teſtes acceſſe/
rũt dicẽtes: Hic dixit: Poſſum de/
ſtruere tẽplũ dei: ⁊ poſt triduũ reedi
ficare illud: Et cayphas dixit: Dic no
bis ſi tu es xp̃s? Jeſus reſpõdit: Si
dixero vobis: nõ creditꝭ mihi: Si au
tem interrogauero vos: nõ rñdetis ne
qꝫ dimitteris: Amẽ dico vobis: amõ
videbitis filiũ hoĩs ſedentẽ a dextrꝭ
ꝟtutis dei: ⁊ venientẽ cũ nubib⁹ celi.
Tunc princeps ſacerdotũ ſcidit ve/
ſtimẽta ſua: ⁊ ait: Quid adhuc deſi/
deram⁹ teſtes? Audiſtꝭ blaſphemiã:
Quid vob̃ videt̃? Tunc oẽs clama/
bãt: Reus eſt mortis. Hac plata ſen
tentia: gladi⁹ ſymeõis ꝑtrãſiuit ani
mã meam. A Quo tũc ductus
fuit? M Ad iudicẽ pilatũ. A

B Sperasti ibi aliq̃d dña chariſſi/
ma? M Multũ ſperauerã: cum
turba ꝯueniſſet cui ſepe dulcitẽ p̃di/
cauerat: ⁊ q̃ꝝ infirmos ſanauerat: et
eos in deſerto pauerat ꝙ eũ de mani/
bus iudeoꝝ liberare deberẽt. Tunc
vnanimitẽ clamabãt coram pilato:
Crucifige crucifige eũ. Et ĩpoſuit ei
turba ꝙ dixerat ſe filiũ dei eſſe: ⁊ ꝙ
ꝓhibuiſſet tributa dari ceſari. Tunc
pilat⁹ q̃ſiuit eũ ð regno ſuo dicens:
Tu es rex iudeoꝝ? Et rñdit ieſus: A
temetipo h̊ dicꝭ: an alij tibi dixerũt de
me? Rñdit pilat⁹: Nũq̃d ego iude⁹
ſũ? Gẽs tua ⁊ põtifices tradiderũt te
mihi: q̃d feciſti? Rñdit ieſus: Regnũ
meũ nõ ẽ ð h̃ mũdo: ſi ex h̃ mũdo eſ/
ſet regnũ meũ: miniſtri mei vtiqꝫ decer
tarẽt vt nõ traderer iudeis: nũc aũt
regnũ meũ nõ ẽ ð h̃ mũdo. Dixit ita
qꝫ pilat⁹: Ergo rex es tu? Rñdit ie/
ſus: Tu dicꝭ: q2 rex ſũ ego: Ego ad
h̊ nat⁹ ſũ ⁊ ad h̃ veni ĩ mũdũ vt te/
ſtimoniũ ꝑhibeã ꝟitati: oĩs q̃ ex ꝟi/
tate eſt audit vocẽ meã. Dixit ei pi/
lat⁹: Quid ẽ ꝟitas? Hãc q̃ſtionẽ nõ
ſoluit ei xp̃s: q2 ſi ſoluiſſet: eũ vtiqꝫ
liberaſſet: ⁊ iõ gen⁹ hũanũ redẽptũ
nõ fuiſſet. Tũc iudas videẽs ꝙ dãna/
tus eẽt: penitẽtia duct⁹: retulit trigĩ/
ta argẽteos p̃ncipib⁹ ſacerdotũ ⁊ ſe/
niorib⁹ ppli dicẽs: Peccaui: tradẽs
ſanguinẽ iuſtũ. At illi dixerũt: Quid
ad nos: tu videris: Et ꝓiectꝭ argen/
teis ĩ tẽplũ receſſit ab eis: ⁊ abiẽs la/
queo ſe ſuſpẽdit. Pilat⁹ aũt ꝯuoca/
tis p̃ncipib⁹ ſacerdotũ ⁊ magiſtratib⁹ ⁊
plebe: dixit ad eos: Nullã cãm inue/
nio mortꝭ ĩ hoĩe iſto ex his ĩ q̃b⁹ eum
accuſatꝭ. At illi ĩualeſcebãt dicẽtes:
Cõmouit ppl̃m docẽs ꝑ vniũſã iu/
deã ĩcipiẽs a galilea vſqꝫ huc. Tũc
pilat⁹ audiẽs galileã: ⁊ ꝙ galileus
eẽt: miſit ieſũ ad herodẽ: q̃ ⁊ tũc erat
hieroſolymis. Herodes aũt viſo ie/
ſu gauiſus ẽ valde: Erat eñi ex multo
tꝑe cupiẽs videre eũ: eo ꝙ audierat
mlta ð eo: ⁊ q2 ſperabat aliq̃ð ſignũ
ab eo fieri. Interrogabat ḡ ieſum multꝭ
ſmõib⁹: videlꝫ ſi eſſet ille puer quẽ
pr̃ ſu⁹ volebat interficere: ⁊ ꝓpt̃ eum
multos pueros interfecerat. Itẽ ſi eẽt
ille q̃ cecos illuminauerat ⁊ q̃ lazarũ
ſuſcitabat ⁊ adoleſcẽtẽ filiũ vidue: ĩ

porta ciuitat̃ naym: ⁊ mlt̃a alia mi/
racl'a feciſſet: ⁊ rogauit eũ vt aliqͦd ſi/
gnũ faceret: ꝓmittẽs vt eũ de manu
iudeoꝝ eripet. Jeſus aũt nihil ei re/
ſpõdit. Et poſuit herodes coronam
ſup caput eius: ꝓmittens ꝙ ſi faceret
ei ſignũ ꝙ ipm regni ſui ꝑncipem fa/
ceret ⁊ pariter coheredẽ. Iſta coro/
na romani coronant̃ impatores. Je/
ſus aũt nõ reſpõdit ei. Stabãt autẽ
principes ſacerdotũ ⁊ ſcribe ꝯſtãter
accuſantes eũ. A O dulciſſima
h quid tũc ſperabas? M Sciebã
herodẽ eſſe regẽ natural' elegãtie: et
ĩõ ſperabam ꝙ regi excellẽtiſſimo fi
lio meo parcere debuiſſet. Spreuit
aũt filiũ meũ: ⁊ indutũ veſte alba re
miſit eũ pilato: Et facti ſũt amici he/
rodes ⁊ pilatus: nã antea amici nõ
erãt adinuicẽ. Sciẽs aũt pilat⁹ quã/
ta ĩmanitate ⁊ crudelitate in mortẽ
filij mei ꝯſpirauerĩt iudei: ꝓmiſit q̃ſ/
dã qui Jeſũ ab herode ꝯducerẽt: ne
ipm in via interficerent. Remiſſo er/
go filio meo: ꝯuocatis pilat⁹ oĩbus
iudeis dixit ad eos: Obtuliſtis mihi
Luc. 23. hũc hoĩem quaſi auertentẽ ppl'm: et
ecce ego corã vobis interrogãs: nul
lã cauſam mortis in eo ĩuenio ex his
in quib⁹ eũ accuſatis: Sed neq; he/
rodes: nã remiſi vos ad illũ: Et ec/
ce nihil dignũ morte actũ ẽ ei: Emẽ/
datũ ergo illũ dimittã? At illi pete/
bãt barrabã qui ꝓpter homicidium
miſſus erat in carcerẽ. Pilat⁹ dixit:
Quid eũ mali fecit? Nullã cauſam
mortis inuenio in illo: corripiã ḡ eũ
⁊ dimittã? At illi inſtabant vocibus
magnis vt crucifigeret̃ clamantes:
Crucifige crucifige eũ. Sedẽte ergo
pilato ꝓ tribunali: miſit ad eũ vxor
Mat. 27 ſua: Nihil tibi ⁊ iuſto illi: Multa eñ
in hac nocte paſſa ſum ꝑ viſum pro
pter illũ. Pilat⁹ aũt ſperans ꝙ cru/
delitati iudeoꝝ ſatiſfacere deberet:
Joh. 19. apphẽſum Jeſũ flagellari fec̃ ĩ ſta/
tua ligatũ: ita ꝙ a planta pedis vſq;
ad verticẽ nõ eſſet ĩ eo ſanitas. Hec
ſtatua ita ſpiſſa fuit qͦd circa duas
ſpannas man⁹ manũ tãgere nõ po/
tuit. Vñ accipiebãt corrigias: ⁊ ma/
nus ei⁹ ligabãt. A Speraſti ibi I
aliq̃d dñã chariſſima? M Mul
tũ ſperauerã ꝓpt̃ hãc cãm quã tibi
manifeſtabo: Delicata enim ⁊ natu/
ralis ingenuitas ⁊ mẽbroꝝ principa
liũ cõpages mihi matri ei⁹ ſolũmo/
do nota ſpem p̃ſtitit: Eſtimabã ſiq̃/
dem ꝙ nudato corpe formoſis mem
broꝝ liniamẽtis victi parcerẽt: ſ; heu
in momẽto tpis: totalis corpis ei⁹ ſu
perficies: ita ſanguine ſuꝑfundebat̃
ac ſi purpura eſſet circũdatus: ⁊ in/
ſtuporem et deformitatẽ trãſforma/
tus: oĩbus apparuit q̃ſi lepra ꝑcuſ/
ſus. Milites vero plectẽtes coronã
de ſpinis impoſuerunt capiti eius: et
veſte purpurea circũdederunt eũ ac
veniebãt ad eũ ⁊ dicebant: Aue rex
iudeoꝝ: ⁊ dabãt ei alapas. Hãc co/
ronam habet rex frãcie. Hec corona
nõ fuit de ſpinis: ſ; d' iũcis marinis:
q̃ hñt acutiores aculeos q̃ȝ vere ſpi/
ne. Hãc coronã cũ lancea percutien
tes capiti eius imprimere conabant̃
ita ꝙ ſanguis ꝑ ei⁹ faciẽ defluebat:
⁊ ſic cruentatũ eduxit eũ pilatus fo/
ras: ⁊ dixit: Ecce rex veſter. Illi aũt Ibidem.
clamabãt: Tolle tolle crucifige eũ.
Rñdit eis pylat⁹: Accipite eũ vos ⁊
crucifigite. Reſpõderũt: Nos legẽ
habem⁹: et ſm hãc legẽ debet mori:
q; filiũ dei ſe dicit. Cũ ergo audiſſet
pilat⁹ hos ſermones: magis timuit:
Et ingreſſus pretoriũ: dicit ad Jeſũ:
Unde es tu? Jeſus aũt reſpõſum nõ
dedit ei. Dicit ei pilat⁹: Mihi nõ lo/
queris? Neſcis q; poteſtatem habeo
crucifigere te: ⁊ poteſtatẽ habeo di/ Joh. 19
mittere te? Reſpõdit Jeſus: Nõ ha/
beres poteſtatẽ aduerſũ me vllã: ni/
ſi tibi datũ eẽt deſup: Propterea q̃
tradidit me tibi maius pctm̃ habet.
Et exinde q̃rebat pilatus dimittere
eũ: Judei aũt clamabãt dicẽtes: Si
hunc dimittis: nõ es amicus ceſaris.
Uidẽs autẽ pilat⁹ ꝙ nihil ꝓficeret: Mat. 27
ſed magis tumultus fieret: accepta

aqua lauit manus coram omni po/
pulo et dixit: Innocens ego ſum a
ſanguine iuſti huius: vos videritis.
Et reſpōdēs vniuerſus populꝰ dixit:
Sanguis eiꝰ ſup nos ⁊ ſup filios no
ſtros. Inſtabāt ꝗ magnis vocibꝰ vt
crucifigeret: ⁊ inualeſcebant voces
eoꝝ: Et pilatꝰ adiudicauit fieri peti/
tiones eoꝝ. Dimiſit aūt illis eū q̄ ꝑ/
pter homicidiū miſſus fuit in carce/
rem quē petebāt. Ad nimiā aūt ple
bis inſtantiā pilatꝰ huiꝰ morti ſen/
tentiā ꝓtulit ad filiū meū dicēs: Je
ſum nazarenū abiudico vite: ⁊ adiu/
dico morti ignominioſe crucis. A
R Quid feciſti dulciſſima cū h̄ au/
dires? M Hac ꝓlata ſentētia:
gladius ſymeonis ꝑtrāſiuit cor meū
et aīam meā. A Quid factum
fuit poſt hec? M Suſceperūt ie
ſum dilectū filiū meū ⁊ eduxerūt eū:
Joh. 19. vt ſcribit Joānes: ⁊ baiulās ſibi cru
cē exiuit in eū locum q̄ dicit caluarie
locus: vbi eū crucifixerunt; Cruxq̈
adeo magna erat ꝙ habuerat q̇nde/
cim pedes ī lōgitudīe: Et adeo debi/
litatus erat filiꝰ meꝰ p̄terita nocte: et
illa die: ꝙ eam portare nō poterat.
Luc. 23 Unde ⁊ lucas ſcribit: Apprehēde/
runt ſymonē quendā cyrenenſem:
⁊ impoſuerūt illi crucē portare poſt
vnicū filiū meū: Quod fecerūt nō cau
ſa miſerationis ꝙ cōpaterent ei: ſed
q꞉ p̄ debilitate id facere nō poterat.
R A Sequebant aūt alique mul/
eres eū educeret? M Tota tur/
Ibi. 5. ba conueniebat. Ut lucas ſcribit: Se
quebat aūt illū turba multa ppli et
mlieꝝ q̇ plāgebāt ⁊ lamentabāt eū.
Seq̄bant etiā pueri ꝓiciētes lutū ⁊
lapides in eū.. Cōuerſus autē filius
meus ieſus ad mulieres dixit: Filie
hierusalē nolite flere ſup me: ſed ſup
voſ ipos flete ⁊ ſup filios veſtros q̇
lutum ⁊ lapides mittūt in me: neſciē
tes quid faciūt: qm̄ ecce dies venient
in quibꝰ dicēt: Beate ſteriles ⁊ ven
tres qui non genuerunt: et vbera
que non lactauerūt. Tunc incipient

dicere montibus: cadite ſuper nos:
⁊ collibꝰ: operite nos: Quia ſi in vi/
ridi ligno: hoc ē ī puericia h̄ factūt:
in arido: hoc eſt in ſenectute q̇d fiet?
Uel ī viridi ligno: hoc eſt in me: in
arido: h̄ eſt ī alijs ſanctis meis quid
fiet? Ducebant ⁊ alij duo nequā cū
eo vt crucifigerent: Hoc fecerūt ad
ſui maiorē ꝯfuſionē. Cū aūt educe/
ret filius meꝰ principalis cū duobꝰ
ſceleratis extra portā ciuitatis cū in
genti p̄ſſura irruētis ppli ⁊ inſultan/
tis: volui eū ſequi ⁊ videre: ſ; nō po
tui p̄ maxīa ppli mltitudine q̄ ad op
probriū filij mei ꝯuenerat. Sꝫ tan/
dem vna cū maria magdalena deli/
berabā: ꝙ p viā obiacentis platee
circa quēdā fontē cucurrimꝰ: q̄tenꝰ
illi obuiā veniremus: Et cū venire/
mus iuxta fontē: obuiū habuimꝰ me/
um filiū deformatū: ꝯſſum omni do
lore. Qui benigne inclinās ſe ad me
dicebat: Auemat: Ac ſi diceret: gra
tes tibi refero electa mater mea pro
multimodis bn̄ficijs mihi impēſis: ⁊
ꝓ mlto labore quo in ſūma paupta/
tis adiectiōe enutriuiſti tēpiū corpo
ris mei: ⁊ nūc in deſtructiōe ꝯſtitu/
tū inter cōtumelias ⁊ opprobria ſeq̄
nō dedignaris nec vereris: q̈uis om
nibus ꝯtēptui habeamur. Et poſtq̈
venerīt ī locū caluarie: ibi eū crucifi/
xerūt: ⁊ latrōes cū eo: vnū a dextris:
et aliū a ſiniſtris. A Quō fece/
runt ei? M Audi anſelme: qđ M
mō referā nimis ē lamētabile: ⁊ nul/
lus euangeliſtarū ſcribit. Cū veniſ/
ſent ad locū caluarie ignominioſiſſi/
mū vbi canes ⁊ alia morticina ꝓ/
ijciebant: nudauerūt ieſum vnicum
filiū meū totaliter veſtibꝰ ſuis: ⁊ ego
exanimis facta fui: tamē velamē ca/
pitis mei accipiens circūligaui lūbis
ſuis. Poſt h̄ depoſuerīt crucē ſup ter
rā. ⁊ eū deſup extēderūt: ⁊ incutie/
bant primo vnū clauū adeo ſpiſſum
ꝙ tūc plene ſanguis nō potuit ema/
nare: ita vulnꝰ clauo replebat. Ac/
ceperūt poſtea funes ⁊ traxerūt ali/

ad brachium filij mei ieſu: ꝛ clauum
ſecūdū ei īcuſſerit. Poſtea pedes fu
nibꝰ traxerūt ꝛ clauū acutiſſimū īcu
tiebāt: ꝛ adeo tēſus fuit ꝙ oīa oſſa
ſua ꝛ mēbra apparebāt: ita vt īple/
Ps. 21. ref illō: Ps. Dinumerauerunt oīa
oſſa mea. Et tūc īpleta fuit ꝓphetia
ipiꝰ dauid: id ē ipiꝰ xp̄i dicēꝭ in pſ̄.
Ps. 44 Audi filia ꝛ vide: Quaſi diceret fi/
lius meꝰ: Audi chariſſima maꝛ mea
ſonū malleoꝝ: ꝛ vide q̄lr manꝰ meas
ꝛ pedes meos ꝯfixerūt: q2 nemo mi/
bi ꝯpatiꝛ niſi tu ſola mr̄ mea electa:
audi ꝛ vide ꝛ ꝯpatere mihi. Hec au
dieꝰ ꝛ videꝰ, gladiꝰ ſymeōis coꝛ meū
ꝛ aīam meā trāſfixit. Poſt h̄ erexe
rūt crucē cū mag̃ laboꝛe: ꝛ fuit adeo
alte ſuſpēſus ꝙ eiꝰ pedes nunꝗ at/
tingere poterāt: Et cū erectꝰ fuiſſet
tūc ꝓpꝛ pōderoſitatē corpꝭ vulne/
ra lacerata ſt ꝛ apta: ꝛ tūc p̄mo ſan/
guis ꝺ manibus ꝛ pedibꝰ copioſius
emanauit. Ego aūt induta fui qua/
dā veſte qua mulieres regionis illiꝰ
vti ſolēt: q̄ tegiꝛ caput ꝛ totū coꝛpꝰ:
et eſt quaſi lintheū: ꝛ fuit iſta veſtis
M tota reſperſa ſanguie. A Quid
factū eſt poſt h̄? M Poſtꝗ cru
cifixerūt filiū meū: diuiſerūt ſibi ve/
ſtimēta ſua: ꝛ mittebāt ſortē ſup ve/
ſtē incōſutilē: vt impleretꝛ qꝺ dictū
Ps. 21. eſt p ꝓphetā: Diuiſerūt ſibi veſtimē
ta mea: ꝛ ſup veſtē meā miſerūt ſor/
tē. Et ſedētes obſeruabāt eū. Et ſcri
Mat. 27 pſit pilatꝰ ſup caput eiꝰ lr̄is: hebraicꝭ
grecis ꝛ latinis: Jeſus nazarenꝰ rex
iudeoꝝ. Tūc iudei rogabāt pilatum
Joh. 19. vt nō ſcriberet Rex iudeoꝝ: ſꝫ q2 di/
xit: Rex ſum iudeorum. Pilatus re/
Mat. 27 ſpondit: Qꝺ ſcripſi ſcripſi. Prete/
reūtes aūt blaſphemabāt eū mouen
tes capita ſua ꝛ dicētes: Vah q̄ de/
ſtruit tēplū dī ꝛ pꝰ triduū reedificat
illō: Salua temetipſ̄: ſi filiꝰ dei es de
ſcēde nūc de cruce. Silr̄ ꝛ p̄ncipes ſa/
cerdotū illudētes cū ſcribis ꝛ ſenio/
ribꝰ dicebāt: Alios ſaluos fecit: ſe/
Ibidem. ipm̄ nō pōt saluū facere: Si rex iſrl̄ ē
deſcēdat nūc ꝺ cruce ꝛ credimꝰ ei: Cō

fidit ī dō: liberet eū nūc ſi vlt: dixit eīm
Quia filiꝰ dei ſū. A Quid ad
huiōi īſultꝰ rūdit filiꝰ tuꝰ? M Di/
lectꝰ meus oꝛauit ꝓ eis dicens: Pa Luc. 23.
ter dimitte illis: q2 neſciunt quid fa/
ciūt. Et ſtabat ppl̄s expectās: ꝛ deri/
debat eū. Tūc matri potuit dicere il
lud pſ̄. Audi filia ꝛ vide. Audi vo Ps. 44
ces blaſphemantiū filiū tuū: ꝛ vide
doloꝛē meū: Scis eīm ꝙ ꝺ ſpū ſctō cō
cepiſti me ꝛ ꝙ ꝟgo genuiſti me: ꝛ q̄/
liꝛ aluiſti me: Vn̄ exquo iſti nō cre/
dūt in me: tu tamē crede in me ꝛ cō/
patere. Tūc iteꝝ gladiꝰ ſymeōis ani
mā meā pertrāſiuit. Audiēs hoc la
tro qui a ſiniſtrꝭ pēdebat inſultabat
ei dicēs: Si tu es chꝛiſtꝰ ſalua temet Luc. 23.
ipm̄ ꝛ nos. Rūdens aūt alter qui a
dextris pendebat: increpās eū dixit:
Neq3 tu times deū quī ī eadē dam/
natiōe es: ꝛ quidem nos iuſte: q2 di/
gna factis recipimꝰ: h̄ ꝟo nihil mali
geſſit. Et dicebat ad ieſū: Memento
mei dn̄e dū venerꝭ ī regnū tuū. Et di
xit illi ieſꝰ: Amē amē dico tibi hodie
mecū erꝭ ī paradiſo. A Quid feci/
ſti tūc dn̄a chariſſima? M Stabā
iuxꝭ crucē tā plena meroꝛe ꝙ ꝯſola/
tionē ferre nō poteram: ꝛ mecū ſta/
bāt ſoroꝛes mee ꝛ maria magdalēa.
Et cū filius meꝰ vidiſſet me ꝛ ioan/
nē diſcipłm ſuū quē diligebat: dixit:
Mulier ecce filius tuꝰ. O ꝗ miſera/ Joh. 19.
bilis licētia. Deinde dicꝭ diſciplō: Ec
ce maꝛ tua. Erat aūt q̄ſi hora ſexta:
et facte ſūt tenebꝛe ſuper vniuerſam
terrā vſq3 ad horā nonam: Et cla/ Mat. 27
mauit ieſus voce magna dicens: Eli
eli lamma azabtani: Hoc eſt deus
meus deus meus vt quid dereliqui/
ſti me? Quidam aūt dicebant: He/
liam vocat iſte. Sine: videamus ſi
veniat helias liberās eum. Poſtea
ſciens ieſus quia oīa cōſūmata eēnt
dixit: Sitio. Quid dn̄e ſitis? Salu/ Joh. 19.
tem petōꝝ. Erat aūt vas poſitū ace/
to plenum: ꝛ currens vnus implens
ſpongiā aceto ꝛ circūponens haſte
dabat ei bibere vt citiꝰ moꝛeretꝛ: Et

cũ guſtaſſet: dixit: Conſummatũ eſt.
Luce 23. Et poſt hoc dixit: Pater in manꝰ tu-
as cõmendo ſpiritũ meũ. In hac cõ-
mendatiõe cũ hoſtia ſanguinis com
mẽdabat chriſtus deo patri matrem
dulciſſimã que celulũ eſt ⁊ puriſſi-
mũ habitaculũ ſanctiſpiritus: vna
cum omnibus qui de ſpũſancto vi-
cturi ſunt vſqꝫ in finẽ ſeculi. Et poſt
Joh. 19. Inclinato capite tradidit ſpiritum.
Matt. 27 Tunc velũ templi ſciſſum eſt in du-
as partes: a ſummo vſqꝫ deorſum: et
terra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe ſũt ⁊ ma
xime illa petra ĩ qua ſtetit crux ſciſſa
fuit ita vt manꝰ iponi potuiſſent: et
monumenta aperta ſunt: ⁊ mlta cor
pora ſanctoꝝ qui dormierunt ſurre-
xerunt: ⁊ exeũtes de monumẽtꝭ poſt
reſurrectionẽ eius venerũt in ſanctã
ciuitatẽ: ⁊ apparuerũt multꝭ. Cẽturio
autẽ ⁊ qui cum eo erant cuſtodiẽtes
ieſũ: viſo terremotu ⁊ his q̃ fiebãt:
Luc. 23. timuerũt valde: ⁊ ipſe centurio glo-
rificauit deum dicens: Vere hic hõ
iuſtꝰ erat. Ecce quomõ omnia elemẽ
ta chriſto cõpatiebãť: ſoli aũt iudei
indurati fuerũt: Et omẽs q̃ ſimul ad-
erant ad ſpectaculũ iſtud ex eis: vi-
dentes que fiebãt: pectora ſua pcu-
tientes reuertebanť. Stabant autẽ
omnes noti eius delõge: ⁊ mulieres
que ſecute erãt eum a galilea hec vi-
Q dentes. A Chariſſima dña ha-
buit adhuc finẽ dolor tuus? M
Nõ anſelme: quia nondũ plene pro
Luce. 2. phetia ſymeõis impleta fuit: ſcꝫ: Et
tuã ipſius animã ptrãſibit gladius.
Audi ergo qđ ſuper omnia eſt lamẽ
tabile: Iudei ẽ qm̃ paraſceue erat
rogabãt vt non remanerent in cruce
corpa ſabbato. Erat em̃ magnꝰ dies
ille ſabbati: rogabãt pilatũ vt fran-
gerenť coꝝ crura ⁊ tollerenť: Vene
runt autem milites: ⁊ primi fregerũt
crura ⁊ alterius qui crucifixus erat
cũ eo: Ad ieſum autẽ cũ veniſſent
et viderẽt eũ iã mortuũ: nõ fregerũt
eius crura: ſed vnus militũ: lancea
Joh. 19. latus eius aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit
ſanguis ⁊ aqua. Cũ qꝫ hoc viderem
q talem crudelitatẽ in iam mortuũ
exercerẽt: q̃ſi exanimis iam facta fui:
et tunc vere impleta eſt ꝓphetia ſi-
meonis que dicit: Et tuã ipſius ⁊c.
Et tunc cepi clamare ⁊ eiulare: ſed
iam oĩno lachꝛyme in me defecerunt
tantũ fleuerã nocte preterita ⁊ die il
la: ⁊ dicebam: Eia dulciſſime fili mi
vbi eſt nunc cõſolatio quã ſemꝑ in
te habui? Quis mihi det vt ego mo-
riar ꝓ te fili mi ieſu? His ⁊ alijs ſimi-
libus dulciſſimi vnici mei filij mortẽ
deplãxi. Tũc magnũ gaudiũ fuit fa
ctum in limbo quãdo anima chriſti
in ipm̃ deſcendit: ⁊ patres inde libe-
rauit: ⁊ limbũ deſtruxit: ⁊ infernum
obſtruxit: ita q nullus xp̃ianꝰ illuc
venire poterit niſi proprio ſuo arbi-
trio: nec aliquis eorum qui intus
ſunt: ante diem iudicij exire potent.
Tribus aũt vectibꝰ infernũ obſtru-
xit. Et hec eſt rõ: quia ante mortẽ ſu
am nullã habuerunt contritionẽ: cõ
feſſionem vel ſatiſfactionẽ: quos nul
lus ante paſſionẽ chriſti habere po-
tuit: ſcꝫ cõtritionẽ: cõfeſſionẽ: ſatiſ-
factionẽ. A Quid factũ fuit poſt
hec? M Poſt hec rogauit pila- B
tum ioſeph ab arimathia vt tolleret
corpus ieſu dicens inter alia: Domi-
ne: niſi corpus cito tradiderꝭ: hone-
ſta mulier mater ipſius iuuenis mo-
ritur ꝑ dolore. Pilatus queſiuit ſi
iam mortuus eſſet. Et expertus a
centurione de omnibus que ibi acci-
derant: iuſſit dari corpus chriſti. Et
venit ioſeph ⁊ tulit corpus ieſu. No
ta hic anſelme q multũ eſt lamẽta-
bile: Dum ioſeph corpus depone-
ret: ſtabam ſurſum reſpiciens quan-
do brachium diſſolueret vt tange-
rem ⁊ deoſcularer ſicut ⁊ feci: ⁊ cum
depoſitus eſſet de cruce: poſuerũt eũ
ſup terrã bene ad tres paſſus ꝺ loco
crucis: Et ego caput eius ĩ ſinũ meũ
recipiẽs amariſſime flere cepi: dicẽs:
Heu dulciſſime fili q̃lẽ ꝯſolationẽ de
te habeo quẽ nũc mortuũ coram me

video. Tūc accurrēs ioannes euā/
geliſta: cecidit ſuꝑ pectꝰ ieſu plorās
⁊ dicēs: Heu heu de iſto pectore he/
ri potabaꝫ dulcia: hodie triſtia ⁊ la/
mētabilia. Tunc petrꝰ aduenit: ⁊ ꝙ
ipm negauerat amariſſime flere ce/
pit. Tūc maria magdalena plꝰ om/
nibꝰ flere cepit ſuꝑ dnm ſuū dicens:
Quis mihi mō pctā dimittet? Quis
me mō excuſabit apꝺ ſimonē ⁊ apud
ſororē meā? Accūt etiā iacobꝰ ꝗ fra/
ter filij mei appellabat̃: qui ſimilli/
mus ſibi erat: ⁊ cū multis lachrymis
hoc dicebat: Heu dn̄e talē gratiā mi
bi indigno ꝑ ceteris ꝯtuliſti ꝙ dul/
ciſſima facies tua erat mihi ſimilli/
ma: Heu modo apparet vultus tuꝰ
mihi diſſimilis: Tue manꝰ ⁊ pedes
clauis ſūt ꝯfixi: corpus vero vndiqꝫ
vulneratū: meū aūt corpus vndiqꝫ
apparet ex toto illeſū: Iurauitqꝫ ꝙ
nunqꝫ cibū neqꝫ potū ſumpturꝰ eēt
quouſqꝫ ad ſilitudinem ſui ꝯformaret̃.
Tūc ceteri oēs diſcipuli accurrebāt
lamentātes ſuꝑ eū. Tūc filius meus
ad ꝯſolationē meā ⁊ diſcipuloꝝ: glo
rificatus fuit ibi corā nobis: itaꝙ
nulla plaga aut liuor ī corpe ſuo ap
paruit preter quinqꝫ vulnerū cica/
trices: quas reſeruaturꝰ eſt vſqꝫ ī di/
em iudicij: ⁊ adeo ſanꝰ apparuit in
corpore: ac ſi nunqꝫ paſſus fuiſſet:
De quo ego ⁊ diſcipli imenſā ꝯſola/
tionē recepimꝰ. Et cū eū ſepelire vel/
lēt: cū magno merore corpꝰ fortiſſi/
me tenui: ⁊ ſepeliri vix ꝑmiſi dicēs:
Chariſſime ioannes relinque mihi
mortuū filiū meū: quē nō potui hre
viuū: Sed ſi neceſſe eſt vt h̃ facias:
rogo te vt me cū ipo ſepelias. Ioan/
nes reſpōdit: Scis dn̄a chariſſima
ꝙ aliter eſſe nō potuit: ⁊ genus hu/
manū ſic redimi debuit: Tādem in/
uita ꝑmiſi vt ſepeliret̃: ⁊ cū in ſepul
chrū poſitus fuiſſet: ad eū intrare vo
lui: ⁊ ſuꝑ ſepulchrū me ꝓieci: ⁊ adeo
miſerabiliter egi: ꝙ oēs fleuerūt: Et
cū me ioannes ad ciuitatem ducere
vellet ⁊ a ſepulchro amouere: lachry
mās rogaui: Chare ioannes nō faci
as mihi iniuriā: vt me ſeparē a dulciſ
ſimo filio meo ieſu: quē hic expecta/
re vellē donec moriar: ⁊ iterū oīes
fleuerūt. Ioannes xo me tandē ī ci/
uitatē intro duxit. Populus aūt me
vidēs indutā veſtē aſpſam ſanguie
ſicut ante ieſum ſteterā ⁊ ſanguis eiꝰ
ſuꝑ me ſtillauerat: vnanimit̃ clama/
bāt gemētes: O quāta iniuria facta
eſt hodie in hierlm in iſta dn̄a ⁊ filio
ſuo: ⁊ cōpatiebant̃ nobis. Iudei au
tem ꝓpter inuidiā recluſerūt ioſeph
viuū in muro: q2 chriſtum ſepeliuit.
Vxor aūt eiꝰ locū filio eius ioſepho
poſt oſtēdit. Tādē poſt annos qua/
draginta venerūt titus ⁊ veſpaſia/
nus: hierlm deſtruētes: ⁊ ioſeph vi/
uum de muro excluſerūt. Et ſicut iu/
dei chriſtū ꝓ triginta denarijs eme/
runt: ita triginta iudeos ꝓ vno de/
nario vendiderūt.

## Beati Anſelmi dialogus de paſſione dn̄i explicit.

## Caplꝫ libri qui ſpeculū euāgelici ſermōis ꝗ dn̄s nr̃ ieſus chriſtꝰ pōt tāqꝫ pſens ſpeculari: al's ſtimulꝰ amoris eſt nuncupatꝰ beati anſelmi: annotatio.


Ca. i De ſalubre ſit chriſtiano venerari ⁊ amplecti infirma ſaluatoris.
ij De gloriatio chriſtiani debeat eſſe in nomine crucifixi.
iij De magna miſericordia quam deus habuit ad genus humanum.
iiij De miſerijs quas deus accepit pro homine.
v De geſtis chriſti ab infantia.
vj De cena cum diſcipulis: ⁊ de iuda traditore.
vij De diuerſione domini ieſu ad locum traditionis ⁊ triſticia ibidem habita.
viij De traditione ieſu.

ix De colaphis ſputis ⁊ flagel/lis.
x De illuſione ieſu.
xi De crucifixiõe ieſu.
xij Incentiuum amoris.
xiij De glorificatiõe in morte.
xiiij Deprecatio ad patrem.
xv Qz filius pro nobis debitum ſoluit.
xvj Qz pro tanta paſſione dili/gendus ſit filius.
xvij Humilis petitio ad filium.
xviij De reſurrectione.
xix Oratio ad patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctũ.

## Beati Anſelmi Archiepi/ſcopi cantuarienſis liber q̃ ſpeculũ euangelici ſermo/nis al's ſtimulꝰ amoris in/ſcribitur: incipit.

### Qz ſalubre ſit chriſtiano venerari et amplecti infir/ma ſaluatoris: Ca. I.

i Esum na/zarenũ a iudeis innocẽ/ter ↄdẽnatũ: a gẽtibus
cruci affixũ: nos chri/ſtiani diuĩs honoremꝰ obſeqͥjs. Saluato/ris noſtri infirma nos qui chriſti ſu/mus: reuerẽter venerari: amãter am/plecti: fortiter imitari dignũ eſt ⁊ ſa/lubre ⁊ honorificum. Hec em̃ ſũt in/ſtrumẽta fortiſſima quibꝰ oĩpotens virtus ⁊ inueſtigabilis ſapientia dei reſtaurationẽ mũdi potẽter ac miri/fice opata eſt: ⁊ vſqꝫ modo operaᷣ. Chriſtꝰ dñs minoratꝰ eſt ab angelis vt nos equaret angelis: ⁊ q̃s ꝓpter chriſtũ nõ ſe hũiliet? Chriſtꝰ dñs ꝓ pctĩs nr̃is crucifixꝰ eſt: ⁊ crucis ama/ra ſuis amatoribꝰ dulcorauit. Mor/tuus eſt: ⁊ mortẽ enecauit: vt vineremus p illũ. Et q̃s nõ amet chriſtum dñm? Quis nõ patiaᷣ ꝓ ipo? Chri/ſtus p crucis ignominiam ad ſupne claritatis gliam trãſiuit: ⁊ data eſt Mat. 18.
ei ꝓ ſua reuerẽtia a deõ patre oĩs po/teſtas in celo ⁊ in terra: vt adorẽt eũ oẽs angeli dei. ⁊ in in noĩe ieſu oĩe genu flectaᷣ: celeſtiũ: terreſtriũ ⁊ in Phil. 2.
fernoꝝ.

### Qz gloriatio chriſtiani de/beat eſſe in nomine cruci/fixi: Caplm̃. II.

v Bi eſt ḡ gl'iatio tua chriſtia/ne: niſi in noĩe crucifixi dñi tui ieſu chriſti: in noĩe qđ ẽ ſup oĩe nomẽ: in q̃ q̇ bñdictꝰ eſt ſup terrã: bñdiceᷣ in celis? Gl'iamini in noĩe ſctõ eiꝰ filij redemptiõis: date honorẽ ſaluatori veſtro: q̃ magna fecit in vobis: ⁊ magnificate nomẽ eius mecũ dicẽtes: Adoramꝰ te ieſu chriſte rex iſrl': lux gẽtiũ: ꝑnceps re/gũ ⁊ re: dñe ſabaoth: v̓tus dei oĩpo/tentis fortiſſima: Adoramꝰ te ꝓcio/ſum redẽptiõis noſtre ꝓciũ: hoſtia pacifica q̃ ſola odoris tui: ineſtima/bili ſuauitate: patrẽ q̇ ĩ altꝭ habitat ad reſpiciẽdũ hũilia inclinaſti: ⁊ fi/lijs ire placabilem reddidiſti. Tuas ieſu chriſte miſatiões ꝓdicamꝰ: tue ſuauitatis mẽoriã cũ abũdãtia eru/ctuamꝰ: tibi chriſte ſacrificiũ laudis ĩmolamꝰ ꝓ mltitudine bonitatis tue quã oñdiſti nobꝭ ſemini nequã: filijs ſceleratis ⁊ perditis.

### De magna miſericordia quã deꝰ habuit ad genꝰ hu/manũ: Caplm̃. III.

c Um em̃ adhuc eſſemꝰ inimi/ci tui dñe: ⁊ mors antiq̃ ĩ om/nẽ carnẽ iniquũ exerceret do/miniũ: cui oĩe ſemẽ adã lege ꝑmor/dialis culpe obnoxium erat: recor/datus es vberrime miſcðie tue: ⁊ ꝓ/ſpexiſti ď ſblimi habitatõe tua ĩ hãc vallem ploratiõis ⁊ miſerie: Audiſti dñe afflictionẽ ppli tui ⁊ tactꝰ dulco/re charitatꝭ intrinſecꝰ: appoſuiſti co/gitare ſup nos cogitatiões pacis ⁊ re/

dēptiōis. Et ꝗdē cū eēs filꝰ dei verꝰ
deꝰ deo pr̄i ſctōq; ſpiritui coeťnꝰ ꝛ
ꝯſbſtātialꝭ: lucē habitās inacceſſibi
lē: portāſq; oīa v̄bo v̄tutꝭ tue: non
dſpexiſti ī hō nr̄e mortalitatꝭ ergaſtu
lū: altitudinē tuā īclinare vbi nr̄az
ꝛ guſtares ꝛ abſorberes miſeriā noſ
q; repares ad gliam. Pax em̄ fuit
charitati tue ad ꝯſūmandū opꝰ nr̄e
ſalutꝭ cherubī aut ſeraphī aut vnū
ex angel̄ deſtinare: ipe ad nos venire
dignatꝰ es ꝑ mādatū pr̄is: cuiꝰ nimi/
am charitatē experti ſumꝰ in te. Veni/
ſti inquā nō locū mutādo: ſꝫ pn̄tiā
tuā nobꝭ ꝑ carnē exhibēdo. Deſcen/
diſti a regali ſolio ſblimis glie tue in
hūilē ꝛ abiectā: ī ocłis ſuis puellā:
ꝑmo v̄ginalꝭ ꝯtinētie voto ſigillatā.
In cuiꝰ ſacroſctō vtero ſola ſpūſſan
cti inenarrabilꝭ v̄tꝰ ꝛ te ꝯcipi fecit: et
naſci ī v̄a hūanitatis natura: ita vt
nec maieſtatē diuinitatꝭ in te: nec inte/
gritatē v̄ginitatꝭ ī mre violaret na/
tiuitatis occaſio.

## De miſerijs quas deꝰ ac/ cepit ꝓ hoīe: Ca. IIII.

Amanda: O admiranda di/
o gnatio: deꝰ īmēſe glorie ver/
mis ꝯtēptibil̄ fieri nō deſpe/
xiſti: dn̄s oīm cōſuꝰ ſuoꝝ apparere
voluiſti. Pax tibi viſum ē patrē te
nobꝭ eſſe: etiā dn̄e fratꝭ nr̄ eē dignatꝰ
es? Et tu dn̄e vniūſoꝝ ꝗ nullā habes
indigētiā: int̄ ipa natiuitatꝭ tue initia
nō horruiſti abiectiſſime pauptatis
degustare incōmoda. Ut em̄ ait ſcri
ptura tibi: cū naſcererꝭ nō erat locꝰ ī
diuerſorio: neq; cunabula ꝗ teneri/
tudinē tuā exciperent habuiſti: ſꝫ tu in
vili pſepio ſordētꝭ ſtabuli: tu ꝗ t̄rāz
palmo ꝯcludis īuolutꝰ pāniculis re
clinatꝰ es: ꝛ ſtipēn a brutꝭ aīalibus
matꝭ tua mutuo accepit. Conſolamī
ꝯſolamī: ꝗ ī ſordibꝰ pauptatꝭ cunu
trimī: q2 vobiſcū ē deꝰ in pauptate:
nō cubat in delitijs ſplendidi cubilꝭ:
nec em̄ īuenit ī t̄ra ſuauiē viuētiū.
Quid vltra gliarꝭ o diues ī relutes
ī volutabro lectꝭ picti ꝛ delicati: cuz
rex regū ſuo recubitu ſtramēta pau/
perū honeſtare maluerit? Quid du/
ra ſtrata deteſtarꝭ: cū tener īfantulꝰ ī
cꝰ māu ſc̄ oīa: tuis ſericꝭ: tuis puluiſ:
duras iumētoꝝ ſtipulas ꝑelegerit?
Sz ꝛ tenella h̄ tua xp̄e īfātia a pſe/
cutoꝝ gladijs tuta non fuit. Adhuc
em̄ int̄ dulcia mr̄is vbera ſugēs de/
pēdebas: qn̄ appuit angel̄ in ſomnis
ioſeph: dicēs: Surge ꝛ accipe puerū Matt.
et matrē eiꝰ ꝛ fuge in egyptū: ꝛ eſto
ibi vſq; dū dicā tibi: futuꝝ eſt em̄ vt
herodes ꝗrat pueꝝ ad ꝑdēdū eum.
Iā extūc bone ieſu pati cepiſti. Non
ſolū aūt illā īfantie tue vexationē ī
teipo ꝑtuliſti: ſꝫ ꝛ mortē ī puſil̄ tuis
ꝗꝝ multa milia int̄ mamillas matꝝ
ꝓ te herodis trucidauit īmanitas.

## De geſtis chriſti ab infan/ tia: Capłm. V.

Infātia vero teneriori decur/
i . ſa diſcēde hūilitatꝭ nobꝭ exem
plū ꝑbuiſti. Nō em̄ ſediſti cū
ꝯcilio vanitatꝭ: ſꝫ ī medio doctoꝝ ī/
t̄rogās ꝛ audiēs illos: cū tu dn̄s ſci/
entiāꝝ tu eēs atq; ipa dei pr̄is ſapiē
tia. Sz ꝛ obediētie nobꝭ formā ꝑſtiti
ſti: dū parētū iperio tu ipator mūdi
hūiliter ſubditꝰ extitiſti. At v̄o vbi
robuſtioris etatꝭ plenitudo aduenit:
miſſurꝰ manꝰ ad fortia: egreſſus es ī
ſalutē ꝑplī tui vt gigas fortꝭ ad cur
rendā viā totiꝰ nr̄e miſerie. Et ꝑmū
ꝗdē vt ꝑ oīa te fratribꝰ aſſimilares:
ſuū tuū baptizātē pctōres ī penitē/
tiā: tanq; pctōr adijſti: baptizare q;
te poſtulaſti īnocēs agne dei: quem
nlla pctī ſtilla vl̄ ꝯtagio vnq; macu
lauit. Baptizatꝰ es: nō te in aq̄s: ſed
aq̄s in te ſctificās: vt ꝑ eas ſcīfica/
res nos. De baptiſmo ī deſertū ī ſpi
ritu fortitudīs egreſſus es: vt ꝛ vite
ſolitarie in te nō deeſſet exēplū. So/
litudinē ac ieiuniū q̄draginta dieꝝ:
famis acerbitatē: tēptamēta illuſoris
ſpūs cōtinue tolerasti: vt oīa h̄ nobꝭ
tolerabilia efficeres. Deniq; veniſti
ad oues ꝗ ꝑierāt domꝰ iſrl̄: diuini v̄bi
lāpadē palā extollēs: ad illuminatio/

nē orbis terre ⁊ regnū dei annūciās cūctꝭ obtēperātibꝰ ꝟbo tuo ſmonē ſeqntibus ſignis ɔfirmaſti: ꝟtutem diuinitatꝭ tue oñdiſti ī cūctꝭ male habētibꝰ: oīa oībꝰ gratꝭ exhibēs q̄ ſaluti eoꝝ ɔgruerēt vt oēs lucrifaceres.

Ro. j. Sꝫ obſcuratū ē īſipiēs cor eoꝝ dñe: et ꝑiecerūt ſmōes tuos retrorſū: neq̃ attēderūt ad oīa mirabilia q̄ opatꝰ es ī eis: exceptꝭ ꝑpaucꝭ nobilibꝰ athletꝭ: q̄ſq̃ int̄ īfima ⁊ abiecta mundi elegiſti: vt ꝑ ipos alta ⁊ fortia mirifice expugnareſ. Nec ſolū īgratí gratuitis tuis bñficiis extiterūt: ſꝫ ⁊ ɔtūeliis affecerūt te dñm dñantiū: ⁊ fecerūt ī te q̄cūq̃ voluerūt: Te eñ faciēte in eis opa dei: q̄ nemo aliꝰ fecē q̄ dixerūt: Nō eſt h̄ hō a deo: ī ꝑncipe demoniorū eiicit demonia: demoniū hꝫ: ſeducit turbas: vorax eſt ⁊ potator vini: amicꝰ publicanoꝝ ⁊ pctoꝝ.

## De cena cum diſcipulis: ⁊ iuda traditore: Ca. VI.

Quid flēs: q̄d ſuſpiras o hō dū dñi ſuſtines ꝟboꝝ iniurias? Nō audis q̄ta ꝑp̄t te ſ dñm ieſū ceciderūt opprobria? Si p̄rēfamilias beelzebub vocauerūt: q̄to magis domeſticos eius. Et h̄ q̄dē ⁊ ſilia blaſphemātes: ⁊ aliq̄tiēs lapidibꝰ te īpetētes: ieſu bone patiēter ſuſtinuiſti: ⁊ factꝰ es corā eis q̄ſi hō nō audiēs: ⁊ nō hñs ī ore ſuo redargutio-

Ps. 37. nes. Nouiſſime aūt ⁊ iuſtū ſanguinē tuū bone ieſu a diſciplo tuo filio pditiōis trigīta argēteis ap̄p̄ciatū ſē: vt p̄cipitaret aīam tuā ī mortē ſine cā. Et te q̄dē pditiſſimi traditorꝭ tui pfidia nō latebat: qñ ī cena ablutionis etiā corā ipo genuflexo ꝓcūbēs: maledictos pedes eiꝰ veloces ad effūdēdū ſanguinē tuū ſctiſſimis manibꝰ tuis attrectare: lauare ⁊ extergere dignatꝰ es: Et extēto collo adhuc ābulas o t̄ra ⁊ cinis: adhuc ſupbia te ſupra te eleuat: adhuc īpatiā te expugnat: Intuere bñīlitatꝭ ⁊ mā ſuetudīs ſpeculū dñm ieſū xp̄m vniuerſe creature factorē tremēdū iudicē viuorū atq̃ mortuoꝝ añ pedes hoīs traditorꝭ ſui genua īcuruātē. Diſce q̄ mitis ē ⁊ hūilis corde: ⁊ ɔfūdere in ſu- Mat. 11.
perbia tua: erubeſce ī īpatiētiā tuā. Hoc q̄ꝫ erat manſuetudinis tue dñe ieſu q̄ pfidū illū in cetu fratrū palā detegere et confundere noluiſti: ſed leniter admonitum accelerare iuſſiſti quod parabat. In omnibus his nō eſt auerſus furor eiꝰ a te: ſꝫ egreſſus foras ſatagebat circa frequens maleficiū. Quō cecidiſti d̄ celo lucifer: Eſa. 14.
q̄ mā e oriebarꝭ ī d̄litiis padiſi? Glorioſuſ appuiſti: ciuiū celi ſociꝰ ⁊ verbi dūi ɔuiua. Quō ſꝫ r̄putatꝰ es int̄ filios tenebraꝝ: q̄ nutriebarꝭ in croceis: quomō amplexatꝰ es ſtercora? Tūc clarificata ē familia tua chriſte ī modū ſocietatꝭ āgelice. Tūc demū dūiſſimi eloquii vbtima īundatiōe felix ɔuētꝰ ille facer ex ore tuo potatus ē. Siq̄dē corruptꝰ ille vter foras miſſus fuerat: quē huiꝰ limpidiſſimi liq̄ris īfuſiōe ſciebas īdignū.

## De diuerſiōe dñi ieſu ad locū traditōis: ⁊ triſticia ibi dē habita: Ca. VII.

Dato aūt charitatꝭ ⁊ patiē ſalutari mandato: ⁊ diſpoſito frībꝰ regꝫ p̄ris tui: ad locū traditoꝛi tuo notū cū ill̄ diuertiſti: ſciēſ oīa q̄ vētura erāt ſup te. Ibi aīe tue triſticiā quā ex īminēte paſſiōe ſpōte aſſūpſiſti: ſic ⁊ cet̄a q̄ paſſus es in auribꝰ fratꝝ pſiterī ſꝫ erubuiſti dicēs: Triſtꝭ ē aīa mea vſq̃ ad mortē. Po- Mat. 26.
ſitꝭ itaq̃ genubꝰ pcidiſti ī faciē tuā orās ī agonia ⁊ dicēs: Abba p̄r: mi p̄r ſi poſſibile ē trāſeat a me calix iſte Et anguſtias q̄dē cordis tui certiſſime indicabat ſudor ille ſāguineꝰ qui orōis tpe de ſctiſſima carne tua guttatī d̄currebat ī t̄rā. Dñator dñe ieſu xp̄e: vñ aīe tue h̄ tā vehēmēs triſticia: vñ tāta ſudorꝭ anxietaſ: ⁊ tā anxia ſupplicatio? Nonne volūtarium oīno p̄ri ſacrificiū obtuliſti: ⁊ nihil īuitꝰ ptuliſti? Utiq̃ dñe. Arbitramur aūt q̄ ⁊ h̄ q̄ꝫ ad ɔſolationē infirmarum membroꝝ tuorum aſſumpſiſti:

ne forte deſpet q̄s ſi caro infirma re/
murmuret: vbi ad paſſionē ꝓmptus
eſt ſpūs. Nunīꝙ ⁊ vt maiorē erga te
amoris ⁊ gratitudīs ſtimlos habe/
remꝰ: naturalē carnis infirmitatem:
hmōi indicijs in te expꝛeſſiſti: q̄bꝰ do/
ceremur: q2 vere lāguores nros por
taſti: ⁊ nō abſq3 ſenſu doloris: paſſi/
onū ſentes p̄curriſti. Uox enim illa
vox carnis fuiſſe videt̄ nō ſpūs: ex eo
Matt.26 ꝙ ſbiūxiſti: Spūs quidē ꝓmptꝰ eſt
caro aūt infirma. Qꝫ ꝓmptꝰ em̄ fue/
rit ſpūs tuꝰ bone ieſu ad paſſionem:
euidēter oñdiſti: qū venientibꝰ vna
cū ꝓditore tuo viris ſanguinū ⁊ q̄/
rētibꝰ aīam tuā cū laternis: facibꝰ ⁊
armis ꝑ noctē: vltro occurriſti: ⁊ ſi/
gno dato qđ accepāt a duce flagitij:
teipm̄ manifeſtaſti. Nā accedētem
ad oſculū ſctiſſimi oris tui: cru ētam
beſtiā auerſatꝰ nō es: ſed os in q̄ do
lus inuētꝰ nō ē: ori qđ abūdauit ma
licia: dulciter applicuiſti.

## De traditiōe ieſu: Ca. VIII

o Innocēs agne dei: q̄d tibi et
lupo illi? Que ɔuētio chri/
ſti ad belial? Sꝫ ⁊ h̄ benigni/
2.Cor.6 tatis tue erat dñe: vt oīa illi exhibe/
res q̄ prauī cordis ꝑtinaciā emollire
potuiſſent. Nā ⁊ veteris amicicie il
lū cōmonuiſti dicēs: Amice ad q̄d ve
Matt.26 niſti? Et horrore ſceleris ſui cor im/
pij ferire voluiſti cū dicebas: Juda
Luce 22. oſculo filiū hoīs tradis? Et ecce phi/
liſtijm ſuꝑ te ſamſon. Non illos abs
te terruit qđ in hora cōpꝛehēſionis
tue oīpotēti brachio terre eos alliſi/
ſti: nō quidē defenſiōis cauſa: ſed vt
cognoſceret hūana p̄ſumptio: nihil
ſe poſſe aduerſū te niſi q̄tū ꝑmitte/
ret̄ a te. Et q̄s audiat ſine gemitu q̄/
liter in illa hora homicidas manꝰ ti/
biīiecerūt: ⁊ innocētes manꝰ tuas
bone ieſu vinculis cōſtringentes te
agnū māſuetiſſimū nihil obloq̄ntē:
ad inſtar latronis ɔtumelioſe traxe/
rūt ad victimā. Sꝫ nec tū miſcdiā
tuā ſuꝑ inimicos tuos diſtillare fa/
nus dulcedinis tue chriſte ceſſauit.

Nā ⁊ mutilatā a diſcipulo tuo auri/
culā inimici tāgēs ſanaſti: ac defen/
ſoris tui zelū a leſiōe trahētis te cō/
peſcuiſti. Maledictꝰ furor eoꝝ q2 ꝑ/
tinax: quē nec maieſtas miraclī: nec
pietas beneficij cōſtringere potuit.

## De colaphis: ſputis ⁊ flagellis: Caplm. IX.

c Oncilio malignātiū aduer/
ſus te pōtificū p̄ſitatꝰ: ⁊ veri
tatē es ꝓut docuiſti ɔfeſſus:
q̄ſi d̄ blaſphēia adiudicatꝰ es morti.
Amātiſſime dñe ieſu q̄nta illic idi/
gna opprobria a ꝓpꝛia gēte ptuliſti?
Uultū tuū honorabilē ī quē deſide
rāt āgeli ꝓſpicere: q̄ oēs celos adim
plet leticia: quē depcāt oēs diuites
pleb̄: polluti labij ſui ſputis īq̄nauerūt
ſacrilegi māibꝰ ceciderūt: velo op̄uerūt
in deriſionē: ⁊ te dn̄m vniuerſe crea/
ture tāꝙ̄ ſuū ɔtēptibilē colaphiza/
uerūt. Adhuc aūt ⁊ aīaꝫ tuā ſcīrcū/
ciſo cani d̄glutiēdā tradiderūt. Uin/
ctū ſiq̄dē añ faciē pilati p̄ſidis te ꝑ/
duxerūt: poſtulātes ſupplicio crucis
interimi te: q̄ pctm̄ nō noueras: ⁊ vi
rū homicidā donari ſibi: agnū lupo:
auꝝ luto poſtponētes. O idignū et
īfelix ɔcābiū. Et q̄dē n̄ ignorabat ipſꝰ
ille ꝑ inuidiā h̄ fieri ī te: nec tñ abſti/
nuit temerarias a te manꝰ: ſꝫ repleuit
amaritudīe aīaꝫ tuā ſine cā. Illudē
dū herodi te miſit: Pilatū rcepit: nu
dū ī ɔſpectu irriſorū aſtare te iuſſit
nec pepcit amariſſimis v̄berib̄ vir/
gineā carnē tuā diuellere: plagas pla
gis: liuores liuoribꝰ crudelr īfligēs.

## De illuſiōe ieſu: Ca. X.

o Electe puer dñi dī mei: q̄d tāta
amaritudīe: q̄d tāta ɔfuſiōe di
gnū cōmiſeras? p̄ſus nihil. Ego hō
ꝑditꝰ totꝰ ɔtritiōis: tonꝰ ɔfuſionis
tue tibi cauſa extiti. Ego vuā acer/
bā comedi: ⁊ dētes tui obſtupuerūt:
q2 q̄ nō rapuiſti tunc exoluebas. In Ps.68.
oībꝰ his nō ē ꝑfidoꝝ iudeoꝝ ſanata
impietas. Nouiſſime aūt in manꝰ in/
circūciſoꝝ militū ꝑ̄uolutꝰ es: morte

turpiſſima ꝯſumendus. Parū erat
ſacrilegis illis crucifigere te niſi priꝰ
et ipſi repleuiſſent illuſionibꝰ aīam
Matt, 26 tuā. Quid eīn ď illis ait ſcṗtura: Et
ꝯgregauerūt ad eū vniūſum cohor/
tem in ṗtoꝛium: ⁊ exuentes eū veſti
mētis ſuis: induūt eū tunica purpu
rea: ⁊ chlamydē coccineam circūde/
derunt ei: ⁊ plectētes coronā de ſpi/
nis impoſuerūt capiti eius: ⁊ arūdi/
nem in dexterā eius ⁊ genu flexu il/
ludebāt ei dicentes: Aue rex iudeo/
rum: ⁊ dabāt ei alapas: ⁊ expuentes
in eū accipiebāt arundinē ⁊ ꝑcutie/
bant caput eius.

## De crucifixione Jeſu: Caplm. XI.

e T poſtq̄ illuſerūt ei: indue/
rūt eū veſtimētis ſuis: ⁊ du/
xerunt vt crucifigeretur baiu
lantē ſibi crucē. Et perduxerūt illū
ī golgatha: ⁊ dabāt ei vinū myrrha/
tum cū felle mixtum bibere: ⁊ cū gu/
ſtaſſet noluit bibere. Tūc crucifixe/
runt eū: ⁊ duos latrones cū eo: hinc
et hinc: mediū aūt ieſum. Jeſus aūt
Luc. 23. dicebat: Pater dimitte illis: q2 ne/
Joh. 19. ſciunt quid faciūt. Poſtea ſciēs Je
ſus: quia oīa ꝯſummata erāt: vt ſcri
ptura ꝯſūmaret dixit: Sitio. Et cur
rens vnꝰ ex eis acceptā ſpongiā im/
pleuit aceto: ⁊ impoſuit arundini: et
dabat ei bibere. Cū ergo accepiſſet
Luc. 23. acetum dixit: Cōſūmatū eſt. Et cla/
Joh. 19. mās voce magna dixit. Pater ī ma
nus tuas cōmēdo ſpiritū meū: Et in
clinato capite emiſit ſpiritum. Tunc
vnus militū lācea latus eiꝰ aperuit:
et ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua.

## Incentiuum amoris: Caplm. XII.

e Xpgiſcere nūc aīa mea: ⁊ ex
cutere de puluere: ⁊ contem/
plare attentius virum hunc
memorabilē: quem ecce in ſpeculo
euāgelici ſmōis quaſi ṗſentē intue/
ris. Attēde aīa mea: qs eſt iſte qui ī/
greditᷣ habēs imaginē quaſi regis: ⁊
nihilominꝰ ſerui deſpectiſſimi ꝯfuſio
ne repletus. Coronatꝰ incedit: ſ ipſa
eius corona cruciatꝰ eſt illi: ⁊ mille
pūcturis ſpecioſā eius verticē vulne
rat. Regali purpura induitᷣ: ſ po
tius in ea deſpicitᷣ q̄ honoratᷣ. Sce/
ptrū in manu geſtat: ſ eo ipſo caput
eius reuerendū feritᷣ. Adorāt corā
ipſo poſitis in terra genubꝰ ⁊ regem
cōclamāt: ⁊ ꝯtinuo ad ꝯſpuendum
amabiles genas eius ſubſiliūt: maxil
las palmis ꝑcutiūt: ⁊ honorabile col
lum exhonorāt. Vide aīa mea: quō
per oīa vir iſte coartatᷣ ⁊ ſpernitur.
Sub crucꝭ onere dorſū īcuruare iu/
betᷣ: ⁊ ſuā ipſiꝰ portare ignominiā. Ad
locū deductꝰ ſupplicij myrrha potatᷣ
⁊ felle. In crucē ſbleuatᷣ: ⁊ dic: Pa
ter dimitte illis: q2 neſciūt q̄d faciūt.
Qualis eſt hic qui in oībus preſſu/
ris ſuis nec ſemel os ſuū aperuit: vt
aut querele aut excuſatiōis aut com
minatiōis aut maledictiōis vbū ad/
uerſus maledictos canes illos ꝓfer/
ret: Et nouiſſime verbū bńdictiōis
quale a ſeclo nō eſt auditū ſuꝑ inimi
cos ſuos effudit. Quid h̄ viro man
ſuetiꝰ? Quid benigniꝰ aīa mea vidi
ſti? Adhuc aūt attentiꝰ illū intuere:
quia ⁊ grādi admiratione ⁊ teneri/
ma cōpaſſione dignꝰ apparet. Vide
nudū ⁊ verberibꝰ laceratū: in medio
latronū cruci ignominioſe ferreis cla/
uis affixū: aceto in cruce potatum: et
poſt mortē lācea ī latere vulneratū:
et copioſos ſanguiīs riuos ex quinq̄
vulneribꝰ manuū: pedū ⁊ lateris ef
fundentē. Fletū deducite oculi mei: ⁊
liqueſce aīa mea igne cōpaſſiōis ſu/
per ꝯtritiōe amabilis viri illiꝰ quē
in tāta miā ſuetudine tātis vides af/
flictū doloribꝰ.

## De glorificatiōe ī morte: Caplm. XIII.

e T iā quidē infirma eius aīa
mea vidiſti: ⁊ miſerta es: nūc
⁊ maieſtatē eiꝰ attēde ⁊ am/
plius miraberis. Quid eīn ait ſcri/

Luc. 23 ptura? A ſexta aūt hora tenebre facte ſup ſ̄e vniuerſā terrā vſqȝ ad horam nonā: ⁊ obſcuratus eſt ſol: ⁊ velum tēpli ſciſſum eſt a ſummo vſqȝ deorſum: ⁊ t̄ra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt: et multa corpora ſanctoꝝ qui dormierāt ſurrexerūt. Qualis eſt hic quis celū ⁊ terra cōpatiunt̄ ei: cuiꝰ mors mortuos viuificat? Cognoſce anima mea cognoſce: h̄ eſt dn̄s ieſus chriſtꝰ ſaluator tuus: vnigenitꝰ dei filiꝰ: verus deus: verus homo: q̄ ſolus ſub ſole ſine macula inuētus eſt: Et ecce

Eſa. 53. quō cū ſceleratis reputatꝰ eſt: ⁊ q̄ſi vir leproſus: ⁊ nouiſſimus viroꝝ eſtimatus eſt: Et tanq̄ꝫ abortiuū qḋ ꝓijcit̄ a vulua: ſic ꝓiectus eſt ab vtero matr̄ ſue infelicis ſynagoge. Iſte formoſus p̄ filijs hoīm: q̄ꝫ deformis

Ibidem. p̄ filijs hoīm factꝰ eſt? Siquidē vulneratus eſt ꝓpter iniquitates nr̄as: ⁊ attritꝰ eſt ꝓpter ſcelera noſtra: Et factꝰ ē holocauſtū ſuauiſſimi odor̄ ī ꝯſpectu tuo p̄r eterne glie: vt auerteret indignationē tuā a nob: ⁊ cōſedere nos ſibi faceret in celeſtibus.

## Deprecatio ad patrem: Caplm̄. XIIII.

Reſpice dn̄e ſctē pater de ſanctuario tuo: ⁊ d̄ excelſo celorū habitaculo: ⁊ intuere hāc ſacroſanctā hoſtiā quam tibi offert magnꝰ pōtifex noſter ſanctꝰ puer tuus dn̄s ieſus chriſtꝰ ꝓ peccatis fratrū ſuoꝝ: ⁊ eſto placabilis ſup multitudinē malicie noſtre. Ecce vox ſanguinis fratr̄ noſtri ieſu clamat ad te de cruce: Quid eīn eſt dn̄e qḋ pendet ī ea? Pēdet inq̄ꝫ: q̄ p̄terita q̄ſi p̄ſentia corā te ſ̄e. Cognoſce pater:

Gen. 27. tunica filij tui veri ioſeph hec eſt: fera peſſima deuorauit eum: ⁊ ꝯculcauit in furore ſuo veſtimentū eius: et omnē decorē illiꝰ reliquijs cruoris inquinauit: Et ecce quinqȝ ſciſſuras lamētabiles ī eo dereliquit. Uide dn̄e palliū qḋ ī manu adultere generationis: id ē egyptie meretric̄: pudicus ille adoleſcēs reliq̄t: meliorē eſtimās iacturā veſtimēti: q̄ꝫ innocētie ſctē: magiſqȝ eligēs ſpoliatꝰ a carnis pallio ī carcerē mort̄ d̄ſcēdere: q̄ꝫ ꝓ mūdi glīa adulēine voci acq̄eſcere: Illi inq̄ꝫ voci q̄ dictū eſt: Hec oīa tibi

Matt. 4 dabo ſi ꝓcidēs adoraueris me: qḋ vtiqȝ eſſet dormire cū adultera. Et nūc dn̄e p̄r: ſcimꝰ q̄ꝛ viuit filiꝰ tuꝰ: et ipē dn̄at̄ in tota terra egypti: imo ī omni loco dominationis tue. Eductus eſt ad imperiū tuū de carcere mortis ⁊ inferoꝝ: ⁊ attonſus mortalitatis comā: mutata veſte carnis ī imortalitatis decore refloruit: ⁊ cū gloria ſuſcepiſti eū. Subneruauit diri pharaonis imperiū: ⁊ cū triūpho nobili virtute ꝓpria celos penetrauit: Et ecce glīa ⁊ honore coronatꝰ: ī dextera maieſtat̄ tue aſſiſtit vultui tuo

Gen. 17 ꝓ nob: Frat̄ eīn ⁊ caro nr̄a eſt.

## Q filiꝰ pro nobis debitū ſoluit: Caplm̄. XV.

Reſpice dn̄e in faciē chriſti tui qui tibi vſqȝ ad mortē obediēs factus eſt: nec recedant ab oculis tuis cicatrices vulnerū eiꝰ in ꝑpetuū: vt memineris quantā ſatiſfactionē ꝓ pctīs nr̄is ab eo ſuſceperis. Utinā dn̄e appēdas ī ſtathera pctā nr̄a quibꝰ irā meruimꝰ: et calamitatē quā paſſus ē ꝓ nob innocēs filiꝰ tuꝰ: Certe dn̄e h̄ grauior apparebit: ⁊ magis digna vt ꝑ ipſā effundas miſ̄icordiā tuā ſup nos: q̄ꝫ ſunt illa vt ꝓ peccat̄ noſtris ꝯtineas in ira miſericordias tuas. Gratias tibi dn̄e pater referat oīs lingua de ſuperabundātia pietat̄ tue: q̄ vnico filio cordis tui nō pepciſti: ſ̄ ꝓ nobis illū tradidiſti ī mortē: vt tātū tā qȝ fidelem aduocatum haberemus in celis coram te.

## Q ꝓ tanta paſſiōe diligēdus ſit filius: Ca. XVI.

Tibi dn̄e Ieſu fortiſſime zelotes: q̄d gratiaꝝ: q̄d retribu-

hõis digne retribuã ego homo pul/
uis ⁊ cinis ⁊ vile figmentum? Quid
enim pro mea ſalute facere debuiſti
et non feciſti? Ab imo pedis vſqꝫ ad
ſummũ verticis totum ĩ aqs paſſio/
nũ te dimerſiſti: vt me totũ de illis
extraheres: et intrauerũt aque vſqꝫ
ad aĩam tuã: Nã ⁊ aĩam tuã ĩ mor/
tẽ perdidiſti: vt aĩam meã pditã mi
bi redderes: Et ecce duplici debito
me obligaſti: Nã ⁊ ꝓ eo qꝺ dediſti:
et ꝓ eo qꝺ mei cauſa pdidiſti: debi/
tor tibi ſũ: Et ꝓ mea quidẽ vita bis
a te mihi data: ſemel in creatiõe: ſe/
mel in redẽptione: quid magis iuſte
tibi reddã q̃ ipſaꝫ: nõ habeo: ꝓ tua
autẽ precioſa aĩa ita ꝯtribulata: q̃d
ab hoĩe digne rependi poſſit nõ ĩue/
nio. Nã ſi celũ et terrã ⁊ oẽm orna/
tũ eoꝝ ꝓ ea repẽdere poſſẽ: certe nec
ſic vſqꝫ ad mẽſurã ꝺbiti nlkaten⁹ at/
tigerẽ. At aũt id ipm ⁊ qꝺ debeo ⁊
mihi poſſibile ẽ tibi dñe recbuã: tui
muneris eſt. Diligẽd⁹ mihi es toto
corde: tota aĩa: tota mẽte: tota ꝟtu/
te: ⁊ tua mihi ſeqnda veſtigia q̃ mo/
ri dignat⁹ es pro me. Et quõ fiet iſtꝺ
in me: niſi per te? Adhereat anima
mea poſt te: quia tota virtus eius de
pendet ex te.

## Humilis petitio ad filiũ: Capłm. XVII.

[E]t nũc dñe ieſu redeptor me/
us te vt veꝝ deũ adoro: in te
credo: in te ſpero: ⁊ quibus
poſſũ deſiderijs ad te ſuſpiro: Adiu
ua impfectionẽ meã: ad tue paſſiõis
glioſa inſignia in quib⁹ ſalutẽ meã
opatus es: totũ me inclino. Tue vi/
ctorioſe crucis regale vexillũ ĩ noĩe
tuo chriſte adoro: tuũ ſpineũ diade/
ma: tuo rubẽtes ſanguĩe clauos: tuo
ſctõ lateri ĩpreſſã ĩmẽſã lanceã: tua
vulnera: tuũ ſanguinẽ: tuã mortẽ:
tuã ſepulturã: tuã victorioſã reſur/
rectionẽ ⁊ glorificationẽ chriſte ſup
plex adoro ⁊ glorifico. Odor enim
vite mihi ſpirat ĩ oĩb⁹ his: Hoꝝ vi/
uifico odore ſpiritũ meũ dñe a pec/
cati morte reſuſcita. Hoꝝ virtute ab
aſtutijs ſathane me cuſtodi: meqꝫ cõ
forta: vt et iugũ madãtorũ tuorum
ſuaue mihi fiat: ⁊ onus crucis quod
poſt te baiulare me iubes: humeris
anime mee leue ſit atqꝫ portabile.
Que eſt enĩ fortitudo mea: vt iuxta
preceptum tuum mundi preſſuras
tam multiplices animo inuicto ſuſti
neam? Nũ quid pedes mei tanq̃ cer
uorꝫ: vt te velociter currentem per
ſpinas ⁊ confraga paſſionum conſe/
qui valeam? Sed audi queſo vocem
meam ⁊ inclina ſuper me famulũ tu/
um ſuauem illam crucem: que lignũ
vite eſt: his qui apprehenderint eã:
vt ⁊ ſpiritu currã alacriter. Porta/
bo infatigabiliter eam que ab inimi/
cis eſt crucem poſt te: Illam inq̃ di/
uiniſſimam crucem humeris meis im
pone: cuius latitudo eſt charitas ſu/
per omnem creaturam ſe extendens:
cuius longitudo eternitas: cui⁹ ſub/
limitas omnipotentia: cuius profũ/
ditas inſcrutabilis ſapientia eſt. Cõ
fige illi manus meas ⁊ pedes meos:
et totam formam paſſiõis tue me fa/
mulũ tuum indue. Da mihi obſecro
continere ab operib⁹ carnis que odi
ſti: ⁊ facere iuſticiã quã dilexiſti: et
in vtroqꝫ tuam querens gloriã: ⁊ ſi/
niſtram quidem meam clauo tempe
rantie: dexteram vero clauo iuſti/
cie in illa ſublimi cruce confixam ar/
bitrabor. Da menti mee iugiter me/
ditari in lege tua: ⁊ omnem cogita/
tum meum iactare in te: et dexterum
pedem meum eidem ligno vite pru/
dentie clauo affige. Da vt miniſtrã
ſpirit⁹ mei ſenſualitatẽ: nec eneruet
preſentis vite infelix felicitas: nec
conturbet perẽnis vite premia felix
infelicitas: ⁊ ſiniſter quoqꝫ pcome/
us fortitudinis clauo in cruce tene/
bitur. At autẽ ⁊ ſpinarũ capitis tui
aliqua in me ſimilitudo appareat: det
obſecro mẽti mee ⁊ ſalubris peniten
tie ꝯpũctio: ⁊ aliene miſie cõpaſſio:

et ſtimulus zeli emulantis qd rectū eſt corā te: et ad te ꝯuertar in erūna mea: dū triplex mihi configitur ſpina. Libet vt et ſpongiā p arundinē ori meo porrigas: et aceti amaritudinem guſtui meo adhibeas. Libet vt p ſcripturas tuas rōni mee ꝯferas guſtare et videre quō florens hic mūdus tā q̄ ſpōgia inanis eſt: et oīs ꝯcupiſcētia eius aceto amarior. Ita pater in me fiat vt calix iſte babylōis aureus inebriās oēm trā: nec inanime ſplēdore ſeducat: nec falſa dulcedine inebriet: quemadmodū eos qui tenebras lucē et lucē tenebras: amarum dulce: dulce amarū arbitrant. Vinū myrrhatū cū felle mixtū ſuſpectū eſt mihi pro eo q tu ex eo bibere noluiſti: forte q nimiā acerbitatē iniudie et nequitie crucifixoꝝ tuoꝝ indicabat. Tue quoq viuifice morti famulū tuū ꝯfigura: faciens in me vt moriar quidē peccato ſm carnē: viuam aūt iuſticie ſm ſpiritū. Ut aūt integrā crucifixi imaginē portare me glorier: illud quoq qd poſt mortē tuā inſatiabilis malicia iudeoꝝ impioꝝ ī te exercuit: hāc in me ſimilitudinē exprime. Vulneret cor meū viuus et efficax ſermo tuus et penetrabilior omni lācea acutiſſima: et ptingēs vſq ad interiora aīe mee: pducat ex ea tanq̄ a dextro latere meo vice ſanguinis et aque amorē tuum dīc et fratrū meoꝝ. Poſtremo et mūda ſyndone prime ſtole ſpiritū meū inuolue: in qua requieſcā ingrediēs ad te in locū tabernaculi admirabilis: et abſcōdas me donec pertranſeat furor tuus.

## De reſurrectiōe: C. XVIII

D Ie aūt tertio poſt diem ſabboris: poſt diē ſimplicis glorie mane prima ſabbati ppetui: inter filios tuos me indignū reſuſcita: vt in carne mea videā claritatem tuam: et adimplear leticia vult⁹ tui. O ſaluator meus et deus meus: veniat: veniat oro tēpus: vt qd nūc credo: reuelatis tandē oculis aſpiciam: qd nūc ſpero et a longe ſalute: apprehendā: qd nūc p viribus meis deſidero: vlnis anime mee amplectar ac deoſculer et in amoris tui abyſſo totus abſorbear. O ſaluator me⁹ et deus meus. Sed nūc interim benedic aīa mea ſaluatorem tuū: et magnifica nomē ei⁹ qd eſt ſanctū: et ſanctiſſimis delitijs plenū.

## Oratio ad patrem et filiū et ſpiritūſanctū: Ca. XIX.

O Quā bonus et ſuauis es domine ieſu anime querenti te: Ieſu redemptor captiuorum ſaluator perditorum: ſpes exulum: laborantium fortitudo: anguſtiati ſpiritus latitudo: anime lachrymoſe et poſt te in ſudore currentis dulce ſolatiū et ſuaue refrigeriū: corona triumphantiū: vnica merces et leticia omniū ſupernoꝝ ciuiū: vberrime fons omniū gratiaꝝ: inclita proles ſummi dei. Sūme deus: te benedicant omnia que in celo ſunt ſurſū et que ī terra deorſum: q magn⁹ es tu et magnū nomen tuū. O īmarceſſibilis decor dei excelſi: et puriſſima claritas lucis eterne: vita omnē vitā viuificans: lux omē lumē illuminās et conſeruans in ppetuo ſplendore: mille millena milia luminū fulgētia ante thronū diuinitatis tue a primeuo diluculo. O eternū et inceſſabile clarum et dulce profluuiū fontis abſconditi ab oculis noſtris: qui ſolus ortum neſcit: fundo caret: circūſcriptionis terminū nō habet: nihil perturbationis admitit: Eructauit te cor dei altiſſimi de ſue profunditatis impenetrabili abyſſo: vita vitā: lux lucē: deus deū: eternus eternū: īmēſus immenſum: ac per omnia ſibi coequalem: et de plenitudine tua omnes accepimus. Te enim largiſſime fons omnis boni ſeptemplicis gratie precioſum lumen: Te inq̄ piiſſime ſpiritus deprecor: vt ſi qua pro

fragilitate mea in veritate maieſta/
tis tue minus intellexi: ⁊ in p̄ceptis
dominicis intellecta p̄ laſciuiam car
nis neglexi: tua me viſitatione illu/
ſtrare digneris: quibus ea decēter et
mihi neceſſarie corrigam: meiq̧ erro
ris per te miſericordiā cōſequar: vt
per te quē in p̄iculoſo huius vite pe/
lago in auxilium aduocaui: ſine nau
fragio ad optatum perennis requi/
ei litus p̄ducar. Te itaq̧ pater cle
mētiſſime peto vt qui me p̄rimitus
creaſti: per paſſionē vnigeniti tui re/
creaſti: quicq̄d ad laudem tuam p̄ti/
net: me cogitare facias ⁊ amare. Sz
quia fragilis ſum: nec poſſuz p̄ficere:
ſedula tamē deuotione cōcedas me
ſtudere: vt redēptionis ac ſaluatiōis
tue gratiam cōſequar: Et quicquid
deinceps operis agā: ex tua ⁊ per tu/
am ⁊ in tua gratia ad laudem tuam
totum p̄uenire facias: meq̧ deinceps
tuere a peccatis: ⁊ in bonis operibus
validiorē eſſe precipias: ⁊ vt q̄diu
in hoc corpuſculo viuā: aliquid ſer/
uitij tibi ſemper exhibeam: Poſt exi
tum vero anime mee a corpore: veni/
am omnium peccatorum conſequi: ⁊
vitam eternam me percipere conce/
das: Per eum qui tecum viuit ⁊ re/
gnat per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

## Beati Anſelmi Liber qui ſpeculum euāgelici ſermo/nis: alias ſtimulus amoris inſcribitur: explicit.

## Eiuſdem Beati Anſelmi in homeliā euangelij ſcd̄m lucā: Intrauit ieſus in q̄d/dam caſtellum: prefatio.

INtrauit ieſus in quoddā ca/
ſtellū. Quid ad glo
rioſam dei genitricē
lectio iſta p̄tineat: vt
in feſtiuitate eius legatur: pleriq̧ ſo
lēt querere: Unde quid ego ſentirē:

A Luce. 10.

in conuentu fratrū prout potui vul
gariter iam plus expoſui. Et quia
quod dixi auditoribus placuit: dicta
litteris mandare: ⁊ ab eiſdē dominis
abbatib⁹ guilhelmo viſcan ēſi: arnol
pho tuamenſi: iuſſus: īmo coact⁹ ſū.
Q̄d ideo dixi: vt expoſitiū cula iſta
tanq̄ a p̄ſumptuoſo edita nō diſpli
ceat: q̄m nō p̄ſumptio: ſed obedien/
tia edidit. Jam nūc ergo expoſitiun
culā iſtam ſalua fide ac ſine preiudi
cio melioris: ad laudē eiuſdē virgi/
nis et matris Jeſu humiliter ſcribe/
re aggrediar.

## Explicit prefatio.

IN illo tp̄e: Intrauit Jeſus i
quoddā caſtellum: ⁊ mulier
quedā martha noīe excepit
illum in domū ſuam.

B Ubi. ſ

## Homelia lectionis eiuſdē beati Anſelmi.

IN ſcriptura ſacra res vna et
eadem multotiens inueni/
tur diuerſa ſignificare: ſicut
leo: hedus: ignis: aqua: vel etiā ſol: ⁊
et alia multa. Eſt eīm leo de tribu iu
da: ⁊ eſt leo qui circuīt querens quē
deuoret. Eſt hedus emiſſari⁹ q̄ pec/
cata noſtra portauit: eſt hed⁹ a ſini
ſtris qui damnat̄. Eſt ignis quē do
minus miſit in terram ⁊ quem vult
vt ardeat: eſt ignis qui ſup impios
cadit vt nō videāt ſolem. Eſt aqua
cuius flumina fluūt de vētre creden
tis: eſt aqua cui⁹ tempeſtas nos de/
mergit. Eſt ſol iuſticie qui nos illu/
minare ſolet: eſt ſol qui nos vrit per
diem. Licet ergo caſtellū al's malū ſi
gnificet: vt illud de quo dicit̄: Ite in
caſtellū: vbi ⁊ q̄d addit̄ q̄d ꝯtra vos
eſt: plane manifeſtat q̄d ſignificet: in
hoc caſtellū in q̄d intrauit Jeſus: ſin
gularē intemeratā v̄ginē eiuſdē Je/
ſu genitricē ſalua ſcripturaꝝ regula
per ſimilitudinē accip̄im⁹. Caſtellū
eīm dicit̄ quelibet turris ⁊ murus in
circuitu eius: Que duo ſeſe inuicem
defendunt: ita vt hoſtes p̄ murū ab

C

arce: ⁊ a muro per arcē arceantur.
Hm̄ōi caſtello nō incongrue virgo
maria aſſimilat̄: quā virginitas mē
tis et corporis: quaſi murus ita vn/
diqꝫ vallauit: vt nullus vnq̄ꝫ libidi
ni eſſet ad eā acceſſus: nec ſenſus ei⁹
aliqua corrūperent̄ illecebra. Et q̄a
virginitatē cū libido nō poſſit: ſolet
impugnare ſuꝑbia: eſt in eadē virgi
ne turris humilitatis: q̄ a muro vir/
ginitatꝫ oēm repellit ſuꝑbiā: Et q̄a
hūilitatē cū ſuꝑbia nō poſſit: ſolet ī/
pugnare libido: murus virginitatis
a turre humilitatis oēm repellit libi
dinē. Itaqꝫ h̄ duo: mur⁹ videlꝫ vir/
ginitatis ⁊ turris humilitatis ab al/
terutro muniunt̄: vt nunq̄ꝫ in humi/
li virgine fuerit nec ſuꝑba virgini/
tas: nec inquinata humilitas: ſ; ſem
per in eadē ꝑmanſerit et humil' vir/
ginitas ⁊ virginalis humilitas. C/
uis aūt qđ dicit̄ ita verū ſit vt nihil
verius fides chriſtiana credere poſ/
ſit: ponamus tñ aliqua de euange/
lio virginitatis eius ⁊ humilitatꝫ te/
ſtimonia. Quippe cū ab angelo fili
us ei promitteret̄: reſpōdit: Quō
Luce. i. fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco? Si
cuilibet virgini deſpōſate in aīo ſuo
diſponēti nubere diceret̄: filiū habe/
bis: nō miraretur neqꝫ interrogaret
quō iſtud fieret: vtpote q̄ ſe deſpon
ſatā ⁊ in ꝓximo nupturā ſciret: et a
viro grauidari vſu nature ſperaret:
h̄ aūt nō īmerito mirata ē: ⁊ quō fi/
eret qđ ꝓmittebat̄ ſciſcitata: qm̄ q̄ꝫ/
uis deſpōſatā: tñ ſe nūq̄ꝫ nupturā ne
qꝫ virꝫ cogniturā certiſſime ſciebat.
Hec de virginitate. De hūilitate vo
dicendū eſt: qđ cū ab angelo ſaluta/
ret̄: ⁊ mater dei eligeret̄: quō fieret
ſalua virginitate: cui tñ timebat do
ceret̄: ⁊ benedicta ſuꝑ oēs mulieres
predicaretur: reſpōdit: Ecce ancilla
Ibidem dñi. Et ī alio loco: Quia reſpexit hu
Et ſ. militatē ancille ſue. O ſublimis vir/
go mater dei: O mater humilis an/
cilla dei. Quid ſublimi⁹ eſſe poſſet:
quid humilius de ſe ſentire poſſet?

Sūt qui caſtellū hoc magdalū fuiſſe
arbitrant̄: a quo maria magdalena
cognominat̄. Qđ ſi verū eſt: ꝑdicte
interpretationi famulat̄. Magdalū
enim turris dicit̄: ⁊ humilitati cōpa/
ratur. Hic vero nō nominat̄ ſed tan/
tum quoddam dicit̄: qđ indiſcuſſū
ꝑterire nō debemus. Quoddā: id eſt
ſingulare caſtellū fuit virgo maria.
Cuis eñ ⁊ multe alie murū virgini/
tatis habeant: ⁊ turrim humilitatis:
id eſt ⁊ virgines ſint ⁊ humiles: tñ
ſalua virginitate: matres eſſe nō poſ
ſūt: neqꝫ filios generare: qđ iſta ſola
fecit: Et ideo caſtellū h̄ merito qđ/
dā: id ē ſingulare dicit̄: quia iſta ſin/
gularit̄ ⁊ mater fuit ⁊ virgo: qđ nul
la alia eſſe potuit vel poterit. Verū
concedamus aliquā ⁊ matrem eſſe ⁊
virginē: q̄uis ſit impoſſibile: Etiam
ſic virgo maria ſingularis erit: quia
vnicum dei filium genuit: qui ſicut
eſt vnicus vnico patri: ita eſt vnic⁹
vnice matri: Et ideo etiā ſi virgo pa
riat: nulla dei eundē vel talē genera
bit aliū. Eſt ḡ caſtellū quoddam in
qđ intrauit ieſus: porta vero ꝑ quā
īntrauit: eſt fides. Quia eñ credidit:
ꝑfecta ſunt a domino ei que ab ange
lo dicta ſunt: ſicut ait ad eā heliza/
bet. Nec quia ieſus intrauit caſtel/
lum hoc: violatū eſt: Ieſus enim ſal/
uat non violat: cōfracta ſolidat: nō
confringit ſolida: Secundū nomen
eius ita ⁊ opus eius. Et mulier que/
dam martha nomīe excepit eū in do/
mū ſuā: ⁊ huic erat ſoror nomīe ma/
ria. Que iſte ſorores ſicut patres ſan
cti pleniſſime nobis expoſuerūt: duas
in ſancta eccl'ia vitas deſignāt: mar/
tha ſcꝫ actiuā: maria cōtemplatiuā.
Iſta laborat ad exhibenda indigen
ti omnia hūanitatis officia: illa va/
cat ⁊ videt quoniā deus eſt. Iſta cir/
ca exteriora occupat̄: illa interiora
contemplat̄. Sicut eñ mater dei eſt
ſingularis: ita ⁊ iſtarū vitarū effect⁹
quaꝝ iſte ſorores typū tenēt: in ea ex
titit ſingularis. Nunq̄ꝫ in aliq̄ perſo

na: īmo ī oībus ſic martha opata ē:
nūq̃ȝ alias ſic maria ɔtēplationi va/
cauit. Nū q̃ȝ illa vel h̄ alias qd̄ ſuū ē
ſic exhibuit. Cū martham vel mariā
dico: coꝝ ſignificata ītelligo. Sed iā
videam⁹ actionē hui⁹ marthe: de ide
conijciam⁹ cōtēplationē hui⁹ marie:
Et vt planius id faciamus: quid alij
per marthā operant̄: ꝛ quid eſt iſta
opata: cōferamus. Alij hoſpitē quē/
libet in domo ſua ſuſcipiūt: iſta non
quēlibet ſed ꝓpꝛiū dei filiū: qui nō
habet vbi caput reclinet: non in do/
mo: ſed in vtero ſuſcepit. Alij nudū
quēlibet veſte mutabili atq̧ coꝛru/
ptibili vilibet cōpoſita operiūt: il/
la verbū dei in eadē virginea carne
in vnitate pſone aſſumpſit: q̄ ſine fine
incōmutabilis atq̧ incoꝛruptibilis
permanet. Alij quēlibet eſurientem ꝛ
ſitientē cibo vel potu exterioꝛi refici/
unt: iſta deū ꝛ hominē humanitus in/
digentē: non ſolū exterioꝛibus cibis
vel potibus pauit: verūetiā interioꝛi
ſuo lacte aluit. Et vt breuiter illa ſex
Mat.25. miſericoꝛdie opa pcurram⁹: q̄ cū vni
ex minimis ſuis fiūt: de⁹ ſibi facta cō
fitet̄. Iſta nō quēlibet ex minis: ſ ſū
mū dī filiū hoſpitē ſuſcepit: nudū car
ne vl̄ etiā pānis opuit: eſurientē pa/
uit: ſitiētē lacte potauit: infirmū p in
fantiā ꝛ iacētē non ſolū viſitauit: ſ
etiā balneādo: fouēdo: liniendo: ge/
ſtando freq̄ntauit: vt merito de ea di
Luce.10. cat̄: Martha ſatagebat circa freq̄ns
miniſteriū. Cōprehēſo ꝛ crucifixo q̄/
ſi in carcere poſito affuit: ſicut ſcriptū
Joh.19. eſt: Stabat iuxta crucem ieſu mater
ei⁹. Inter hec aūt turbabat̄ ꝛ ſollici/
ta erat cū fugeret ī egyptū a facie he
rodis: q̄ ſuū talē filiū adeo pſeq̄bat̄:
Matth.2. vt multos ſuſpecte etatis pueros oc/
cideret. Turbabat̄ enī iudeos inſidi
antes ꝛ mortē ei inferre moliētes co/
gnoſceret: Ad vltimū turbata ē val/
de: ꝛ iuxta ſymeonis vocē: ſuā ipſius
Luce.2. aīam ptranſijt gladi⁹: cū videret ſuū
talē filiū cōpꝛehēdi ligari: flagellari:
cōſpui: ſpinis coꝛonari: derideri: co/

laphizari crucifigi: moꝛi: ſepeliri. Vn
ei congruit qd̄ dr̄: Martha martha
ſollicita es ꝛ turbaris erga plurima. Ne Luce.10.
mo ṽo dubitat q̄ btā maria filiū ſu/
um vellet liberari de oī tribulatiōe: ꝛ
ſeipaȝ in pturbatiōe adiuuari a diui/
nitate: quā eidem filio ſuo ineſſe ſcie
bat per theoꝛiā que eſt pars marie:
Hoc eſt qd̄ martha ɔquerit̄ q̄ eā ſo
roꝛ reliquerit ſolā miniſtrare: ꝛ eius
auxilium in miniſterio flagitat. Hec
de parte marthe. Porro de pte ma/
rie que optima predicat̄: q̄ta vel q̄/
lis in beata maria fuerit: quis digne
loquatur? Si talis eſt vt diximus: im
mo q̄ meliox eſt quā dixim⁹ in bea/
ta maria: pars marthe q̄ tamē a dn̄o
nō laudat̄: ſed tn̄ nō vituperat̄: q̄lis
eſt ps quā optimā maria elegit q̄ ſic
laudat̄ vt ab ea non auferri dicat̄?
O q̄ȝ magna multitudo dulcedīs dei
fuit ī beata virgine: qn̄ ſpiritu ſſctūs
ſup eā venit: ꝛ virt⁹ altiſſimi obum/
brauit ei: ꝛ de eodē ſpū ſctō ɔcepit.
Quid de deo nō ſapiebat in q̄ ſapiā
dei latebat: ꝛ in cuius vtero coꝛpus
ſibi aptabat? Chriſt⁹ eſt: vt ait aplus 1.cor.1.
dei virt⁹ ꝛ dei ſapiā. ꝛ in eo ſunt oēs Col.2.
theſauri ſapiē ꝛ ſciē abſconditi: xp̄s
aūt ī maria. Ergo dei ṽt⁹ ꝛ dei ſapiā
ꝛ oēs theſauri ſapiē ꝛ ſciē in maria.
Hec nō tm̄ ad pedes ſ etiā ad caput
dn̄i ſedēs: audiebat verbū ex oꝛe ei⁹.
Hec ɔſeruabat oīa ṽba angeloꝛum
paſtoꝝ: magoꝝ: necnon ipſi⁹ filij ſui
ɔferēs in coꝛde ſuo. Nemo vnq̄ȝ ſic
iſta guſtauit q̄ȝ ſuauis ē dn̄s. Inebri
abat̄ ab vbertate dom⁹ dei: ꝛ toꝛrēte Ps.35.
voluptatis ſue potabat̄. Nec mirꝝ: qm̄
apō eā: imo ītra eā erat fons vite: de
q̄ manabat tāta pfectio vtriuſq̧ vi/
te. Circa plurima vt martha occupaba
tur: circa vnū vt maria delectabat̄:
q̄ vnū ē neceſſariū: plurima auferunt̄:
vnū manet. Singlr̄ igit̄ ptē marthe
pegit: ſingulr̄ optimā ptē marie ele/
git: ſ ps marthe ei aufert̄. Iā enī nō
erit ſollicita vt miſtret ei ſicut puero:
cui oēs oꝛdies angeloꝝ miſtrāt ſicut

domino. Jam non turbabitᷣ fugiēs
in egyptū cum eo a facie herodis: q̄a
ipſa aſcendit in celum: ⁊ herodes de
ſcendit ad in infernum a facie eius.
Jam non turbabitᷣ erga pluria que
fecerunt ſuo filio iudei: quia omnia
ſubiecta ſunt ei. Jam filius marie a
iudeis vł militib⁹ nō flagellabitᷣ nec
Roma. 6 occidetᷣ: q̄: xp̄s ex mortuis reſurgēs
iā nō moritᷣ: mors illi vltra nō dn̄a
bitur. Pars ergo marthe ei auferᷣ:
ſed bono ſuo: pars vero marie ei per
ficitur: que non auferetᷣ ab ea. Exal
tata eſt enim ſup choros angelorū:
repletum eſt in bonis deſideriū ſuū:
videt deum facie ad faciem ſicuti eſt:
gaudet cum filio in eternum: Hec eſt
pars optima que non auferetᷣ ab ea:
cuius ⁊ nos participes ſimus ⁊ me
ritis ⁊ precib⁹ eius: Per ieſum chri
ſtum filium eius qui viuit et regnat
cum deo patre in vnitate ſpiritus ſan
cti per omnia ſecula ſeculoꝝ: Amen.

## Beati Anſelmi Homelia euangelij ſecd̄m lucam: Intrauit ieſus ⁊c̄. explicit.

## Capitulorum libri de excellentia virginis marie beati Anſelmi annotatio.


Ca. j. Q̄ maria excellit oēs creaturas.
ij De origine virginis marie.
iij De annunciatione.
iiij De amore virginis ad filiū.
v De cōpaſſione pro filio crucifixo.
vj De gaudio reſurrectionis:
vij De gaudio marie ī filij aſcēſione.
viij De gloria aſſumptionis beate marie virginis.
ix Quantū profuit beata virgo creature humane.
x Quantum profuit omni creature preter humanam.
xj De eodem alio modo.
xij Oratio ad beatam virginē.


## Beati Anſelmi archiepiſcopi cantuarienſis Liber de excellētia glorioſiſſime virginis marie Incipit.

## Q̄ maria excellit oēs creaturas: Capitulum I.

Uperemi
ſ nentem omni quod poſt
hominem deum creatū
eſt: excellentiam beate
matris dei quomodocunq̄ ⁊ ſaltem
lippienti oculo cordis contemplari
anhelans: ⁊ cōtemplando quod mi
hi inde capere conceditur: ad cōmu
nem noticiam proferre deſiderans:
horreo peccatorum quibus premor
enormitatem: ⁊ valde timeo ne mihi
tam alta petenti: mox obijciatur hoc
ſacre ſcripture dictum: Tollatur im Eſa. 26
pius ne videat gloriam dei: Uerum
cum recogito ſanctum filium eius ob
hoc vt peccatis hominum mederetᷣ
factū eſſe filium eius: non nihil ſpei
concipio: quod vel parum concipiē
di de ſublimitate tante matris: vel
ſcilicet genitricis: omniumq̄ tam an
gelorū q̄ hominum regina: ſciens
videlicet illam magis propter pecca
tores q̄ propter iuſtos eſſe factam
dei matrem. Dicit enim ipſe bonus Matth. 9
filius eius: ſe non veniſſe vocare iu
ſtos: ſed peccatores. Apoſtol⁹ quo
q̄ teſtatur q̄ chriſtus in hunc vene 1. Tim. 1
rit mundum peccatores ſaluos face
re: quorum ſe fatetur primum eſſe.
Si igitur ipſa propter peccatores:
ſcilicet ꝓpter me meiq̄ ſimiles facta
eſt dei mater: quomodo immanitas
peccatorum meorum cogere poterit
deſperare veniā eorum: cum tam in
effabile bonū ſit factū ex ea ob cura
tionē eorū? At ipſa curatio ad quos
efficatius progredietᷣ: aut in quibus
miſericordius operabitur: q̄ in illis
a quibus tantū bonum amatur: am
plectitur ⁊ veneratur? Excitemus ſ

mentem noſtram o fratres: et eni/
tamur q̃ꝫtum poſſumꝰ: vt in celſi/
tudinem tante virginis attẽdamꝰ:
⁊ q̃ nobis miſeratio filij eiꝰ reuela/
re dignata fuerit: pro laude eiꝰ ꝓ/
lata ruminemus. Erit eñ fortaſſis
hocipſum optare nobis cauſa non
parue ſalutis: et ſauciatis ex vitio/
rum punctionibus animis medici/
na ſalubris. Quõ nanqꝫ fieri põt:
vt ex memoria laudis eius: ſalus
non ꝓueniat peccatorũ: cuius vte
rus factꝰ eſt via ad ſanandũ pecca/
tores veniẽti ſaluatori? Quid dixi
via: cum idẽ vterus thalamꝰ dei:
aula dei in qua habitaret ſit factꝰ?
Uere etenĩ habitauit in eo: quoniã
ſeipſum ipſe in eo ⁊ ex eo quod pri
us nõ erat: fecit. O habitaculũ mi/
rabile. O habitare ineffabile: quem
celi celoꝝ: quẽ omĩes reꝝ creatura/
rum machine capere nequeũt: vir/
ginalis vterus beate marie cepit:
quãdo eundem ipſum de ſe verum
et perfectũ deum ⁊ hominẽ in vna
perſona cõcepit ⁊ generauit. Uia
tñ ipſe vterus extitit: quia per illuꝫ
deus homo factus: in mundum vi
ſibilis venit.

## De origine virginis marie: Capitulum II.

Quamuis igitur hoc ſolum
de ſancta virgine predica
ri: que dĩ mater eſt: excedat
omnẽ altitudinẽ que poſt
deum dici vel cogitari poteſt: ⁊ al/
tiſſimum q̃d habeat: etiã hoc ad cõ
templandũ ⁊ ruminandum mens
humana que ad dominũ anhelat:
tamẽ qm̃ modo venit in cor vt de
ea aliquid dicã: primo perñ de eiꝰ
origine: ac deinceps ſiquid tenui/
tas ſenſus mei de ipa qꝺ dignitati
illiꝰ exiſtimẽ nõ aduerſari: capere
poterit: in mediũ ꝓferre libet. Aſ/
ſis igitur domina ⁊ non mea que
execror: ſed tua que precor merita
in illis digneris attẽdere: que ve/
reor. Tu quidẽ noſti mentẽ meam
in hoc eſſe qꝫ me omĩno indignum
iudico de te loqui: aut aliquid ſcri
bere. Sed qm̃ inſite tibi pietatis
oculo ſup multos mei ſimiles ſcio
te reſpexiſſe: aliquo licet dignitati
tue non digno mee deuotionis ob/
ſequio: velim agere erga te: quate/
nus ipſo conſuete miſericordie tue
oculo: quandoqꝫ digneris me re/
ſpicere. Tacitis itaqꝫ illis ab initio
om̃is creature vſqꝫ ad ſanctum ſui
aduentũ: ſunt de hac virgine pro/
phetata: ſicut tam per eos qui an/
te legẽ q̃ꝫ et per eos qui ſub lege iu/
ſti fuerũt. Illud conijcio apud me:
natiuitatẽ eius: quã quidem ex li/
nea generationis hũane nõ neſcio
deſcendiſſe: magna quedam atqꝫ
miranda diuinoꝝ ſignorũ indicia
ꝑcurriſſe: Que tñ illa fuerint: ſolꝰ
ipſe ſine ſcrupulo nouit: qui eã an/
teqꝫ naſceret: in matrẽ elegit: qꝺ
in ea re vt eſtimo: ⁊ nõ incongrue
actũ credi poteſt: quatenus eo ma
ior veneratio fideliũ circa eius or/
tum exiſteret. Quo eñ alio modo
ſublimitatẽ tante rei altiori ſecre/
to celari quiſqꝫ perpenderet? Nec
eñ eccleſia dei inconcuſſe auctori/
tatis ducit ipſam ſcripturam: que
ortum illius ab angelo prenuncia
tum refert. Nam licet beatus Hie/
ronymus iuxta alterius cuiuſdam
ſcripture materiam: quã in adole/
ſcentia ſua legiſſe: ⁊ cuius auctorẽ
ſe fatetur ignorare: eam reſecerit:
dicit tamẽ non eo pacto ſe ſcripſiſ/
ſe qꝺ ſcripſit: vt aliquã deſcripte
rei certitudinẽ eccleſijs vellet in/
ferre: ſꝫ hoc ſolo vt rogantibꝰ ami/
cis ſimilem morem gereret. Unde
quẽadmodũ dixi: ſcriptũ illud in
auctoritatem eccleſia ſuſcipere no/
luit: videlicet indecẽs eſſe reputãs
de beata matre dei quid dubitabi/
le in laudem eius recitari: cum ea q̃
incunctãter de i'ſa vera exiſtunt:
tanta laudis materia ſit referta: vt

quicunqꝫ in laudãdo eam morari
deſiderat: neceſſe ſit vt facultas eiꝰ
magnitudini rei ⁊ veritati ſuccũ/
bat. Sicut em̃ ſola p̄ cunctis meri/
ti ſingularis enituit: ita q̄cq̃d eam
attinet: ſpeciali quadam veritatis
firmitate dignum eſt enitere.

## De annunciatiõe angeli/ca: Capitulum III.

Nata igitur ⁊ infantiles an
nos exuta: q̄ꝫ caſte: q̄ꝫ ſan/
cte: q̄ꝫ deo digne vitam in/
ſtituerit: ⁊ inſtitutã egerit: quis vł
cogitatu non dicã dictu queat cõ/
iecturare? Nulli deniqꝫ dubiũ: ca/
ſtiſſimum corpus ⁊ ſanctiſſimam
animã eius funditus ab omni fu/
iſſe macula peccati iugi angelorũ
cuſtodia ꝓtecta: vtpote aulã quã
ſuus ⁊ omnium creator deus cor/
poraliter inhabitaturus: ⁊ ex qua
hominez in ſue perſone vnitate in/
effabili fuerat operatione ſuceptu/
rus. Et quid mirum? Nam inter
omnes vſus obtinuit: ſi tamẽ cele/
ſtibꝰ ad terrena poteſt eſſe cõpa/
ratio vlla: vt cũ prepotens aliq̄s
⁊ perſona diues: aliquo vadit ho/
ſpitaturꝰ vt ⁊ clientes precurrant:
vt locum muniãt: mundent: ornẽt
⁊ cuſtodiant: quo venienti domi/
no ſuo aptus ad habitandũ ⁊ cõ/
gruus fiat. Qz ſi talis apparatꝰ ſit
pro aduẽtu terreni hominis ⁊ mo/
mẽtanee poteſtatis: qualis appa/
ratus omnis boni putamus fiebat
pro aduentu celeſtis regis et eter/
ni in corde ſacratiſſime virginis:
que illum non ſolum erat in ſemet
tranſitiue hoſpitatura: ſed etiam
ex ſubſtãtia ſua factum hominem
paritura? Siquidem vbi venit ple
nitudo temporis quod ſuo aduẽtu
ipſe deus ante tempora predeſtina
uit: miſit deus angelũ gabrielem:
vnum de primis principibus ſuis
ſcilicet regni ſui: nũciare tibi o bea/
tiſſima feminarum inſtare ſalutem
humani generis: ⁊ ſe eandem ſalu/
tem operaturũ: ⁊ ex te caſtiſſima
per ſpiritus ſancti operationẽ: ve/
rum deum ⁊ hominem naſciturũ.
O domina audis que feruntur ad
rem om̃i ſeculo inauditam: paues
⁊ miraris: nulla tamen incredulita
te moueris: verum indubitãter te/
nes apud te omnimodo impoſſibi/
le fore nõ fieri: qđ angelꝰ dixit fu/
turũ eſſe. Credidit ergo ⁊ certiſſi/
me intellexit deum tam bonum:
tam piũ: tam omnis miſeriꝯdie viſce/
ribus plenuz: vt ad terras de cele/
ſti ſede deſcẽderet: ⁊ homo factus
ꝑ indebitã ſibi mortẽ genꝰ huma/
num a perpetua vellet morte qua
tenebatur eripere. Reſpondens er
go nũcio: ait: Ecce ancilla domini:
fiat mihi ſecundũ verbum tuũ. O Luce. i
fides deo accepta: O hũilitas gra
ta: O obedientia om̃i ſacrificio io
cundiꝰ deo oblata. Quid ergo qđ
venientis dei oculos offenderet in
illa poterat reſidere in qua tantaꝝ
virtutum inſignia veniẽs inuenit
redolere? Certe ſola fide abraham Gen. 15
fertur deo placuiſſe: ⁊ hoc q̄a deo
credidit: ad iuſticiam illi reputa/
tum fuiſſe. Super humiles autẽ ⁊ Eſaie. 66
q̄etos ac verba ſua tremẽtes: ſpiri/
tum ſuũ requieſcere: ⁊ obedientiaz
ſe pro ſacrificijs malle aſſerit deus.
Cum igitur in his que tantopere
deo placẽt: ſancta virgo maria tã
excellenter illi placuit: vt nequa/
q̄ꝫ crederet quis illã aliqua ratio/
ne excellentiꝰ placere potuiſſe: Ni/
mirum tenemus fide: Ab omni ſi
quid adhuc in illa originalis ſiue
actualis peccati ſupererat: ita mũ/
datum cor illius vt nec ſuper eam
ſpiritus domini: ſcilicet ſuper hu/
milem ⁊ quietam ⁊ tremẽtem ver/
ba ſua totus requieſceret: ipſam vo
luntati dominice caſtiſſimo ac ſim/
plici corde obedientẽ: ⁊ om̃i holo/
cauſto ſuauius acceptaret: virtu/
teqꝫ altiſſimi obumbratam: filium

dei ex illa incorporaret. Hic ſe ſberigat intētio mentis hūane: ⁊ pro poſſe paucis intendat: ꝙtū penderit omnipotens deus merita huius beatiſſime virginis. Intendat inꝙ ⁊ contempletur: videat ⁊ admiretur: vnum filium ſibi conſubſtātialem: coeternum: omnipotentem ex ſua natura ſine initio deus pater genuit: ⁊ per eum omēs creaturas viſibiles ⁊ inuiſibiles ex nihilo fecit. Hunc igit͛ ſibi tam vnicum ꝙ dilectiſſimū: ⁊ in omnibus omnino equalem: nō paſſus eſt remanere ſolummodo ſuum: ſed eundem ipſum voluit in rei veritate eſſe beate marie vnicum ⁊ dilectiſſimum ⁊ naturalem filium: nec ita vt duo eſſent: vnus videlicet filius dei: alius filiꝰ ſancte marie virginis: ſed vnus idem ipſe qui filiꝰ dei in vna perſona eſſet filiꝰ ſancte marie virginis: ⁊ qui filiꝰ ſancte marie vnꝰ ⁊ idem ipſe eſſet in vna perſona filius dei. Quis hec audiens nō obſtupeſcet: ⁊ ꝙ deus tale quid velle potuerit: non vltra omne quod dici poteſt admirabile ducat? Puella de propagine adā nata: de peccatrici progenie orta: ſubito verſa vice: maledictionis eue: benedicta predicatur ſuper omnes mulieres ⁊ cōcipit ⁊ parturit ⁊ parit hoīem deum: omnes preuaricationes ꝓpulſaturum: eoſqꝫ qui ſibi obtemperarēt: in celeſti ſuo regno ſibi coheredes conſtituturum.

## De amore virginis ad filium: Capitulum IIII.

q

Quam mirabilis natura et ineffabilis affectus amoris cōſiderari queat inter hūc talem tante matris filium: ⁊ hanc talem tāti filij matrem: perpendāt hi ſaltem quoquo modo qui vnico dilectionis feruore ſeſe altrinſecus amant: mater ſcilicet filium et filius matrē. Perpendat inꝙ aliqua bona mat͛ quo affectu tenea͛ circa vnicū ⁊ bonū filiū ſuū: ⁊ bonus filiꝰ ſiſi mō ꝑpendat ꝙ pietate moueatur erga bonam ⁊ dilectiſſimam ac dulciſſimam ſuam matrē: ⁊ aliquatenus temptet ſi quo modo in ſe coniectare valeant amorē huius bone matris erga vere bonum ⁊ vnicum filium ſuum: ⁊ iſtiꝰ boni filij erga vere bonam ⁊ dulciſſimam matrem ſuam. Equidem omēs homines ex cōiunctione duarum perſonarum: hoc eſt maris ⁊ femine procreant͛: ⁊ amorem ſuum vtriqꝫ perſone: id eſt patri ⁊ matri naturalit͛ debent qui ſic generant͛: ipſumqꝫ nihilominus amorem ſuum parentes ambo qui eos genuerunt. Cum aūt amorem quem pater ⁊ mater ſinguli debēt filio ſuo: debet hec feliciſſima matrū ſola filio ſuo: amorē etiā quē debet quilibet filius ſimul ſuo patri ⁊ matri: ille filius vere virginis ſue debet ſoli matri. Nam ſicut alij filij naſcuntur ex patre ⁊ matre: ita filius eius natus eſt ex ea ſola matre. Excedit itaqꝫ omnes amores parentū in filios: aut filiorum in parentes amor iſtius matris in filium ſuū: ⁊ iſtiꝰ filij in matrē ſuā: Et hec ita ſe habent iuxta rationem filiationis que facta probatur extra leges humane procreationis. Alio quoqꝫ modo ſi placet amorem huius filij ⁊ huius matris perſcrutemur: ⁊ ꝙtum inde nobis conceſſum ꝑut poſſumus ſpeculemur. Certe q̄ generat eſt temporaliter nata: qui generatur deus eſt per quē omnia tempora ſūt ⁊ ipſamet virgo creata. Oſtendit ergo ipſe prius amorem quē habebat erga matrē virginem ⁊ amorem quo nullum putemus eſſe poſſe maiorem: matrē ſuā fecit illā: ⁊ virginitatē illi nō ademit. Equidem hec duo ipſa iocundius amabat: ſcilicet virginitatē ⁊ fecunditatē: Virginitatem:

quia hanc placere deo per omnia
intelligebat fecunditatē: quia ſine
hãc maledictū legis que adhuc car
naliter cuſtodiebat: incurrere me/
tuebat. Vicit tñ amor ī ea ſeruãdē
ꝟginitatis: ⁊ excluſit ab ea timorē
incurrende maledictionis. Virgo
itaqꝫ ⁊ tenera ⁊ delicata: regali ſtir
pe ꝓgenita ⁊ ſpecioſiſſima totam
intentionē ſuam: totū amorem ſu/
um: totum ſtudium ſuum ad hoc in
tendit: vt corpus ⁊ animaꝫ ſuam
deo virginitate perpetua conſecra
ret. Sciebat enim qꝫ q̃to ſanctius
eam ſeruaret: tãto ſublimius ei qui
omnium caſtiſſimus: immo qui ip/
ſa caſtitas eſt: appropīquaret. Am
plectendo igitur quod acceptabi/
lius domino eſſe cognouit: legem
ſuperauit ſpreuitqꝫ maledictū da/
te legis: ⁊ credidit: reputans ſecuꝫ
illum cui placere querebat tãte bo
nitatis ⁊ tante ſapientie: vt antē
ſe vel de ſe tutum conſilium ne q̃d
peccati in iſtis ſubiret: inueniret: nec
decepta eſt. Quis enim ſperauit in
domino ⁊ derelict⁹ eſt ab eo? Deni/
qꝫ vbi tam ſanctam intentionē ei⁹:
tam caſtum propoſitum eius: tam
firmam fidem: conſtantem ſpem ⁊
indeficientem vidit charitateꝫ ei⁹:
miſericordie ſue intuitu egit circa
illam: vt nec ſanctitas intentionis
eius fruſtraretur: nec caſtitas pro/
poſiti eius violaretur: ne aut ſanitas
fidei infirmata: a ſpei ꝯſtantia titu
baret: aut charitatis in ea plenitu/
do deficeret: Dedit ḡ illi vt ⁊ ꝟgo
q̃d magis optabat ꝑmaneret: ⁊ vt
nemo illã ā maledicto legis liber/
rimã dubitaret: fecunda fieret. Et
vnde fecunda? de illo ſine quo om
nis fecunditas in ſterilitatem con/
uertitur: ⁊ igni cõſumenda ſuccidi
tur. Et reuera dignum fuit: vt eo
in virgine ſuperueniente illa fecun
daretur: que paritura erat deum ꝑ
quē totus mūdus ſaluaret. Quid
ergo hic dicem⁹? Eſt ne putatis vl/
la mēs hominis quemodū huius
dilectionis quam deus ad hãc vir/
ginē habuit queat penetrare: quan
do ⁊ illi quod charius amabat ſic
integre ſeruabat: vt eaꝫ tam digne
⁊ caſte fecundatam: ſui ipſius ma/
trem fecit? Poteſt ne queſo vllus
hominū aut angelorū iſtius amo/
ris immenſitatem penetrare: vel di
gnitati honoris illi⁹ quicq̃ vel co/
gitatu ꝑcipere cõparabile? Erigite
obſecro frēs mei: erigite aciē mētis
vrē ad ꝯtēplandū tãmirã diuine
operatiōis dignationē ⁊ tã ineffa/
bilē ⁊ ſtupendã. oī ſeculo hui⁹ mu/
lieris grãm ⁊ exaltationē. Et tu o
btiſſima feminarū in quã fluxit tã
copioſa ⁊ ſupereminēs gratia om/
nium gratiarū: q̃d eī animi queſo
gerebas ad eū qui tibi hec magna
fecit? Unde ſicut ipſa dixiſti: iam ab
omni generatiōe beata dici merui/
ſti: Uere magnificauit aīa tua do/
minum: ⁊ ſpiritus tuus exultauit
ī deo ſalutari ipſi⁹. Salutarem ī/
rabile: quod non ſolum dominã te
ineſtimabili ſalute ſublimauit: ſed
⁊ totum mūdum peccatorum vul/
neribus putridum: ex te prodiens
mirabili diſpenſatiōe ſanauit. Ue/
rum dum illum qui ſibi hec mirã/
dã fecit paruulum inter manus ſu/
as verſari: ⁊ ad vbera ſua pēdere:
⁊ ad parui ⁊ teneri corporis leſio/
nes paruulorum more vagire con/
ſpiceret: quo precor affectu piiſſi/
mus eius animus mouebatur: quo
ve ſtudio ad occurrendum cūctis
q̃ incommoda illi fore timebat pa/
rabatur caſtiſſimum corpus eius?
Deus fili huius feliciſſime matris:
qui es virt⁹ ⁊ vera ſapientia ſum/
mi patris: oramus te quatenus ip/
ſa miſericordia qua fact⁹ es homō
pro nobis: inſinuare digneris cor/
dibus noſtris: quo animo: qua co/
gitatione ferebatur hec dulciſſima
tua mater: cum te inqꝫ talem ac tã/
tillum in brachijs ſuis exultans et

leta teneret: cū tibi infantulo dul/
cibus oſculis ⁊ frequentibus con/
gauderet: cum te lachrymãtem ſup
genua ſua quibus poterat modu/
lis conſolaretur: cum deniqꝫ alijs
⁊ alijs ſtudijs ad q̄ ipſam materna
pietas informabat: tibi pro quali/
tatū viciſſitudinibꝰ ſedula blandi
retur? Doce inqꝫ nos vel paululum
mente percipere affectū ipſum quo
replebatur cor illius: vt ſi eum pec/
catorum noſtrorū ſqualoribus ob
ruti: quātus fuerit plene nō meremur
contingere: ſaltem pauca merea/
mur. in noſtris erūnis aliquatenꝰ
reſpirare. Nec putetur ab aliquo
contemnendum: vel parum quid
ſentire quēlibet i ſe de affectu illiꝰ
matris in filiū ſuū: Nullo ſiquidē
modo crediderim ꝙ is q̄ ad eū in/
telligēdū ꝓuehi meruerit: ab amo/
ris eius dulcedine extraneꝰ vſque
quaqꝫ exiſtere poſſit. Qui autē in
dilectiōis ſuauitatem tranſit: nul/
lo pacto deſidēdum quin ⁊ in retri
butionis eius participium tranſi/
turus ſit. Quā vero retributionē
ſui amoris ſit adepta: tota chriſtia
nitas nouit: que illam ſuper om̄es
celos exaltatam: ⁊ angelicis choris
prelatam certiſſime credit. Eia fra
tres quātum poſſumus enitamur ali
quo modo affectum illius tam bo/
ne matris agnoſcere: ⁊ in nobis ſal
tem rei magnitudini ſuccumbēdo
degustare: quo ipſiꝰ meritis adiu/
uari ⁊ dilectionis eius. ſalutari re/
creari: ⁊ aliqua future conſolatio/
nis mereamur remuneratiōe ſubli/
mari. Quicunqꝫ igit aliquē ſince/
ro ⁊ dulci dilectionis affectu dili/
git: omnia commoda ⁊ iocunda ei
ſuccedere cupit: illius icōmodis ſi
que acciderint meſtꝰ ingemit: vol/
uat ⁊ reuoluat hunc ſuum affectū
apud ſe et cogitet quid ſibi eſſet: ſi
adhuc quē fingere multiplicatꝰ in
ſe ſedem maior exiſteret. Que cū
fecerit ⁊ hunc ſuum amorem quātū/
cunqꝫ intellectu ſuo magnificatum
amori illius piiſſime matris domi/
ne noſtre: in deum filium ſuum ali/
quatenus comparari poſſe putaue
rit: neſcio vtrum audiēdus in hac
ſua eſtimatiōe: Nec mirū: ipſe enī
ſpiritus dei: ipſe amor omnipoten
tis patris ⁊ filij: ipſe per quē ⁊ in q̄
amatur omne quod bene amatur:
Ipſe inqꝫ corporaliter: vt bene di/
catur: venit in eam: ſingularique gra
tia pre omnibus que creata ſunt:
ſiue in celo: ſiue in terra requieuit
in ea: ⁊ reginam ac imperatricem
celi ⁊ terre ⁊ omniū que in eis ſunt
fecit eam: ⁊ alicui bono ad tempus
debriato in animum cadet ſe quicqꝫ
amoris habere qđ illi amori queat
cōparabile eſtimari: quē hec bea/
tiſſima matrū ad ipm habebat a q̄
ſe tā ineffabili dignitate ſublimata
intelligebat. Superat ergo omnes
omnium rerum creatarum amores
et dulcedines magnitudo amoris
iſtius virginis in filium ſuum: et
dulcedinis immenſitas qua exulta
bat ⁊ liquefiebat anima eius in eun
dem dominum deum ſuum. Itaqꝫ
cui ſaltem ita cōceſſum fuerit ſepe
dulci ſtudio poſſe cogitare de illa:
magnum promerende ſalutis indi
cium eſſe cōiecto. Sed quid dicā?
Si tantꝰ fuit amor eiꝰ et vere ma/
ior erga hūc dilectiſſimum filium
ſuum: quo queſo vel quali gaudio
replebatur tota ſubſtātia eiꝰ: qn̄ eū
quē tā opere diligebat: quē creato
rem ac dominatorem omnium rex
eſſe ſciebat: ſecum egentem: ſecum
edentem: ſe quecunqꝫ noſſe vole/
bat dulci affatu docentem haberet
quid caperet.

## De compaſſione beate marie virginis ꝓ filio crucifixo: Capitulum V.

Cum ergo tanta dilectione ⁊
tanta exultatiōe beata dei
genitrix ex preſentia illius

⁊ ꝯuerſatiõe foret iocũdata: ꝑpendat q̃ pōt q̃bus dolorib⁹: q̃bus gemitibus: quibus ſuſpirijs cruciabatur: quãdo eum a ſe crudelium manibus auelli: quando ad condemnandum eum tradi: quãdo ad ſubeũdũ mortẽ iudicio iudicis iniq̃ tribunali conſpiceret ſiſti. Forte tamen inter hec ei poterat eſſe vt more loquar humano aliqua ſpei cõſolatio de euaſione illius: dum ſententiam mortis eius pendere conſpiceret: audiretq̧ ſub altercatiõe preſidis ipſum liberare querentis: Corripiam ergo eum ⁊ dimittã: ⁊ iudeorũ peſſime plebis ne liberaretur: regnum ceſaris contra preſidentẽ appellãtis. Uerum dum ꝓlata certa ſentẽtia mortis illi⁹ omnis eam ſpes euadẽdi defereret: eũq̧ crucem in qua ſuſpendi debebat: humeris vſq̧ ad locũ ſue paſſionis ſubuehere conſpiceret gemebunda: Eſt ne precor aliquis qui queat percipere qualitatem pectoris eius? Adiect⁹ eſt his doloribus ei⁹ dolor alius: Petrus ⁊ alij diſcipuli ei⁹: de nihili in apoſtolatũ electi: ⁊ iam in tante celſitudinẽ virtutis vt iam demonibus imperarent erecti: nec non ſecretorum illius conſcij et familiares in cunctis effecti: inſtante hora traditionis eius fugam ineunt: et eum pro quo ſe mortem paulo ante ſubituros ꝓmiſerant: obliti tantorũm bonorũ ſponſioniſq̧ ſue: ſolum ipſa cõſiderante relinquunt. Un de ipſum ad paſſionem omnibus amicis deſtitutum tendentem: hac voce ſequebatur gemẽs: Uadis propitiator ad immolãdũ pro omnibus: non tibi occurrit petr⁹ q̃ dixit: Pro te moriar: Reliquit te thomas q̃ ait: Eamus ⁊ moriamur cum eo omnes: ⁊ nullus ex his niſi tu ſolus duceris: qui me caſtam ꝯſeruaſti filius me⁹ et deus meus. Uerũ hec verba ex magne pietatis fonte producta: ita paucis ad hec commemoraſſe ſufficiat: vt ea oculus pietatis attendens dum tante matris gemebundis affectibus compatit: pij amoris illius fructu remũerari aliquãdo mereatur. Sed cum ad ipſam eius paſſionem ventum fuiſſet: et ipſe cruci affixus: hinc ipſã matrẽ ſuam: hinc diſcipulũ quẽ diligebat prope aſtãtes intuitus eſſet: ne matrem penitus orbatam relinqueret: ei preſentem diſcipulũ ſuo loco in filium ſurrogauit: Mulier inquit ecce filius tu⁹. O commutatio pro eterno et incommutabili deo: purum ⁊ corruptibilem hominem: pro naturali et vnico filio: ſeruum accepit in filiũ. O domĩa q̃ precor in te ſibi ſuccedebant: cum tam ineſtimabilem commutationẽ ab ipo quẽ ſuper omnia diligebas tibi fieri audiebas? Uere pertranſiuit animam tuam gladius doloris: qui tibi amarior fuit omnibus dolorib⁹ cũ in ſuis paſſiõis corporee. Quicquid eñi crudelitatis inflictum eſt corporibus martyrũ leue fuit aut potius nihil comparatione tue paſſionis: que nimirum ſua immenſitate tranſfixit cuncta penetralia tua: tuiq̧ benigniſſimi cordis intima. Et vtiq̧ pia dña nõ crederẽ te potuiſſe vllo pacto ſtimlos tãti cruciat⁹ quin vitam amitteres ſuſtinere: niſi ipſe ſpiritus vite: ſpiritus conſolationis: ſpiritus ſcilicet dulciſſimi tui filij pro quo morientẽ conquerebaris: tantopere torquebaris: te confortaret: te conſolaretur: te intus doceret non eſſe mortem eum abſumentem: ſed magis triumphũ omnia ei ſubijcientẽ: quod in ipſo fieri coram moribundo videbas. Mortuus eſt tamen ⁊ ab oclis tuis te ſpectãte ſepulchro recluſus: Cetera ſilẽtio premo: penitus ignorans vbi vel vnde ali

ꝗuid dicendum aſſumam ex quo luceꝰ tui modū o pudiciſſima vir/go alicui proponere queam. Siq̃/dem cum illum quem te virginem concepiſſe: virginem peperiſſe: et poſt partum virginem noueras ꝑmanſiſſe: necnon per quem te in/telligebas ab omni generatione be/ataȝ dici meruiſſe: videbas iniquo/rum ſeuicia tam crudeli nece perē/ptuȝ: tam ſubito tuis aſpectibꝰ ab/ſtractum et ſepulchri antro reclu/ſum: q̃d ego? neſcio q̃d haberem: vbi vel vnde acciperem quod in conſiderationem tui ſtatus animi quem gerebas eo tp̄e cuilibet pan/derem: ſed acerbitas doloris ⁊ me/roris in reſurrectione eiuſdem filij tui domini dei noſtri in leticiaȝ eſt conuerſa: Et in quā qualem vel le/ticiam?

## De gaudio reſurrectionis: Capitulum VI.

Attendamus fratres mei: Supra dum gaudij eius ex/ultationem qua replebatur in cōuerſatiōe ſecum adhuc in car/ne mortali degentis: iſtius filij ſui cōſiderare niteremur: in ip̄o noſtri animi niſu defecimus: ⁊ eam vltra omnem humanum intellectum ma/gnam ⁊ mirandaȝ eſſe aduertimꝰ. Si ergo tā magna fuit tūc cū ip̄m bene ſciret paulo poſt moriturum: que vel q̄nta putatis fuit tunc cum ipſum iam calcatis mortis legibus reſurrexiſſe: non ſolum in eternum victurum: ſed et celi et terre omni ꝙ creature perenni iure dominatu/rum? Nolo: hāc immenſitatē gau/dij eius penetrare quis laboret: q̃/niam que ipſis angelis dei eſt ad/miranda ⁊ ipenetrabilis: non faci/le crediderim: ꝙ cuiuis homī mor/tali poſſit eſſe penetrabilis. At ſi aliquis querit: quare euangeliſte non referant ipſum piiſſimum do/minum a morte reſurgentem huic ſue dulciſſime dilectiſſimeꝙ matri vt eius dolores mitigaret: primo ac precipue apparuiſſe. Dicimꝰ qꝫ a quodam ſapiente de hoc ipſo ſci/ſcitātes audiuimꝰ ſic: tanta eſt ſci/ſcitata auctoritas narrationis euā/gelice: vt nihil in ea dependēs: ni/hil inane nihil ſuperfluum reperia/tur: ita ꝙ ſi matri domini: ſi do/mine mundi ipſius filius ab infer/no reſurgens: ſcriberetur ſicut alij cuilibet apparuiſſe: eā ꝙ de ſua re/ſurrectione docuiſſe: quis non tale ſcriptum ſuperfluum duceret: regi/nam videlicet celi ⁊ terre omniſꝙ creature coequare illis quibus ap/paruit viro aut mulieri? Spiritus eius in illa plene et ꝑfecte quieſce/bat: q̃ ſibi ⁊ eſſe illiꝰ ⁊ facta eiꝰ om/nia luce clarius reuelabat: et euan/geliſte ſcriberent tunc vel tunc illi talem ſemet exhibuiſſe. His itaꝙ paucis alicuius forſitan inquiſi/tioni prout accepimus reſponſis: adhuc aliquid gaudij huius beatiſ/ſime virginis matris ſpeculando p̄ oculis conſtituamus: non ea ſpe vt modum illius nos in hac mor/tali/tate vinctes: ꝑfecte intellecturos fore opinemur: ſed vt inde aliq̄ntu/lum deguſtando qua poſſumus il/lud deuotione veneremur: Sic em̄ inſpectum ⁊ deguſtatum magnum in eius amorem anhelantibus ſo/let generare profectum. Eia ſi gau/dium pro filio ſuo ſecum in carne degente: ſi gaudium habuit eodeȝ ſuo filio calcata morte ab inferis reſurgente: non minori gaudio ex/ultauit ipſo ſuo filio ī ea carne quā de ſe aſſumptaȝ nouerat corā ocu/lis ſuis celos penetrare: quis hoc dixerit: immo quis hoc gaudiū eiꝰ

omnib⁹ que illud p̄ceſſerūt gaudijs
nō crediderit eminere? Bone mr̄es
ſolēt magnifice i h̄ mūdo exhilara/
ri: cū vidēt filios ſuos terrenis ho/
noribus ſublimari: ⁊ iſta mater p/
culdubio bona: non ineffabili gau/
dio letaretur: quando filium ſuum
vnigenitū omnes celos dominā/
di iure penetrare: ac in dei patris
omnipotentis vidit cōſeſſum aſcē/
dendo pertingere? Immo quid
huic gaudio vnq̄ fuit ſile? Quid
in medium prolatū ſaltem per il/
lud aliquo modo poſſit mens hu/
mana i iſtud aciem ſuā dirigere?
Sed ⁊ hec gaudiorum ſuorū ma/
gnitudo nonnihil incrementi ac/
cepit: cum adueniente ſuper diſci/
pulos ſpiritu ſancto: mox ad predi/
cationem illorū fidem filij ſui tan/
ta hominum multitudo ſuſcepit.
Nec mirum inde alicui videatur
q̄ dico gaudium eius incrementū
in credentium conuerſione ſum/
pſiſſe. Ibi enī excepto gaudio qđ
de ſalute generis humani in iſto ꝯ
conuerſione concipiebat: filiū ſu/
um non gratis fuiſſe mortuum: cū
tam efficaciter operari videbat fi/
dē amoris eius in eis qui amato/
res eius extiterant. Gaudium itaq̄
ei erat in celo: ⁊ gaudium in terra:
gaudiū inſuper in omni creatura.
Gaudiū in celo: q̄ fructus vētris
eī benedict⁹: iam erat victor mor/
tis ⁊ orbis: i celo regnabat: ⁊ cun/
cta celeſtis curie agmina ineſtima/
bili magnificentia letificabat. Gau
dium in terra: quoniā eorum pro
quorum ſalute matrē dei ſe factā
ſciebat: abiecto iugo diaboli a quo
captiui tenebantur: liberam in ip/
ſam ſalutem currere conſpiciebat.
In omni quoq̄ creatura gaudium
habuit: eo q̄ illum a priſtina opp̄ſ/
ſione erui: ⁊ ad illum ad quem fa/
cta fuerat ſtatū redire vidit: Poſt
q̄ enim homo deum contempſit: ⁊
eius mandatis tumidus contraire
non timuit: in nulla creatura quā
deus ad ſubſidiū eius inſtituit: iu/
ſto iudicio aliquid iuris ampli/
us habere debuit. Cum igitur ⁊ in
contumacia ſua contra deum om/
niū rerū dominū perſtitit: ⁊ tamē
vſum rerū in ſubſidiū ſuū retorq̄re
nō deſtitit: domino deo iniuſticiā:
⁊ dei creature violentiam intulit
et oppreſſionem. At nunc cum iam
reconciliatus homo per mortem fi/
lij huius beatiſſime matris redit in
gratiam dei: famulandi ſcilicet ei p
quo ſe inſtitutā eſſe cognouit: hec
ſacratiſſima domina vidiſti: intel/
lexiſti: hec per te tali modo impleta
eſſe: magnifice ea gauiſa. Iſta fra/
tres dicimus dulce habētes: ⁊ vos
dulce habere cupiētes: ſepe volue/
re: in memoria amorem ⁊ gaudi/
um huius domine: quibus iugi ex
undantia in deū ⁊ deo iocundaba
tur tota illius ſubſtātia. Nihil enī
vtilius poſt deū memoria matris
eius: nihil ſalubrius meditatione
pij amoris q̄ feruebat in memoria
et contemplatione filij ſui: nihil io/
cundius ſapore pertractari gaudij
eius quo multipliciter paſcebatur
in eodem ⁊ per eundem filium ſu/
um. Sepe quippe vidimus ⁊ audi/
uimus plurimos hominum in ſuis
periculis recordari horum: ⁊ om/
nis periculi malum ilico euaſiſſe.
Velociorq̄ eſt nonnunq̄ ſalus
memorato nomīe ei⁹: q̄ inuocato
nomine domini ieſu vnici filij ſui:
Et id quidē nō ideo fit q̄ ipſa ma/
ior et potentior eo ſit: nec enim ip/
ſe magnus ⁊ potēs eſt per eā: ſed il
la per ipſum. Quare ergo ꝓmptior
ſal⁹ in recordatione eius q̄ filij ſui
ſepe p̄cipit? Dicā quid ſentio: Fi
lius ei⁹ dominꝰ eſt ⁊ iudex omniū:
diſcernens merita ſingulorum: dū
igit ipſe a q̄uis ſuo nomine inuo/
catus non ſtatim exaudit: profecto

id iuſte facit. Inuocato autem nomi ne matris etſi merita inuocantis nõ merentur vt exaudiatur: merita tamen matris intercedunt vt exaudiatur. Hoc deniq̃ vſus hũanus quotidie probat: cum quis propoſito do mĩco nomĩe efficaciter ab alio aliq̃d impetrat: qđ ſimpliciter ſua prece nequaq̃ impetrare poteſt. Itaq̃ ſi tam vtilis aliquando in ſubueniendo memoria nomĩs matris dei exiſtit: non mirũ ſi magne ſalutis afferat fructuz frequens meditatio amoris eius: ſi plenam iocunditatem dabit dulci ſtudio cogitata ⁊ recogitata immẽſitas gaudij eius.

## De gaudio beate marie in filij aſcenſione: Capi. VII.

Quapropter adhuc in ſpeculatione gaudij eius verba vertamus: ⁊ mẽtes noſtras ipſius dulcedine aliquantiſper enutriamus: Perpendamus itaq̃ cuz tanti gaudij magnitudo impleuerit intima piiſſime domine huius ex his que iam paulum intuendo prout potuimus prelibauimus: vtrum ei ſuper illa adhuc adijcere aliquid gaudij potuerit: id quod reuelãte ſpiritu ſancto: remota omni ambiguitate: ſciebat ſe decurſo labentis vite ſpacio: in beatitudinem regni celeſtis aſcenſuraz: ⁊ filium ſuum omnipotẽti deo patri in ſua deitate coequalem ſicut eſt: in indeficienti contemplatione viſurã: ſeq̃ poſt euz omni creature celeſtiũ: terreſtrium ⁊ infernorũ perenni iure dominaturam. At immenſitatem gaudij huius quis conſiderabit: qui non in ipſa conſideratione penitus ab ea opprimatur? Et ſi cauſa gaudij tanta eſt: gaudiũ ipſum quale ⁊ q̃tum eſt? Sed o bone ieſu iſtius tue dulciſſime matris fili: quomodo p̄miſiſti pati vt te in regnũ tue glorie remeante: illam quaſi orbatam in miſerijs mũdi relinq̃res: et nõ eaz ſtatĩ tecũ regnaturã aſſumeres? Fortaſſis domine: ne tue celeſti curie venir et in dubiuz: cui potius occurreret: tibi videlicet domino ſuo cum poſt regnum tuum in aſſumpta carne petenti: an ipſi domĩe ſue ipſum regnuz iam ſuũ materno iure effectum aſcendenti. Nam vt in partes ſuo occurſu divideretur: quatenus pars tibi ⁊ pars illi in primo aduentu obſequeretur: non deceret eſtimo: preſertim cũ tota ſit tua totaq̃ p te eadẽ celeſtis curia ſua. Prudentiori ergo et digniori ↄſilio vſus: precedere illã volebas: quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo preparares: ac ſic comitatus tota curia tua feſtinus ei occurreres: eamq̃ ſublimius ſicut decebat tuam matrez: ad te ipſum exaltares. Equidem non eſt ab re credere ipſũ his de cauſis matrem ſuam preceſſiſſe: cum ipſe idem vnigenitus huius beatiſſime virginis p̄miſerit ſuis diſcipulis: ſe abiret eis locum in celeſti ſede preparaturum. Si ergo locus ab eo preparabatur ad gloriam et honorem diſcipulorum: quomodo nõ prepararetur ad honorem ⁊ gloriã matris ſue domĩe ſcilicet ⁊ regine angelorum? Erat preterea vt hic quidez videtur vtilis ⁊ neceſſaria fidei noſtre conuerſatio ſua poſt aſcenſionem domini inter apoſtolos eius: quia licet ipſi per reuelationem ſpiritusſancti edocti in omnẽ fuerint veritatem: incomparabiliter tamẽ eminentius ac manifeſtius ipſa per eum ſpiritũ veritatis: illius veritatis profunditatem intelligebat: et per hoc multa eis p hãc reuelabantur: q̃ in ſe nõ ſolum ſimplici ſcientia: ſed ipſo effectu: ipſo experimento didicerat de myſterijs eiuſdem domini noſtri ieſu chriſti. Nec dilatio ſue aſſumptiõis quoquo modo iacturaz aliquam inferre poterat immenſitati amoris et gaudij ſui: quoniam ipſe perfecto amoris ⁊ gaudij: ita illam reficiebat:

plenitudine ſui: vt hoc ipſum ei adamoris et gaudij augmentum magnopere fieret: q̄ſ ſe illic eſſe videbat vbi deum quē pre cunctis amabat magis velle ſciebat. Igiť vbicunqꝫ erat: et ipſa in deo ⁊ deus in ipſa iocundabatur: qua iocunditate ipſa feitur: ſed pre ceteris vbiqꝫ fieri cupiebat quod ſapientie dei potiſſimum placere intelligebat. Hac ineſtimabili amoris et gaudij immenſitate predita fuit hec virgo ſanctiſſima q̄ꝫdiu eam in mortali carne manere placeret ſapientiſſimo filio ſuo.

## De aſſumptiōe beate dei genitricis marie: Capitulum VIII.

v Erum cum ipſe in regnum ſuum eam aſſumere: ⁊ ei magnificentiam regni ſue glorie decreuiſſet oſtendere: cuius precor dignitatis ⁊ honoris apparatibus intendebat tota curia angelorū: quibuſve vocibus exultationis ⁊ ſalutis reſonabant numeroſa tabernacula antiquorum patrū ipſi curie tunc aſſociatorum? Certe crediderim omnes illius beate patrie ciues feſtiniori ſolito ac ſublimiori nitore decoris: ad aduentum matris domini ſui preparari: ac noua quadam ⁊ ineffabili iocūditatis gratia pro tante rei expectatione coniubilare. Et quid mirum? Ipſe ieſus deꝰ et dominꝰ omnium filius eius benedictus: huius caſtiſſime virginis et domine rerum: ipſe ei ſicut ſue vnice matri totus feſtiuus occurrere volebat: et aliquis de familia ſua ſe tāti gaudij immenſitate ſubtraheret? Atqꝫ inter homines moris ſcitur eſſe: vnumquemqꝫ bonum ſeruum cuiuſvis prepotentis domini: eo maiori gaudio in amici domini ſui aduentu exultare: quo ipſum dominum ſuum cognouerit aduentantem amicum magis amare. Cum vero de aduentu parentum domini ſui agitur: de quorum ſpeciali dilectione nullus vlla dubitatione tenetur: ille nimirum magis felicem ſe eſtimat: qui maiori iubilo et feſtiniori occurſu leticie frena relaxat. Si ergo hec ita ſe habent apud homines: quibus ſiqua bonitas ineſt: longe tamen ſupernorum bonitati impar eſt: contempletur animo qui poteſt quo gaudio: qua feſtiuitate: quibus concentibus iubilabant omnes beatorum ſpirituum ordines: quando ⁊ vnicam domini ſui matrem aduentare: ⁊ ipſum dominum ſuum ei videbant omni ſua gloria decoratū velle occurrere. Stipatꝰ itaqꝫ mille milibus: immo innumerabilibꝰ angelorum agminibus: deus ipſe huic piiſſime matri ſue de hoc mundo migranti occurrit: eamqꝫ ſuper omnes celos exaltatam cuncte ſecum creature perenni iure dominaturam in throno glorie collocauit. O dies tanti occurſus glorioſa ⁊ felix: Dies tam preclare exultationis beata ⁊ celebris: Dies tam ſublimis glorificationis feſtiua et omni ſeculo admirabilis: Dies enī illa non ſolum te domina ineffabiliter ſublimauit: ſed celum ipſum quod penetraſti: Necnon cuncta que in eo ſunt noua ⁊ ineffabili gloria decorauit: Noua quidem celum gloria decorauit: quia priorem gloriam eius ex preſentia tui vltra q̄ꝫ dici poſſit aut cogitari magnificauit. Nam cum tu domina illuc aſcendis: noua illud ⁊ precellenti virtutum tuarum dignitate irradias: immenſaqꝫ miſerationū tuarum ⁊ gratiarum luce perluſtras. Eadem quoqꝫ dies aſcenſus

tui eorum qui ciues eius ab initio
creature eſſe meruerūt: ſolito feſti/
uiori exultationis gaudio induit:
quia per glorioſum fecunde virgi
nitatis tue fructum ſeruitutam vi/
dent ciuitatem ſuam redintegra/
ri. Uere in tuo aduentu per quam
tantum bonum meruerunt gaudij
sui magnitudo iure debuit augmē/
tari. Terram etiam dies exaltatio/
nis tue o beatiſſima feminarum mi
ra gratia irrigauit: quia dum te
quam de ſe ⁊ in ſe aliorum homi/
num lege progenitam cognouit:
vſq̧ ad creatoris omnium thro/
num exaltatam cognoſcit: ac an/
tiquam maledictiōis penam quā
in peccato primorum ſuorum fi/
liorum ſeſe merito excepiſſe ſciebat:
iam per tante benedictionis tue ab/
undantiam ſeſe euadere indubi/
tanter credebat. Quid amplius di
cere poſſum domina? Immenſita/
tem quippe gratie ⁊ glorie ⁊ felici/
tatis tue conſiderare cupienti: ſen
ſus deficit: lingua fatiſcit. Quem/
admodum enim omnia que in celo
ſunt: per glorificationem tuam in/
eſtimabiliter decorantur: ita per
eandem glorificationem: cuncta
que in terra ſubſiſtunt: ineffabili/
ter ſublimantur. Singula nempe
in immenſe dignitatis decus pro/
fecerunt: cum per tuam beatam
et integerrimam virginitatem do/
minum deum ſuum quem non co/
gnouerant: agnoſcere: et agnitum
colere ⁊ amare meruerent. Quia
igitur ſuper omnes celos in dex/
tera domini dei ſui filij tui bene/
dicti exaltari digne cognouerunt:
eo etiam viderunt ſe eidem deo
ſuo totum debere quod ſunt: quā/
do ea que inter illa ⁊ de illis vna
tantam dignitatis eminentiam me/
ruiſti. Nihil igitur aut idolis ho/
mines: aut ulle alie rerum ſpecies
intellexerūt idolorum cultoribus
ſe debere: vbi et ſingularem au/
ctorem ſui ex tuo caſtiſſimo vtero
ad reſtitutionem prime creationis
ſue progenitum ſuſceperunt: et te
per quam amiſſam dignitatem ſu/
am recuperauere: omni creature tā
ſublimiter preponi accepere.

## Quantum profuit bea/ta vgo marie creature hu/mane: Capitulum IX.

q Uas itaq̧ laudes quaſve
gratiarum actiones: non
ſolum humana natura ſed
oīs creatura huic ſanctiſſime vir/
gini debet: Pura enim ſanctitas:
⁊ ſanctiſſimiſſima puritas pijſſimi pe
ctoris eius: omnem omnis creatu/
re puritatem ſiue ſanctitatem tran
ſcendens incomparabili ſublimita
te hoc promeruit: vt reparatrix p/
diti orbis dignissime fieret. Un/
de quid laudis pro tam ineffabili
bono ipſe per eam reparatus mun
dus ei iure debeat eſtimare: nulla/
tenus ſufficit. Ne tamen aliquis
eorū nimis inſolens: aut inmer nos
magis more indiſcrete laudantium
iſta dicere q̄ rem ſicut eſt conſi/
derare: Ne igitur videat̄ cuiq̧ qd
conſiderationi fidelium quecun/
q̧ modo cōmemorando velle pre
figere: plenius ea que humane na
ture per eam bona prouenere: com
memorare iuuat: aut ſic quali͛ om
nes aliarum rerum forme per ip/
ſam ſunt reparate ſiue reformate:
nihilominus prout poterimus in
medium proferre delectat. Nō ea
quidē re facere placet: vt pre ocu/
lis aliq̄tenꝰ deformatꝰ ſingularibꝰ
bn̄ficijs eiꝰ nemo relinq̄tur: cuiꝰ cō
ſideratio ſine neſſitate preterite laudis

illius nō obruatur. Nota igit̃ omni ſeculo loquar: et de q̃ ad quid ꝑuē/ erꝫ ſumus huius dn̄e meritis: pro/ poſſe edicam. Itaqꝫ natura mea ad ſimilitudinem dei in principio cre/ ata fuit: quatenus indeſinenter ip/ ſo deo frueretur: et eius gloria ſine omni corruptione et mutabilitate ali/ quando potiretur. Hoc tam grande bonum natura ſtatim in primis ho/ minibus perdidit: et in huius mun/ di miſerias infelix et preceps ruit: de hinc in eternas miſerias decurſo vi/ te labētis articulo miſero infelici⁹ rui/ tura. Tranſierūt multa ſecula: et dā/ nationis iſtius immanitas ſuper om/ nes filios hominum ſemper eſt in de terius roborata. Nec enim dei ſum/ mi ſapientia ſumma: vllam in maſſa creationis humane viaꝫ inuenit: per quam vt diſpoſuerat in mundum ve niens tam luctuoſe perditioni ſubue niret: donec ad iſtā de qua loquimur virginem ventū eſſet. Sed hec mox vbi in mūdum per humane genera/ tionis lineam venit: tanta omnis bo ni virtute et conſtantia ꝑfecte reſplē duit: vt eam ipſa ſapientia dei vere dignam iudicaret per quā in homīe veniēs: non mō reatū primoꝝ homi num: ſed et totius mundi peccata de eret: et diabolum ſui operis inimicū cum ſuis eliderēt: necnon dāna cele/ ſtis patrie illuc hominem deducen/ do redintegraret. Quis igitur iſta ꝑ pendens eſtimare queat qua laude digna ſit que tantorū beneficiorū ſo/ la pre cūctis effici meruit mediatrix? Liberati ergo a lege mortis q̃ deti/ nebamur: reſurgimus in gloriā quā in primo parente perdidimus: immo in ampliorē q̃ꝫ vel ipſe in ſe vl̃ nos in ipſo amiſimus. Qui etenim adhuc etiam in carne mortali per fidem ad amiſſam gratiam ſeu patriam tendi/ mus: in filiationē dei per benedictū filium benedicte matris marie tran/ ſimus: eundemqꝫ filium eius nobis fratrem ipſo auctore arceſſimus. A morte enim reſurgēs nos fratres ſu/ os appellauit: et cū ad patrem ſuum et patrem noſtrum: deum ſuū et de/ um noſtrū foret aſcenſurus: familiari affectu nobis intimari precepit. Quod igitur tantum patrē et tantuꝫ fratrē ſortiti ſum⁹: vtiqꝫ beate marie aſcri/ bere debemus: cuius integerrima et benedicta fecūditate: in tantā digni tatem ſurreximus: quā quideꝫ digni tatem noſtram natura nequaqꝫ ade/ pta fuiſſet: ſi illius beate marie fecun da virginitas deum de ſua ſubſtan/ tia non genuiſſet. Cum igitur taꝫ in/ eſtimabili dignitatis honore etiam in huius mundi ſqualoribus degēs: ꝑ pie matris dei marie merita hūa/ na natura ſit exaltata: qualis quali gloria decorabitur: cum hunc ipſum fratrem ſuum: eius omnipotenti pa/ tri coequalem in ſua maieſtate regnā tē aſpexerit: eiuſqꝫ regni coheres ex/ iſtens: perpetua et incōmutabili glo/ rificatiōe vultum ipſius preſens cō/ ſtiterit? Aduertat inqꝫ aduertat q̃ gloria vel quod gaudium vel que iu bilatio erit omnibus illis qui in re/ gnum beatitudinis aſſumpti: deum dominūqꝫ rerum omniū in ſue car/ nis ſubſtantia ſibi ſimilem viderint: et cuncta que ſiue in celo ſiue in terra ſeu in inferno ſubſiſtunt ad nutum illi⁹ pēdere: eumqꝫ fraterno affectu īmo vltra omneꝫ fraterni amoris af fectum ſeipſos amare velle poterūt: ſine mora: ſine cōtradictiōe: ſine de/ fectu ſibi eternaliter miniſtrare. Su/ per hoc cū ipſam dominam per quā tāta bona eis prouenere: pre oculis habuerint iuxta deū quē de ſuo vte/ ro virgo filium pepererit reſidentē et iure materno celo terreqꝫ cum eo/ dem ſuo filio preſidentem: conſide/ remus qua exultatione exultabūt ꝑ tanta gloria eius: q̃ honore ſubiecta/ bunt ſe in tanta potētia ei⁹. Omīs itaqꝫ creatura defert eis honorē n̄ ſolū q̄

# De excellẽtia beate virginis.

videbit nature ipſorũ cõſortem eſſe ſuum creatorẽ: ſed etiã quia dominã ſuumã ⁊ vnicam dominatricẽ celi ⁊ terre mariã ex his cõſpiciet eſſe factã reginã angelorũ. His igiť ita cõſideratio: tu quicũ qȝ ex humana ſtirpe ꝓgenitus es: quomõ potes ⁊ quãtum potes erige aciem mentis tue in eam: ⁊ q̃s potes laudes ꝑſolue: cõſiderãs q̃s grates: q̃s laudes: q̃ obſequia ei ꝑpetuo debeas: ꝑ cui⁹ beatã ⁊ integerrimam fecunditatẽ de tanto malo ad tantũ bonum: vt breui oſtendim⁹ cõpendio: ſis ꝓuectus gnarus attende. Nulla te ab horum cõſideratione ſeculi delectatio moueat: nulla cuiuſuis amoris deſidia a debita laudum exhibitione retardet.

## Quãtũ ꝓfuit omni creature etiã ꝑter hũanã: Ca. X.

Verum qm̃ aliquãtiſꝑ animaduertim⁹ q̃d boni ꝑ excellẽtiã beate matris dei marie merita adepti ſum⁹: paucis etiã vt ꝓpoſuim⁹ ꝑ poſſe q̃d aliarꝫ ſpecies rerũ: per eadẽ eiuſdẽ merita ſint adepte aduertam⁹. Scio quidẽ ſupi⁹ me quedã dixiſſe ⁊ cõmemoraſſe: ſed ad tante dñe eminentiã cõmendandam pijs auribus nõ videť fore ſuꝑfluum eandem ꝑſentare ſententiã. Omnẽ itaqȝ creaturã tam celeſtem q̃ȝ terreſtrẽ ad ſui creatoris laudem ⁊ gloriam inſtitutam: nemo ſane mẽtis ambigit: nemo ſapiens ſilet. Quapropter ſi aliquid eius laudi aut glorie ſiue honori derogat in quoq̃ȝ: bene intuẽtibus liquet ꝙ idẽipſum cetera ſue ſubintegritatem ei ſeruãtia: quodam exinde confuſionis verbere ſauciat. Nec enĩ ad domini ſui fidelitatẽ integre ſeſe tenerent: ſi verecundiã domini ſui et auctoris equanimiť ⁊ incõcuſſa trãquillitate ſuſtinerent. Homo igiť q̃ a deo inter ceteras creaturas ſublimis nature creatus eſt: dum deum per ſue inobedientie reatũ inhonorauit: omnia que ſui iuris prius erant amiſit: omniaqȝ que ſui ſtatus integritatem

ſeruauerũt: quadã cõfuſione ipſa reatus ſui inmanitate q̃tum in ipſo fuit vulnerauit: adiecta eſt eis ſuꝑ hac cõfuſione ⁊ alia confuſio: quia huic quẽ a ſuo conditore ꝑ male vite ꝯnerita exorbitare videbãt: per ſue conditionis legẽ: miniſterij ſui obſequium nullo tẽpore abnegare valebãt. Ingerebatur igiť operibus dei contumelioſa quedã oppreſſio: ⁊ fiebat de eis grauis ⁊ iniurioſa abuſio. Ius ſiquidem nullum in his que dei ſunt iuſte debet habere: qui voluntati ei⁹ non veretur prauis actibus contraire. In eo itaqȝ quod lumine celi ⁊ ſiderũ motu in ſuis vſibus homo ꝑpotiebatur: idem celum ⁊ ſidera ipa magni honoris detrimẽta patiebãtur. Nempe illi ſeruiebant: propter quẽ ſe nequaq̃ȝ inſtituta ſciebãt. Ad obſequiũ quippe ſiue ſeruitium iuſti hominis: nõ iniuſti qui tunc erat: cõdita fuerunt. Hocipſum de aere: de terra ⁊ que profert: de mari ⁊ omnibus aquis: ac de his que continẽt licet dicere ⁊ ſentire. Omnes igiť rerum forme: informi quadam ⁊ contumelioſa obfuſcatione tegebantur: eo ꝙ ipſi qui deum ſuum inceſſanter offenderat: miniſtrare ac ſubdi ſine intermiſſione cogebantur. Durauit autẽ hec in rerum ſubſtantijs iniuria: quouſqȝ venit in carnẽ illa de qua loquimur beata virgo maria. At vbi venit ipſa: in ſeqȝ filium dei incorporauit: ⁊ priſtinam dignitatẽ in deo qui naſcebatur humana natura recuperauit: nihil vltra confuſionis aut iniuriarũ alicui rerum ſpeciei reſedit: immo libertatem prime creationis ſue confeſtim recipere meruit. Nam ipſa cui lege ſue cõditiõis ius libertatis maximũ erat obſequendi: videlicet illi quẽ ad dei imaginẽ conditum nouerat: cum ipſum in creatoris ſui ſimilitudinem quam peccando in ſe corruperat: per bona opera redire conſpexit: non mirum ſi deinceps obſequendo dñatui eius: cõtumelioſe iugum ſeruitutis excuſſit.

## De eodem alio modo: Capitulum XI.

Alio autem modo ſi placet cõſideremus qualiter om̄is creatura ad vtilitatē homīs ſit creata: ⁊ quemadmodum eadem vtilitas ob peccatū primi hominis quodammodo euanuerit: quo ve pacto per beatam dei matrem virginem mariam: priſtinā ſue vtilitatis recuperauerit dignitatem. Certe homo q̄ mētis ſubſiſtens rationi: carnis fragilitate deprimitur: ad hoc conditus fuerat: vt contemplationis oculo forme iugiter intenderet creatoris: ſed quia ipſe cōditor eius incircumſcriptus ſpūs eſt: ⁊ nemo vnquam carnis corruptibilitate preſſus vltare nus in magnitudinis eius noticiam vel admirande dignitatis illius ſpeculationē ſicut eſt pertingere poteſt: propoſita illi aliarum rerum exiſtentia eſt: quatenus earum conſideratione: ſublimitas eius que per ſe nequit videri: ab ipſo intellecta conſpiceret: Uerum vbi poſt primorum hominū peccatum generationis humane propago in deſideria cordis ſui prolapſa eſt: ⁊ per vitia ſorduit: nō ſolum creatoris contemplatio: ſed ⁊ rerum creatarum mirifice diſpoſitionis ſalutifera meditatio: ab ea procul euanuit. Uides ergo quali modo in lapſu hominis ruit dignitas rerum. In conſideratione enim illarum homo reſurgere debuit in agnitionem dei: ⁊ ſic quaſi quidam ei grad⁹ fieri debuerūt ptingendi ad creatorē ipſius ⁊ ſui: ſ; ⁊ hec etiā dignitas in eis periit: q̄n qui ea digne vteret: nullus fuit aut extitit: Nec vllatenus receperūt ex q̄ primus hō corruit amiſſā eminentiā tāti boni: donec ille agnus q̄ peccatū mūdi tolleret: in pſona dei ⁊ hominis pdiit modo p beatā mariā. Uerum in cognitionē dei homie p hūc agnū reuocato: oīs etiā alia creatura ī ſtatu ſue cōditionis ⁊ honore ꝓprii cōgenitiq; decoris eſt reuocata. Huius igit̄ tanti boni effectū illi cenſemus pfecto imputandū: p cuius virgineū vterū is venit in mundū: qui ⁊ humanā naturā in tantā ſicut diximus dignitatis excellentiā ſua ſapientia reuocauit: ⁊ omnē ſimul creaturā p̄uilegio amiſſi honoris mira diſpenſatione redonauit. Quid ꝗ huic beatiſſime ac ſacratiſſime virgini dn̄e noſtre oīs tam rōnalis q̄ irrōnalis creatura iure debeat: qui valet: ex his q̄ paucis pſtrinximus dilatato ſenſu aduertat: Utiq; cūcta q̄ deus bona ⁊ vtilit̄ fecit: in eo ſtatu q̄ condita fuerūt: ſicut diximus ⁊ oſtendim⁹: eſſe deſtiterūt: ⁊ p hanc beatiſſimā virginē in ſtatū priſtinum reuocata ſunt ⁊ reſtituta. Sicut ꝗ deus ſua potentia parando cūcta: pater eſt ⁊ de⁹ omniū: ita beata dei genitrix maria ſuis meritis cūcta reparando mater eſt ⁊ dn̄a rerū. Deus em̄ eſt dn̄s omniū: ſingula ī ſua natura ꝓpria iuſſione cōſtituendo: ⁊ maria eſt dn̄a rerū ſingula congenite dignitati p illā quā meruit gratiā reſtituendo. Et quemadmodū de⁹ ex ſua ſubſtātia genuit eū p quē cūctis originē dedit: ita beata virgo maria de ſua carne mūdiſſima peperit illū qui decorē p̄me creationis omniū: cūctis reſtituit. Itē ſicut nulla rerū ſpecies niſi per dei filiū facta ſubſiſtit: ita lex debite damnationis neminē deſerit: niſi quē ab ea filius beate marie virginis abſoluit. Quis igit̄ iſta recto ſenſu ⁊ corde ſincero ppendens: plene pcipere queat excellentiā hui⁹ virginis: p quā tam ineſtimabilia bona habet rerū natura: p quā tam ineſtimabili gratia: a tā ineffabili deiectione erectus eſt mūdus? Quis in q̄ tā mirā ⁊ omī ꝓſus rei p̄ter hāc inauditā gratiā hui⁹ beatiſſime mulieris oculo mētis aſpiciēs nō obſtupeſcat: ⁊ nō mō elinguis verū etiā ſa tāte rei cōprehenſiōe ꝓſus imunis fiat?

## Oratio eiuſdē beati Anſelmi ad beatiſſimā virginem mariā: Capi. XII.

# De excellētia beate virginis.

Ua propter ea q̄ nobis ſūt ipenetrabilia intermittētes: p̄cibus ipetrare nitamur: vt qđ intellectu capere neqmus: ſalutari ſaltē affectu obtinere mereamur. Rogam⁹ ergo te dn̄a ꝑ ipſā gratiā qua te pius ⁊ omipotēs deus ſic exaltauit: ⁊ oīa tibi ſecū poſſibilia eē donauit: quatenus id apud ipſuꝫ nobis impetres ⁊ obtineas: vt plenitudo gratie quā meruiſti: in nobis ſic operet̄: quo ꝑticipiū beati p̄mij eius nobis miſericorditer nūqꝫ cōdonet̄. Ad hoc quippe deus noſter ꝑ te factus eſt frater noſter: vt queadmodū ipe dignatus eſt cōſors fieri noſtre hūanitatis: ſic nos mereamur cōſortes fieri ſue diuinitatis. Intēde ergo dn̄a piiſſima vt nobis ad effectū ꝓueniat: ꝓpter qđ de⁹ nr̄ ex tuo caſtiſſimo vtero factus homo inter homīes venit. Nec ſis q̄ſumus exoratu difficilis: qꝛ ꝓculdubio idē benigniſſimus filius tuus dn̄s noſter ieſus chriſt⁹ erit ad cōcedendū quicquid voles ꝓmptiſſim⁹ ⁊ exaudibilis: Tātūmō itaqꝫ velis ſalutē nr̄aꝫ: ⁊ vere nequaq̄ ſalui eſſe non poterimus. Quid igit̄ ſtringet larga miſericordie tue viſcera dn̄a contra nos: vt nolis ſaluari nos? Certe deus noſter (teſte ꝓpheta) miſericordia nr̄a eſt ⁊ tu eiuſdē dn̄i noſtri abſqꝫ dubio xp̄a mater es. Si tu ergo que dei mater es: et eo reuera miſcd̄ie mater ⁊ gratie: denegas nobis effectū miſcd̄ie: cui⁹ tā mirabiliter facta es mater: q̄d faciemus cū idem filius tuus aduenerit: cūctos equo iudicatur⁹ iudicio? Si quidē licꝫ ipe fili⁹ tuus ſit ꝑ te factus frat̄ noſter: vbi volūtatē tuā ſiue videlicet dilectiſſime mr̄is magis porrectā aduerterit: illuc ſeruata equitatis rōne: a qua te nullaten⁹ diſcrepare videbit: iudicij ſui ſentētiā: ſiue ad miſericordiā inflectēdo ſeu ad iuſticiā intendendo ꝓmulgabit. Subueni ergo nobis dn̄a piiſſima: ⁊ nō cōſiderata peccatoꝝ nr̄oꝝ multitudine: velle tuū ad miſerendū nobis inflecte: Cogita queſo ⁊ recogita apud te: qꝛ non ad damnandū ſed ad ſaluandū peccatores: cōditor noſter ex te factus eſt hō. Cur itaqꝫ nō amabis nos peccatores: qū propter nos in tantā celſitudinem es leuata: vt te dominā habeat ⁊ veneret̄ oīs pariter creatura? An ideo vtrū peream⁹: ampli⁹ nō curabis: qꝛ quicquid de nobis miſeris vltra eueniat: glīe tue iactura nulla inde ꝓueniet? Et hoc quidē bona domina fortaſſis aliquo mō dici poſſet: ſi ꝓ tui ſoli⁹ exaltatiōe ⁊ vtilitate mater dei facta fuiſſes: ſed vtiqꝫ de⁹ qui hominē aſſumpſit ex tua caſtiſſima carne: hoc fecit pro tua ⁊ nr̄i omniū ſalute. Si ergo tu q̄ plena ſalute es portitrix: non intendis vt eadē ſalus ꝓ modulo noſtro etiam ad nos vſqꝫ ꝑtingat: iam tuorū ſufficiens cōmodorū noſtroꝝ negligens eſſe videberis: ⁊ que ꝓ totius mūdi ſaluatione meruiſti fieri mater altiſſimi: cū nos poſtpoſueris quos obuoluit finis ſeculi: quid queſo proderit nobis tua glorioſa ⁊ felix exaltatio: ⁊ quid inde habemus dulcis ⁊ affectuoſa exultatio? At ergo filiū tuū totius mundi ſaluatorem: ⁊ te eius recōciliatricē eſſe veraciter ſentiam⁹: eo nos ꝓpenſiore ſtudio iam p̄camur ⁊ fone: quo in fecibus mundi natos ⁊ alitos: potiore leuamīe ꝓſpicis indigere. Ab initio deniqꝫ renouatiōis humane: omnib⁹ ſub tuū p̄ſidiū cōfugiētibus hucuſqꝫ ſuccurriſti: ⁊ idcirco p̄ omī creatura: omī laude digniſſima dici ⁊ eſſe meruiſti: Eia ſuccurre oramus vt laus quā ꝑ tot ſecula digne poſſediſti: cōtinua tibi duret ī gratia ipa qua mūdo perdito ſubueniſti. Tibi ergo nos cōmendam⁹: tu ꝓcura ne pereamus: effice poti⁹ vt ſalus nr̄a de die in diē multiplicet̄: ⁊ filio tuo dn̄o nr̄o ieſu chriſto vita nr̄a iugi deuotiōe famulet̄: Qui cū deo patre ⁊ ſp̄uſancto viuit ꝑ oīa ſecula ſeculorū: Amen.

**Beati Anſelmi liber de excellentia virginis Marie explicit.**

## Beati Anſelmi liber Epiſtolarū incipit.

### Beati Anſelmi: ad Helinandū auunculū ſuum: eūdem ad ſtatū ꝑfectioris vitę exhortantis: Epiſtola. I.

A Eru⁹ ſer-
uorum dei ī beccenſi
monaſterio cōmanē-
tiū: frater Anſelmus:
fratri dilecto: filio de-
ſiderato: helināndo bene incepta feli-
citer ꝑficere. Benedictus deus a quo
Jacob. I. omne datū optimū: ꝛ omne donū ꝑfe-
ctum deſcēdit: qui auertit oculos tu-
os ne videant vanitatē: ꝛ erexit ani-
mā tuam ad ſequēdam veritatē. Re-
ſtat igit᷑ mi deſiderate vt ſedula ſolli-
citudine ꝓtractes: qꝛ nemo mittens
Luce. 9. manū ad aratrum ꝛ reſpiciens retro:
aptus eſt regno celoꝝ. Antiquus eñ
hoſtis tanto enixius nō ceſſabit mul-
timodis te calliditatib⁹ inuadere: quā-
to te videt ſtudioſi⁹ laqueos ei⁹ velle
euadere. Sepe nāq; reducet ante mē-
tis oculos q̄ꝫ delectabilia ſint ea ī q̄-
bus ſolitus es cōuerſari: vt cōtinuo
ſubinferat q̄ꝫ difficile ſit aſſueta vo-
luptate carere: quia ſit impoſſibile in
quodā auſtero rigore ꝛ rigida auſte-
ritate tota etate ꝑſeuerare: q̄tenus ex
memoria aſſuete delectatiōis pl⁹ hor-
reat anim⁹ ſobrietatē vite ſublimio-
ris. Aliqñ ſb̄ ſpecie diſcretiōis finget
ſe ſalubrius tibi q̄ꝫ ꝓpoſueris cōſule-
re: vt ſcꝫ prauitatē deſerēs: in clerica-
li ꝓpoſito religioſe viuendo velis ꝑ-
ſiſtere: vt ꝑ vite correctionē animam
tuā poſſis ſaluare: nec ꝑ indiſcretiōꝫ
ſubeas onus qḋ non poſſis portare.

B Qḋ ſi te ab intentiōe ꝑfectioris vite
nullaten⁹ auerti poſſe cognouerit: q̄ſi
tecū ire approbando ꝓpoſitū ſe ſimu-
labit: ſed iuxta iter laqueos ponere
multimodos nō ceſſabit. Alij quidē
hinc oblata oportunitate peccādi: il-
linc ſtimulante temptatione: ſuaſionē
callidus addet huiuſmodi: Tam bo-
nū eſt qḋ decreuiſti facere: vt quāli-
bet īmenſitatem peccatorū poſſit de-
ſtruere: interim ergo ſatiſfacere volū-
tati tue cur heſitas: cum cito ſiue mul-
ta ſiue pauca peccata ſint: pariter de-
lenda nō dubites. Aliquādo vo ta-
liter conabit᷑ decipere: Bonū quidē
eſt qḋ vis facere: ſed nō oportune fit
niſi cū tepeſcente laſciuia iuuenili: q̄
pondus illi⁹ regularis cenſure nō to-
lerat: ipſā maturitas etatis religioſe
grauitati ſe cōtemperat: Qꝛ ſi vide-
rit te ita imbecillem vt impediri tua
poſſit intentio ſi manifeſtet᷑: oīno co-
nabit᷑ vt his a quibus retineri aut vi
aut amore aut aliqua ꝑſuaſione poſ-
ſis: q̄libet occaſione publicet᷑. Pro-
mittet etiā: quia ſi bonū qḋ intendis
aliquātum differre volueris: multo
fructuoſi⁹ atq; vtili⁹ facere h᷑ poteris
ꝛ plurimorū ſalute q̄s tecū attrahes:
ꝛ cōmodo pecunie monaſterio ꝓfutu-
re quā vndiq; colliges: q̄d eſt q̄ te le-
uitate ꝛ incōſiderata acceleratiōe tē-
ptabit arguere: quia te non ſolum ꝓ-
mittendo: ſed ꝛ pignus ponendo in-
diſſolubili voto voluiſti cōſtringere:
cum nihilomin⁹ ꝛ fortaſſis meli⁹ ad
ipſum libera poſſes volūtate ꝑficere.

C Ad hec oīa chariſſime quid reſpon-
dendū ſit: vellem aliquāto diffuſius
ſcribere: niſi lex epiſtole cogeret me
breuitatē non excedere. Breue igit᷑
ꝛ verū amici tui ſuſcipe cōtra iſta cō-
ſiliū: Qui putat voluptate ſeculi ca-
rere: ꝛ in exercitio ꝑſeuerare virtutū
nimis auſterum ꝛ impoſſibile: nunq̄ꝫ
guſtabit quātū ſit non ſeruire: ſed im-
perare vitijs ꝑ amorē ꝛ ſpem celeſtis
regni laudandū ꝛ delectabile. Qui
explicat melius ſibi eſſe in habitu cleri-
cali religioſe viuere: q̄ꝫ ſubire mona-
chice vite pondus importabile: con-
ſideret ꝑ totū mundū quāta hilarita-
te viri q; femine: omni etati: omni gene-
ri hominū ſit pondus illud cantabi-
le. Sciat etiā: qꝛ valde difficilius eſt
intra ſeculares ꝑ liberam voluntatē
q̄ꝫ intra clauſtrū monachorū ſb̄ diſci-

plina cuſtodire vite ſanctitatē. Nō di
co nūc q ppoſitū monachice vite int
oēs vitas altiorē gradū ɔtingat hu/
militatis quē altior ſequit̄ exaltatio:
niſi q2 null⁹ vt meli⁹ viuat monachi
ppoſitū deſerit: ⁊ oīe gen⁹ hominū
ad monachicā vitam vt magis deo
ppinquet cōcurrit. Qui peccat3 ad/
dit peccata: q2 peccatoꝝ omniū expe
ctat remiſſionē: amādo peccatū pro/
bat ſe nō amare: ⁊ ideo nō mereri pec
catorum abſolutionē. Qui differt in
futurā ⁊ forſitan nō futurā etatē: ſuā
vitā corrigere: certū bonū dimittit:
pculdubio ⁊ cōtemnēdo qd̄ perdit:
pbat ſe nō amare qd̄ expectat: ⁊ me/
D ret̄ nō accipere. Qui certus nō eſt ſe
tante eſſe cōſtantie: vt nullo mō poſ/
ſit flecti a bono propoſito: oīno celet
bonā volūtatē: vt nō niſi cū in opus
exit: appareat in publico. Qui bonū
qd̄ vult facere vt melius fiat differt:
bonū eſt ſi melius certū eſt: Qz ſi me/
lius bonū dubiū eſt: ⁊ pdere minus
bonū: minus eſt damnoſum ⁊ irrecu/
perabile: cōſiliū eſt vt acceleret face/
re bonū minus: ne minus expectādo
malus: nō faciat maius nec minus.
Qui iudicat leuitatem voto velle ſe
ligare ad faciendū qd̄ bonū eſt: vt iā
nō ſit liber ad nō faciēdū: iudicet do/
Ps. 75. ctorē leuitatis illū qui dicit: Vouete
⁊ reddite. Nullatenus enim repren/
dend⁹ ē: qui qd̄ bonū eſt vouit: ſ3 qui
non reddit qd̄ vouit. Certū quippe eſt
q2 qui bn̄ vouet: ipſo voto deo pla/
cet. Qui ſ3 aliqd boni vouit non pe/
niteat: q2 fecit vnde deo placeat: ſed
feſtinet reddere quod vouit: vt plus
placeat. Hec fili chariſſime conſilia:
has cōſolationes in p̄ſenti maxīe tibi
neceſſarias iudicaui: hec paterna ſol/
licitudine ego quē patrē ⁊ cōſiliariū
nō mea voluntate: ſed tua voluntate
elegiſti: dictaui. Nec interim reminiſci
nō deſinas: donec qd̄ deo inſpirante
vouiſti: ipſo adiuuante pficias. Uale
deſiderate cordi meo: ⁊ feſtina ſatiſfa
cere de te deſiderio meo: qd̄ vtinā fa/
cere placeat omnipotēti deo.

## Beati Anſelmi: ad hugonem incluſum: poſtulationi eius vnde ſecularium hominū mentes ad cōtemptū ſeculi ⁊ eterni regni deſideriū incitare poſſit: ſatiſfaciētis: Epiſtola. II.

Domino et amico chariſſimo A
Hugoni incluſo: Frat̄ Anſel/
mus dictus abbas becci: a ma/
lis excludi: in bonis includi. Duo vi/
ri laici nup ad me venerūt: dicētes ſe
a veſtra dilectiōe miſſos: quaten⁹ ex
noſtra exhortatione aliquid aſſume/
rent: vnde ſe ad patrie celeſtis amorē
accenderent. Per quos etiā vt refe/
rebāt poſtulaſtis vt aliquid a me bre/
uiter ſcriptū acciperet3: vnde ſecula/
riū hominū mētes vos ad euntiū: ad
hui⁹ ſeculi contemptū: ⁊ eterni regni
deſideriū incitaretis. Qd̄ tanto me/
lius p vos efficere poteſtis: quāto li/
berius hauritis vite dulcedinē cele/
ſtis: Nam qd̄ ego quaſi a lōge intue/
or: vos guſtu ſentitis: ⁊ ego qd̄ inerte
ieiuna ore rumino: vos cordis affe/
ctu glutitis. Qd̄ enī ego de ſancte vi/
te rectitudine vtcūq3 intelligo: vos
operibus tractatis: ⁊ qd̄ ego vtcūq3
loqui poſſum: vos faciēdo guſtatis.
Quāto ergo ſatur ſuauius q̄3 ieiun⁹
eructat: tāto dulcius veſtra cōmoni/
tio qd̄ pſuadere nitit̄ inculcat. Sed
quoniā veſtre aliqd negare nequeo
volūtati: q̄3uis hoc qd̄ a me petitis: i
latitudine ſancte ſcripture multo me/
lius inueniatis: tamē dicā aliqd ſm
petitionē veſtrā: ne me velut eius cō
temptorē arguatis. Sic itaq3 aliquē
illitteratū ⁊ q̄ altiora nō poſſit cape:
ad beatitudinis eterne deſideriū exi/
ſtimo poſſe incitari: Frat̄ chariſſime:
regnum celoꝝ clamat deus ſe habere
venale. Qd̄ quidē regnū celoꝝ tale B
eſt: vt eius beatitudinē ⁊ gloriā: nec
oculus homīs mortalis poſſit vide/ 1. Cor. 1.
re: nec auris audire: nec cor cogitare:
At tamen aliquo mō illud poſſis co/

gitare: quiſq̄s ibi regnare meruerit:
quicq̄d ipſe volet: hoc erit in celo ⁊ ī
terra: quicq̄d xo nolet nō erit in ce/
lo nec ⁊ in terra. Tanta em̄ erit dile/
ctio inter deū ⁊ eos qui ibi erūt: ⁊ in/
ter ſeipſos inuicē: vt oēs ſe inuicē di/
ligant ſicut ſeipſos: ſed plus ament
omnes deū q̄ȝ ſeipſos. Et ꝓpter hoc
null⁹ ibi volet niſi qd̄ deus: ⁊ qd̄ vo
let vnus: hoc volent oēs: ⁊ qd̄ vnus
vel oēs: hoc ipſum volet deus. Qua/
propṫ quicq̄d vnuſquiſq̄ȝ volet: hoc
erit et de ſeipſo ⁊ de omnibus alijs et
de tota creatura ⁊ de ipſo deo. Et ſic
ſinguli erūt ꝑfecti reges: quia qd̄ ſin/
guli volēt hoc erit: ⁊ omnes ſimul cū
deo vnus rex ⁊ quaſi vnus homo: qꝛ
omnes vnū volent: ⁊ qd̄ volēt erit.
Hāc mercedē clamat deus de celo ſe
habere venalē. Si quis querit: quo
ꝓcio? Reſpōdeṫ illi: Nō indiget ter/
reno ꝓcio qui vult dare regnū in ce/
lo: nec aliquis poteſt deo dare qd̄ nō
habeat: cuius eſt totū quicq̄d eſt: nec
tamen dat deus tantā rem ſine omni
ꝓcio: quia non dat illam nō amanti.
Nemo em̄ dat quod charū habet: illi
cui charū nō eſt. Quī ergo deus tua
re nō eget: nec dare debet tantā rem
cōtemnēti amare illā: non querit niſi
amorem ſine quo dari non debet. Da
ergo amorem ⁊ accipe regnū: ama ⁊
habe. Denīq̄ȝ quoniā regnare in celo
nō eſt aliud q̄ȝ ſic glutinari cū deo: ⁊
cū omnib⁹ ſanctis angelis ⁊ homīb⁹
ꝑ dilectionē in vnā volūtatē: vt oēs
vtanṫ ſimul vna poteſtate: Ama deū
plus q̄ȝ teipſum: ⁊ iam incipis tenere
qd̄ ibi ꝑfecte vis habere. Concorda
cū deo ⁊ homīb⁹: ſi tm̄ ipſi a deo non
diſcordēt: ⁊ iā incipis cū deo ⁊ cū oī/
bus ſanctis ei⁹ regnare. Nā ſm̄ qd̄ tu
cōcordabis nō cū deo ⁊ cū homīb⁹
in voluntate illorū: cōcordabit tunc
deus ⁊ omnes ſancti tecū in tua vo/
luntate. Si ergo vis eſſe rex in celo: ama
deū ⁊ hoīes ſicut debes: ⁊ mereberis
eſſe qd̄ optas. Hūc amorē nō poteris
hr̄e ꝑfectum niſi euacuaueris cor tuū
ab omni alio amore. Quippe ſic ē de

cor de hominis ⁊ de hoc amore: quō
de vaſe ⁊ oleo. Nam ſicut vas q̄nto
magis habet aquā aut aliū ſimilē li/
quorē: tanto min⁹ capit oleū: ita cor
inq̄ȝtū occupaṫ alio amore: intantū
excludit iſtū. Eſt et aliud: qꝛ ſicut fe/
tor eſt ꝯtrius odori: ⁊ tenebre luci:
ſic oīs alius amor huic amori. Sicut
igiṫ cōtraria nūq̄ȝ ſimul integre cō/
ueniūt: ſic nec iſte amor cū vllo alio
amore ī vno corde. Hinc eſt ꝙ q̄ cor D
ſuū implent dilectione dei et ꝓximi:
nihil aliud volūt niſi qd̄ deus vult:
aut qd̄ vult alius homo: tm̄ ſi nō ſit
cōtra deū. Hinc eſt ꝙ inſtāt oratio/
nib⁹ ⁊ celeſtib⁹ colloquijs ⁊ cogita/
tionib⁹: qꝛ dulce eſt illis deſiderare
deū: et loqui ⁊ audire: et cogitare de
illo quē multum amant. Hinc eſt ꝙ
gaudent cū gaudentib⁹: flent cū flen
tibus: miſerenṫ miſeris: donāt indi/
gentibus: qꝛ alios homines tanq̄ȝ ſe/
ipſos amāt. Hinc eſt ꝙ cōtemnūt di/
uitias: poteſtates: voluptates: ⁊ ho/
norari ⁊ laudari. Qui em̄ hec amāt:
ſepe faciūt aliq̄d cōtra deū ⁊ contra
ꝓximū. Sic em̄ ex his duob⁹ ꝓceptis Mat. 22
vniuerſa lex pendet et ꝓphete. Qui
ergo vult illū amorē habere ꝑfecte q̄
regnū celoꝝ emitur: amet cōtemptū:
pauꝑtatē: laborem: ſubiectionē: ſicut
ſancti viri faciūt. Sic em̄ qui ſe hūi/ Luc. 14
liat exaltabiṫ. Breuiter hec vobis
chariſſime ſicut poſtulaſtis diri: ſed ī
hoꝝ expoſitione prudētia vr̄a multo
plura ꝓferre poterit q̄ȝ dixi. Si tamē
de plenitudine beatitudinis eterne a
me aliq̄d lati⁹ dictū ſanctitas veſtra
legere voluerit: in fine libelli mei qui
ꝓſologion appellatur: vbi de pleno
gaudio tractaui: reperire hoc poterit.
Valete ⁊ orate pro me.

Beati Anſelmi: ad Hein/
ricū amicū ſuū: illū vt pen/
ſet in quātalibet mūdi glo/
ria fuerit: quis finis ⁊ quis ī
fine fruct⁹: quid de ꝓmiū: ⁊
ecōtra q̄ ſit expectatio mun/

di gloriā conculcantiū: ex-
hortantis: Epiſtola.III.

A Omino fratri: amico Heinri-
co: frat' Anſelmꝰ abbas becci:
bone volūtatis pfectionem ⁊
Ps.144. effectū. Bñdictus deus in donis ſuis
⁊ ſanctus in omnibꝰ opibus ſuis: qui
veſtre dilectioni tū de nr̄o deſiderio
ꝓpter qḋ iuiſtis: cōceſſit efficere: quē
oramꝰ vt qḋ deeſt adhuc de voto no
ſtro ⁊ de vr̄a mercede digneť pficere.
De qua re noſtrū ꝯſiliū p fratres no-
ſtros mādo. De gratia ⁊ dilectiōe du
cis de q̄ ſcripſiſtis mihi: multū gau-
deo: ⁊ ꝓ ea deo ⁊ illi ⁊ vobis gratias
ago. Qḋ etiā illi p litteras facere co-
gito: cū nūcꝗ vr̄i ſicut audiui cōſtitu
tū eſſe ad illū redibūt. Et qm̄ neſcio
ſi hoc neceſſe erit fieri anteq̄ȝ redeāt:
cū p̄mū poteritiſ mādate mihi ꝑnomē
eius: ⁊ nomina vxoris ⁊ filioꝝ eius.
Solū em̄ nomē eiꝰ teneo: qꝛ Vitalis
vocať. Sed q̄ȝ dulcis mihi veſtra di
lectio: ſic me ſibi ſua ꝓbitate cōgluti-
nauit: vt idē de vobis qḋ de me deſi-
derat coꝛ meū: vnde cū ſpē magnā ex
veſtriſ ſermonibꝰ cōcepi: nō pōt mēs
mea quieſcere donec ipſum deſideriū
meū de vobis ſatieť. Quis igiť nul-
lus ſermo ſufficiat mihi donec deꝰ qḋ
opto pficiat: pauca tū qꝛ nō neſcienti
loq̄r pro hocipſo amica familiaritate
B cōmemoro. Penſa igiť dulcis amice
quātalibet mūdi gloria potitus fue-
ris: quis ſit finis: ⁊ ī fine quis fructꝰ:
quid p̄miū: ⁊ econtra q̄ ſit expectatio
mūdi gloꝛiā conculcantiū. Si dicis
nō ſoli monachi ad ſalutē ꝑueniunt:
veꝝ ē: Sed q̄ certiꝰ: q̄ altiꝰ: illi q̄ deū
ſolū conať amare: an illi q̄ amorē dei
⁊ amorē ſcl'i volūt copulare? Sȝ for
ſitan dicet aliq̄s: qꝛ ⁊ ī oꝛdine mona-
choꝝ ē piculū. O hō q̄ h' dicit: q̄re nō
ꝯſiderat q̄d dicit. O rōnalis natura:
an eſt hoc rōnabile cōſiliū: vt quia
vbicꝗ ē piculū: ibi eligas manere vbi
maiꝰ eſt piculū? Deniq̄ȝ ſi ille q̄ ſolū
deū nitiť amare: ſeruat ꝓpoſitū vſq̄ȝ
in finē: certa ē ſalus. Si xp̄o ille q̄ mū-
dū vult amare: nō deſerit ſuū ꝓpoſitū
ante finē: aut nulla aut dubia aut mi-
noꝛ ē salꝰ. Et certe ſatis ꝓbat: qꝛ nul
latenꝰ aut paꝝ aliqḋ bonū diligit: qꝛ
illud vbi certiꝰ ⁊ meliꝰ cognoſcit nō
eligit. Sȝ multi dicūt: Grauiꝰ iraſciť
deus peccāti monacho q̄ȝ alio: qꝛ de
ꝓpoſito altioꝛi cadit: Hoc veꝝ eſt q̄ȝ
diu cadit in pctō. Sȝ certe benigniꝰ
⁊ familiarius ſuſcipit deus monachū
penitentē: ſi ad ſuū ꝓpoſitū redit q̄ȝ
nō monachū q̄ ad idē ꝓpoſitū nō ve
nit. Pl'nāq̄ȝ placet deo etiā poſt gra C
ue pctm̄: cuiꝰ ꝓpoſitū ē ⁊ ante ⁊ poſt
q̄ maiꝰ hr̄e nō pōt: q̄ȝ ille q̄ nec an nec
poſt ſile pctm̄ nō vult ꝓponere q̄ me-
liꝰ nō pōt. Si ḡ ⁊ innocētibꝰ ⁊ peni-
tētibꝰ meliꝰ ē ad vitā monachicā ve-
nire ⁊ redire q̄ȝ abſiſtere: q̄d moraris?
Si ꝑus de hac vita tolleris: dānū eſt
irrecupabile. Multa chariſſime de mo
nachice vite altitudine ⁊ certitudīe:
de quiete ⁊ iocūditate dicere poſſem
ſi ep̄la modū nō excederet. Feſtina ḡ
ad tm̄ bonū: qꝛ nullo bono efficaciꝰ
venies ad ſummū bonū. Plures vi-
di pmittētes ⁊ differētes: q̄s ita mors
tulit: vt nec hoc pficerēt quo ſe impe-
diebāt: nec h' inciperēt qḋ ꝑmittebāt.
Qḋ valde timeo de te: ꝗ auertat deꝰ
a te chariſſime. Uale ⁊ noli tardare.

## Beati Anſelmi: ad quādam dominā: eā vt cōſilijs ſuis acq̄eſcat obſecrantis: ⁊ ad habitum ⁊ ꝓpoſitū abiectū redeat ſi ſaluari velit: admonētis: Epiſtola.IIII.

Anſelmꝰ dei oꝛdinatiōe archi-
a epiſcopus Cātuarīēſis: Mū- A
dū non chriſtū cōtemnere: et
chriſtū plus q̄ȝ mūdū diligere. Libē-
tiſſime ſi poſſem tecū loquerer: ſoroꝛ
vere mihi in deo dilecta: qꝛ charitas
qua omnē hominē volo ſaluū fieri: ⁊
officium mihi iniunctū exigunt a me
vt te fraterno ⁊ paterno affectu dili-
gam: ⁊ per eandem dilectionem ſolli-
citudinem de ſalute anime tue geram.

Sed qm̄ i nobis euenit oportunitas colloquendi: incūbit mihi necessitas scribēdi: quē animū de te habeā: et qd de te desiderē. Obsecro igit te vt nō cōtemnas dilectionē: q̄ te ꝓpter deū et honorē dei et ad salutē tuā diligo: neq; reijcias ꝯsiliū meū. Si em̄ mihi acq̄escere volueris: certa esto: qr vald tibi in fine placebit: et erit sup te gaudiū magnū angelis dei. Si ꝟo nolueris: scito: qr nimis tibi displicebit: et inexcusabilis eris in districto iudicio

B dei. Audiui soror mea: qr diu portasti habitū sancte cōuersatiōis: Quē quō reliq̄ris: qd ve passa sis: vel qd feceris: nō latet: sed multū aptū est. Cōsidera igit tam nūc charissima: quātū distēt viriles amplexꝰ et carnalis delectatio ab amplexibꝰ christi: et a delectatione castitatis et cordis mūdicia. Amplexꝰ quidē xp̄i dico nō corporales sed q̄les p amorē et desideriū eiꝰ inter bona ꝯsciētiā facit aīa familiaris eiꝰ. Cōsidera inq; q̄ sit differētia int has duas delectatiōes: nō loquor nūc de legitimo cōiugio. Cōsidera inq; quāta sit in spirituali delectatiōe mūdicia: quāta sit i carnali īmūdicia: qd spiritalis ꝓmittat: et qd carnalis minet: quāta sit i spirituali spes: et q̄ delectabilis expectatio xp̄i: quāta etiā i hac vita securitas et ꝯsolatio: quārꝰ sit in carnali timor iudicij dei: quāta etiā i p̄nti vita est cōfusio. Cogita quale sit christū spōsum celestis regni dotē ꝓmittentē ꝯtemnere: et hoīem mortalē nō nisi corruptionē et ꝯtēptibilia dātē et pollicentē: filio dei regi regū p̄po-

C nere. Certe ille rex regū ꝯcupiuit speciē tuā vt spōse legitime. Qualit aūt ille quē scis carnis tue pulchritudinē appetiuerit soror mea: quō dicā: femina nobilis quō dicā? Spōsa dei ꝟgo fueras electa: et deo habitu et cōuersatiōe assignata: Quid dicā mō te esse filia mea? Deꝰ scit. Nō ita loquor vt gaudeā de ꝯfusiōe tua: sed vt gaudeat deꝰ: et cōgaudeāt angeli de cōuersiōe et salubri penitētia tua. Quid ḡ dicā? Si nō dico: forsitā nō aīaduertis: si dico: forsitā irasceris. De electa et signata et spōsa dei: quid facta es? Erubescat esse nobilitas tua qd erubescis audire: et ego ꝓpter nobilitatē tuā et dilectionē erubesco dicere. Ecce filia charissima si h̄ ꝓponis i ꝯspectu tuo: quātꝰ dolor debet eē i corde tuo de tanto et tam graui casu tuo? Si em̄ vehemēter doles: cōdolēdo tibi valde gaudeo: si ꝟo nō doles: nō est vn̄ gaudeā: s; multo magis doleo. Nā si doles: adhuc salutē tuā spero: si autē nō doles: qd nisi dānationē tuā expectare queo? Impossibile nāq; ē te vllo mō posse saluari: nisi ad habitū et ꝓpositū abiectū redieris. Quis enī D ab ep̄o sacrata nō fueris: nec corā ep̄o ꝓfessionē legeris: h̄ solū tn̄ est manifesta et q̄ negari nō pōt ꝓfessio: qr publice et secrete habitū sancti ꝓpositi portasti: p qd oībꝰ te vidētibꝰ deo dicatā te esse nō minus q̄ ꝓfessionē legēdo affirmasti. Nā anteq; fieret ista nunc vsitata monachici ꝓpositi ꝓfessio et sacratio: multa milia vtriusq; sexꝰ hominū: solo habitu se ipsiꝰ esse ꝓpositi ꝓfitentia: celsitudinē et coronā ꝯsecuta sunt. Et qui nūc habitū sine hac ꝓfessione et sacratiōe assumptū reijciebant: apostate iudicabant. Inexcusabilis ḡ es si deseris sanctū ꝓpositū: qd diu habitu et cōuersatione ꝓfessa es: q̄uis ꝓfessionē nūc vsitatā nō legeris: et ab ep̄o cōsecrata non fueris. Certe filia charissima adhuc te expectat dn̄s et creator et redēptor tuus: rex ille q̄ cōcupiuit speciē tuā vt esset legitimꝰ spōsus tuꝰ: adhuc te expectat et vocat vt sis legitima spōsa eiꝰ: et si nō virgo: saltem casta. Scimꝰ em̄ plures sanctas mulieres q̄ post amissā virginitatē plus placuerāt deo: et magis illi familiares fuerūt p penitentiā in castitate: q̄ plures alie q̄uis sancte i virginitate. Redi ḡ mulier christiana: E

redi ad cor tuū: et cōsidera quē potiꝰ debeas diligere: cui potius adherere: illi q̄ te ad tantā honestatē elegit: eligēdo vocauit: vocādo habitu spōsali sibi assignauit: et adhuc q̄uis ꝯtēptꝰ

⁊ reiicerꝰ. expectat ⁊ reuocat: an illi ꝑ
quē vt mitiꝰ dicā ī h̄ in q̄ te vides de/
iectā de tanta celſitudine cecidiſti: ꝑ/
ſertim cū ipſe te iā ſicut puto ꝯtēnat:
aut ſine dubio ꝯtēpturꝰ ⁊ deſerturus
ſit: Et vtinā ſic vos inuicē cōtēnatis
vt vos deꝰ nō ꝯtēnat: ſic vos inuicē
deſeratis vt vos deus nō deſerat: ſic
vos inuicē reijciatis vt vos deꝰ a fa/
cie ſua nō ꝓijciat: ſic ab inuicē cōuer/
tamini: vt ad deū cōuertamini. Certe
meliꝰ ⁊ valde honorabiliꝰ eſt ⁊ illi ⁊
tibi vt ab illo ſis cōtēpta q̄ꝫ retēta: q꞉
q̄ꝫdiu eris eius retēta: ꝓculdubio vt
de illo nunc taceā tu eris dei ꝯtēpta.
Et ſi ꝯtēpta ab illo ꝓpter deū illū cō
tēpſeris: vtiqꝫ nō ꝯtēpta ſ ſuſcepta ⁊
dilecta dei eris: velut eiꝰ ſanguīe ꝓ/
prio redēpta. Intēde filia cuiꝰ ſalutē
deſidero: intēde benignitatē eiꝰ q̄ cō/
temptꝰ a te: ꝯtemnētē reuocat: vt te ī
regalē ſuū thalamū nō terrenū ſ cele/
ſtem introducat: intēde ⁊ cōcute cor
F tuū: dole vehemēter caſū tuū. Reijce
⁊ cōculca ſecularē habitū quē aſſum
pſiſti: ⁊ reſume habitū ſpōſe xp̄i quē
ꝓiecisti. Nullatenus eīm te cognoſcet
chriſtꝰ aut ſuſcipiet niſi in illo habitu
quo te ſibi ſignauit: ⁊ q̄ te eiꝰ ſpōſā eē
publice ⁊ ſecrete es teſtata. In h̄ ha/
bitu redi tu ad benignitatē eiꝰ: īgere
te oportune in cōſpectu eius. Accuſa
tu ipſa ꝯſcientiā tuā: laua lachrymis
culpā tuā. Ora eū infatigabilit̄: ad/
here illi inſeꝑabilit̄: Miſericors ē: nō
te reijciet: ſ potius gaudēs de reditu
tuo: ac benigne ſuſcipiet. Si h̄ feceris:
gaudiū erit de te ī celo ⁊ ī terra oībꝰ
ſanctis angelis ⁊ hoībꝰ cognoſcētibꝰ.
Si vero hoc facere ꝯtēpſeris: oms tibi
aduerſi erūt: ⁊ ego ⁊ eccl̄ia dei facie/
mus qđ de tali rē faciendū intellige/
mus. Omīpotēs deꝰ viſitet cor tuū:
⁊ infundat in te amorē ſuū filia cha/
riſſima.

## Beati Anſelmi: ad Burgū/ diū ⁊ Richerā eiꝰ vxorē: vt ante oculos ſuos finē ſuum ponant: hortātis: Ep̄la. V.

Anſelmꝰ ſeruꝰ eccl̄ie cātuarie/ A
a ſis: ſuis chariſſimis: burgūdio
⁊ vxori eius richere: ſalutē ⁊
bn̄dictiōꝫ dei. Qualit̄ me habeā: nū/
cius veſter meliꝰ poterit vobis v̄bis
oſtendere q̄ꝫ ego ſcribere. Nihil autē
tantū me delectat mādare vob̄ quā/
tū vt curā habeatis de vobis. Exone
rauit vos deus: abſtulit vobis omnē
occaſionē amādi h̄ ſeculū: ⁊ dedit vo
bis omnē oportunitatē amādi ſalutē
veſtrā. Ponite quotidie an̄ oculos
v̄ros finē v̄rm: cogitate intentiſſime
cuiꝰ erunt ⁊ q̄d vobis ꝓderūt q̄ poſt
vos remanebūt. Cogitate q̄ ibitis: q̄d
vobiſcū portabitis: q̄d ibi qđ ꝑmiſiſtis
ſit a vobis inuenietis. Certe nō por/
tabitis vobiſcū: nec īuenietis ibi aliđ
q̄ꝫ merita v̄ra ſiue bona ſiue mala: vi/
dete q̄ merita ꝑmiſiſtis. Si plura bo/
na q̄ꝫ mala gaudere poteſtis: qđ non
puto. Si plura mala q̄ꝫ bona: multū
debetis timere: ꝑſertim cū multū ne/
ceſſe ſit homi volēti ſaluari: hēre mul/
to plura bona merita q̄ꝫ mala. Hec co B
gitate: hec inter vos die ac nocte ī ſe/
creto ⁊ ī publico tractate: hec ſint col
loq̄a v̄ra inuicē: Dn̄e mi: amica mea
q̄d facimꝰ? q̄d tardamꝰ: ꝓpe eſt vltīa
dies n̄ra: Quō expēdimꝰ vitā n̄raꝫ?
quō ſatiſfacimꝰ deo ꝓ peccatis n̄ris?
Preparemꝰ nos q̄ſi videamꝰ ī ꝓxio
diē vocationis n̄re: ⁊ ita aptemꝰ nos
vt ſecuri eamꝰ ad iudiciū: q꞉ receptu/
ri ſumꝰ ſine dubio ꝓut gerimꝰ in hac
vita: ſiue bonū ſiue malū. Deꝰ iuuet
nos in hac vita: faciamꝰ vt ſimul nos
iūgat ī eterna vita: ⁊ videamꝰ ibi pro/
lē noſtrā quā ſibi deꝰ iā aſſumpſit.
Hec ſint ſtudia v̄ra: hec ſollicitudo: h̄
ſuſpiria v̄ra. Qđ mādo vobis ꝑ nū/
ciū iſtum ne veniatis ad me niſi a me
mādatū fuerit ꝑ ſigillū meū: vob̄ di/
co: dn̄e ⁊ frat̄ chariſſime burgūdi: ſu/
ſapite bono aīo ſi me amatis. Oīpo/
tens deus regat corda veſtra: ⁊ diri/
gat ad gaudia eterna: Amen.

## Beati Anſelmi: mona/ chis in ciſtrenſi cenobio cō/

manētibus: eoſdē vt abbati ſuo obediant: atq3 pacē & cōcordiā in inuicem habeant: admonētis: Epiſtola. VI.

A Nſelmus archiepus fratrib9 a & filijs ſuis chariſſimis monachis in ciſtrenſi cenobio ſancte vuerburge cōmanentib9: ſalutē & bñdictionē dei & ſuā. Bñdictus de9 ps̄.144 in donis ſuis & ſanctus ī oīb9 opibus ſuis: q̄ vos facit & numero creſcere et augmēto religiōis pficere. Quis eñ de oīm ſeruoꝝ dei pfectu gaudeā: in vobis tñ aliq̄d habeo ſpeciale: cur de vr̄o letari pfectu debeā: q2 p me deus cōgregatiōis vr̄e dignat9 eſt inſtituere pncipiū: & dare vobis p̄mū abbatē dñm ſcz Richardū filiū noſtrū chariſſimū. Gratias igit̄ ago deo p gratia ſua quā oſtēdit in vobis: & oro vt ſicut eadē grā vos p̄uenire dignatus eſt: ita indeſinēter ſubſequat̄: q̄tenus nunq̄3 vos de hoc ad qđ vos pueⷬit pmittat deficere: ſed ſemp ad meliora pficere. Qđ p certo ipſe faciet ſi nō negligētes fueritis bona ad q̄ iā peruniſtis ſeruare. Cū eñ dei ſit ſua grā ſemp nos p̄uenire: noſtrū eſt qđ accipimus ei9 auxilio ſtudioſe cuſtodire.

